esset: quia nullis magis q̃ corinthiis fideret: nauigium virorum corinthiorum conduxisse. Cũ altum teneret ipsos Arioni insidiatos: vt eo deturbato pecunia potirentur. Hoc illum intelligentem: oblata eis pecunia mortem tantum fuisse deprecatum. Non persuadenti nautas iussisse: vt aut sibi manus adferret: vt sepulturam in terra nãciscereturꝰ aut ilico in mare desiliret. Arionem ad hanc difficultatem redactum obsecrasse: vt quando quidem ipsius ita placitum esset: cernerent se omni suo ornatu compertum: stantemq; super fores audirent cantantem: & cum decantasset sibi se manus adlaturum: atq; istos permittentes. (Inuaserat enim libido eos audiendi præstantissimum inter homines modulatorem) e puppe in mediam nauem concessisse. Illum induto sibi omni ornatu: ac sumpta cithara stantem super foros inchoasse carmen: quod dicitur orchium: eoq; decantato se vt erat ornatus in mare iecisse: & hos quidem cursum tenuisse in corinthum: illum vero aiunt a delphino exceptum in tænaron fuisse trãsuectum: & cum e delphino descendisset: corinthum eodem habitu pertexisse: & vbi peruenit quicquid cõtigerat enarrasse & periandrum quia non crederet tenuisse hominem in custodia: ne quo prodiret: cæterum curauisse vt natas haberet. Eos adcitos vbi adfuerunt perconctatũ si quid de Arione memorarent: & referentibus illum sospitem circa Italiam agere fortunatumq;: talenti se reliquisse: Arionem adparuisse eodem quo desiliisset habitu: istos terrefactos nihil amplius habuisse quod conuicti inficiarentur. Hæc corinthii ac lesbii aiunt. extatq; in tænaro ingens Arionis ex ære donarium super delphinum sedẽs. Porro Haliattes lydus composito cum milesiis bello: postea cum septem & quinquaginta regnasset annos: vita excessit: qui secundus ex hac domo cum e morbo cõualuisset apud delphos dedicauit grandem ex argento pateram. Itemq; alteram ex ferro paruulã compactilem spectatione dignam inter omnia quæ sunt delphis donaria opus Glauci chii qui solus omnium compactionem ferri excogitauit.

Orchius cantus.

Arionis donarium

Haliattis regnum.

Glaucus faber.

Crœsi regnũ

DEfuncto Haliatti successit in regno Crœsus annos natus quinq; & triginta qui primus græcorum ephesiis bellum intulit. Vnde ephesii ab eo obsessi vrbem dianę donauerunt funeꝛ ex ęde dianę ad murum adligato. Est autem inter veterem vrbem: quæ tunc obsidebatur & templum septem stadiorum intervallum.

Crœsus grę- his primis Crœsus arma intulit. Deinde carptim singulis ionũ

æoloſumq; alias in alios cauſas prætendens vt in quoſq; ma-
ximas reperire poterat. In quoſdam etiam friuola cauſatus.
Poſtea vero q̃ græcos in aſia ſubegit ad tributum pendendum:
tunc conſtituit ædificatis nauibus agredi inſulanos. Ad quas
compingendas cum omnia in expedito eſſent dicunt alii Bi-
tem prienæum: alii Pittacum mityleneum cum ſe ſardis con-
tuliſſet interrogatum a Croeſo num quid apud græciã nouũ eſſet:
reſpondiſſe quod illum a compingenda claſſe inhibuit. Inquit
enim: inſulani rex decem milia equorum coemerunt habentes
in animo aduerſus ſardis: atq; te exire in expeditionẽ: & Cro-
ſum veraloqui ratum dixiſſe vtinã dent dii hanc inſulanis mẽ-
tem in filios lydorum veniendi cum equis. Atq; hinc excipiẽ-
tem dixiſſe videris mihi rex cupide vota facturus: vt inſulanos
incontinente adipiſcaris equitantes haud abſurda ſpe. Verum
quid aliud inſulanos optare cenſes q̃ ſimul ac audierint conſti-
tuiſſe te aduerſus ſe claſſem ædificaſſe: vt nacti lydos in mari
intercipiantur: teq; pro his græcis quos tu in continente tibi
adieciſti vlciſcãtur. Hac ratione delectatum admodum Cro-
ſum atq; inductum (Eſt enim viſus ille perq̃ſcite dixiſſe) ab æ-
dificãda claſſe: atq; ita cum ionibus qui inſulas incolerent: ho-
ſpicium contraxiſſe. Interiecto tempore ſubactis ferme omni-
bus qui intra halym colunt. Nam præter cylices ac lycios: cæ-
teros omnes Croeſus in ſuam poteſtatem redegit: qui hi ſunt.
lydi: phryges: myſi: maryandini: calybes: paphlagones: thraces:
oetiniq; & bithini: cares: iones. doles: æoles: pamphili. his ſuba-
ctis & potentia lydorum per Croeſum aucta contulerũt ſe ſar-
dis opibus florentes: cum cæteri omnes e græcia ſophiſtę qui
ea tempeſtate erant proſe quiſq; proficiſcentes. Tum vero So-
lon vir athenienſis: qui cum leges iubentibus athenienſibus
tuliſſet decem annos per cauſam contemplandi nauigando e-
rat peregrinatus: vt ne quam legum quas condiderat abroga-
re cogeretur. Nam hoc athenienſes ipſi facere nequibant ma-
ximo iureiurando adacti adeas decem per annos ſeruandas:
quas ipſis Solon condidiſſet: Harum itaq; legum ac contem-
plãdi gratia Solon peregre profectus in ægyptum ad Ham-
ſim ſe cõtulit: & Sardis ad Croeſum. Eo cũ peruenit hoſpitalitet
in regiam a Croeſo exceptus eſt: tertioq; aut quarto q̃ venerat
die iuſſu Croeſi miniſtri circunduxerunt hominẽ circa theſau-
ros: omniaq; quæ illic inerant magna atq; beata oſtentarunt.
Contemplatum eum cuncta: & vt ſibi opportunum fuerat in-
tuitũ talibus percunctatus eſt Croeſus, hoſpes athenienſis: quia

corũ primus
epheſiis bel-
lũ intulit.

Bias pittac⁹

Croeſi ab æ-
dificãda claſ
ſe reuocatio.

Cylices: lycii.
Croeſi po-
puli.
Sardis.

Solon
Sophiſtæ.

Solonis diſ-
ceſſus cauſa.

Hamaſis.

multus ad nos rumor de te emanauit ob tuam ſapiẽtiam: tuã q̃ diſcurſationem: qui philoſophando permulta videndi gratia es peregrinatus: ideo mihi tunc cupido inceſſit ſciſcitandi te ecquem vidiſti omnium beatiſſimum? Sperans videlicet ſe inter homines beatiſſimum eſſe ita ſciſcitabatur. Solon nihil admodum adſentatus: ſed vt res erat reſpondens. Ego vero inquit rex vidi beatiſſimum Tellum athenienſem: quod dictum admiratus Croeſus inſtat interrogare qua de re Tellum iudicat eſſe beatiſſimum. Quod inquit Tello in prima bene inſtituta filii erant honeſti & boni: eorumq; ſingulis liberi: hiq; omnes ſuperſtites: & cum hoc vitæ q̃tum in nobis ſitum eſt bene traduxiſſet: obitus ſplendidiſſimus obtigit. Si quidem prælio quod athenienſes cum finitis geſſere apud eleuſinam hic cum auxilio veniſſet: hoſtẽq; in fugam vertiſſet pulcherrimam oppetiit mortem. Quem athenienſes quo loco occubuerat: in eo loco publice humauerunt: magnificeq; honorarunt. Multa de Tello ac beata a Solone referente excitatus Croeſus interrogat quẽnam ſecundum ab illo vidiſſet putans haud dubie ſecundas ſe partes eſſe laturum Cleobin inquit ille & Bitonem: quippe his & genus argiuum erat: & victus ſuppeditabat. Ad hæc corpori robur tantum vt & in certaminibus ambo pariter victores extiterint: & de his iſta memorentur. Cum dies feſtus Iunonis apud argiuos eſſet: oporteretq; omnino matrem horum ad templum ferri bobus iunctis: hiq; boues ex agro eis ad horam præſto non eſſent: tũc iuuenes excluſi tempore iugum ſub euntes plauſtrum pertraxerunt: quo mater vehebatur & quinq; ac quadraginta per ſtadia trahentes ad templũ peruenerunt. Quibus cum hæc feciſſent: & ab omni cœtu conſpecti fuiſſent: optimus optigit vitæ exitus: per quam deus iudicauit ſatius homini eſſe mori q̃ viuere. Nam cum circunſtantes argii laudibus tollerent: viri quidem conſilium filiorum: fœminæ vero eorum matrem q; talibus filiis prædita eſſet: mater gaudio perfuſa cum liberorum facto tum fama ante ſimulacrum ſtans precata eſt deam: vt Cleobi & Bitoni filiis ſuis daret id quod optimum eſſet homini contingere. poſt hanc prædicationem vbi ſacrificarunt: epulatiq; ſunt quieſcentes in ipſo delubro nõ ſunt amplius excitati: ſed hoc vitæ exitu perfuncti: quorum ex figies tãq; virorũ qui optimi extitiſſent argii factas apud delphos collocarunt. Et his quidem Solon ſecundas beatitudinis partes tribuebat. Croeſus autem conturbatus inquit hoſpes athenienſis adeo ne tibi pro nulla contemnitur noſtra fœlici-

Solon ad Croeſum. Tellus beatiſſimus.

Cleobis Biton.

Iuno.

Satius hoi mori q̃ viuere.

tãs: vt ne priuatis quidem viris nos æquiparandos ducas. cui ille: me Crœse gnatum omne numen inuidum esse & turbulentum de rebus humanis interrogas. In diuturno enim tempore multa videntur quę nemo velit videre: & tolerantur multa quę nolit quispiam tolerare. Proponamus enim homini terminũ vitæ ad septuaginta annos: qui anni cõstant ex viginti quinq; milibus ac ducentis diebus: mense intercalari non posito. Quod si velis reliquum annorum ob hunc mensem prolixius fieri: vt horæ ad id quod deest adcedentes congruant: menses quidẽ intercalares supra annos septuaginta fient triginta quinq;. dies autem ex his mensibus mille quingenti. horum dierum omnũ qui sunt ad septuaginta annos numero viginti sex milia ducenti quinquaginta nullius prorsus qualem alius rem adfert. Ita igitur Crœse omnino calamitosus est homo: verum tu mihi videris & diuitiis valde pollere: & per multorum hominũ esse rex: sed quod me interrogasti nondum te adpello priusq; bene vita defunctum te audiero. Neq; enim beatior est qui magnis opibus præditus est eo qui diuinũ victum habet: nisi eidem omnibus bonis prędito fortuna concesserit bene vita defungi. Etenim complures homines sunt perquam locupletes minime tñ beati: complures item mediocria habentes patrimonia fortunati. Quorum is qui diuitiis adfluit sed non beatus est: duabus tantummodo rebus antecellit fortunatum: at hic illum pluribus. Ille ad cupiditates implẽdas: & ad grandẽ q̃ incidat offensam superandã validior est: hic & si illo inferior est in his duobus q̃ bene illi a fortuna denegãtur: tamẽ excellit q; illo; in experts est: q; prospera fruitur valetudine: q; malo; expers: q; bono; libero; parẽs: q; formosus est: q; ĩ p̃ter hæc diẽ quoq; suũ recte obierit: is est quẽ q̃is digu' q; vocetur beatus: prius tñ q̃ ad obitũ puenerit nequaq̃ beatus adpellãdus sed fortunatus: q̃ oia consequi q̃ diu sis hõ impossibile est: sicut nec vna regio cũcta sibi ipsi suppeditat: sed aliud habẽs alio indiget: q̃ tñ habet plurima ea est optima quẽadmodũ & hois corpus vnũ aliquod nõ est cõsumatũ: qa aliud habet alio vacat. Quisqs ãt horũ plurima ppetuo habuerit dehinc placido aĩo e vita excesserit: hic apud me noie hoc veluti rex dõari meretur. Ois rei oportet inspicere exitũ quo sit euasura: quoniã multos deus quibus fortunas suppeditauerat: radicitus euertit. Hęc Solon neq; adsentãdo Crœso neq; vllius eũ momenti faciẽdo locutus dimittitur. Saneq; est visus esse indoctus: qui bonis p̃sentibus p̃term̃issis inberet omniũ rerum inspicere exitum.

Numina inuida esse.

Homo calamitosus.

Cõplures vel diuites minime beati.

Dines nõ beatus quot rebus fortunatũ antecellit & e diuerso.

Beatus fortunatus.

Non eadẽ tellus fert oĩa.

Exitus inspiciendus.

POst obitum Solonis ingẽs deorum indignatio (vt coniicere licet) Crœsum excepit: q̃ se ipsum omniũ hominũ beatissimũ arbitraretur. Cui statim quiescenti somniũ oblatum est veritatem indicans malorum quę circa filium erant euentura. Erant autem Crœso liberi duo: quoꝝ alter qui mutus: inutilis erat: alter inter æquales omni iure longe primus nomine Atys. Hunc itaq; Atym Crœso significat somnium fore vt ferrea cuspis traiectum interimeret. Experrectus & secum rem versans somnio territus, ducit filio vxorem: solitum præcelle copios lydorũ: post hac ad tale munus nequaq̃ dimittit. Iacula & hastas omniaq; huiusce modi: quibus homines in bello vtuntur: e porticibus amouens in thalamos infert nequid suspensum in filium decideret. Cum autem nuptias filii in manibus haberet: aduenit sardis quidam calamitate preditus manibusq; non puris natione phryx regio ex genere. Hunc cum ad ædes Crœsi veniisset ex more q; domestico vt sibi expiari liceret: oraret: Crœsus expiauit. Modꝰ expiandi prope modum is est apud lydos qui apud græcos. Vbi legitima peregit Crœsus perconctatus est vnde ille quisnã foret inquiens homo quis tu & vnde e phrygia profectus domesticus mihi factus es: & quem virum aut quam fœminam interemisti? Ad quem ille respondit. Midis ego Gordii rex sum filius nomine Adrastus; quia fratrem meum ipsius imprudens interemi. Adsum eiectus a patre & omnibꝰ rebus exutus. Crœsus inuicem ad eum his verbis inquit. Ex viris nobis amicis oriundus es: & ad amicos veniisti hic in nostris ędibus tu manes nullius rei indigebis. Istam porro calamitatem quam leuissime ferendo plurimum lucrifacies. Atq; ille quidem apud Crœsum domicilium habuit. Verum per hoc idem tempus apud olympũ Mysiæ aper eximiæ magnitudinis extitit: qui ex hoc mõte progressus mysorum opera peruastabat, quemq; sæpenumero Mysi aggressi nihil admodum mali ei fecerant: sed abeo acceperant. Ad extremum missis ad Crœsum nunciis ita dixere. Adparuit rex apud nos maxima res aper qui agrestia corrumpit opera: quem studiosissime captantes interimere tamen non valuimus. Nunc itaq; te obsecramus: vt nobiscum filium tuum ac delectos iuuenes canesq; mittas: quo beluam e regione tollamus. Hæc illis præcantibus Crœsus somnia memoria repetẽs ita respondit. Fili qdẽ mei nolite amplius facere mentionẽ: neq; enim eũ vobis dimittere nã est nouus maritus: & nuptialia sunt ei cordi: Lydoꝝ tamen delectos & venatores

Crœsi filii.
Atys filius.
Mutũ Crœsi filiũ Solinus Atym vocat.
Crœsi somnium.
Adrastus phryx
Olympus.
Aper mysiæ.

omnes cũ canibus vna mittã: mandaboq; euntibus vt q̃ prõptiſſime vobiſcũ belluã de regione ſummoueant. Hæc Crœſus reſpondit. Cuius verbis cũ contenti nõ eſſent myſii: interuenit Crœſi filius: auditiſq; quę myſii præcarent: & Crœſo negante, cum illis miſſurũ ſe filiũ. Hæc inquit ad eum aduleſcens. Pater quæ nobis ante hac aliquãdo honeſtiſſima ac magnificentiſſima erãt vel in bella vel in venationes eundo ſpecimen ſui dare. Horũ vtroq; nunc excluſum me tenes nulla in me animaduerſa neq; ignauia neq; ſocordia: quibus nam me oculis conſpici oportet euntem in forum: atq; illinc redeuntem qualis ciuibus qualis vxori recẽs nuptæ videbor? cui illa viro videbitur nupta? Proinde me tu aut ſinas venatũ ire: aut oratione perſuadeas potiora iſta eſſe quæ facis? Cui reſpondens Crœſus fili inqt neq; q̃ ignauiã neq; q̃ aliud quippiã iniocũdũ mihi animaduerteris in te hæc facio: ſed viſum quod in ſomnis mihi oblatũ eſt dixit te breuis æui futurum: quippe ferrea periturũ cuſpide: Cuius viſi gratia & has maturaui nuptias: nec ad ea quæ ſuſcipiũtur dimitto obſeruans ſi quo pacto queã te dũ viuo a clade ſubtrahere: filius enim mihi vnicus es. Nãq; alterũ auditu captũ pro nullo mihi exiſtimo. Ad quẽ viciſſim aduleſcens. Pater inquit tibi equidem ignoſco agenti circa me cuſtodiam qui talem videris viſionẽ. Verũ tu illam nõ probe percipis: quã (quoniam te latet) æquũ me tibi interpretari. Ais tibi ſomnũ oſtendiſſe me ferrea periturũ cuſpide. At vero q̃nã manus ſunt: q̃vé cuſpis ferrea quã tu ptimeſcas: Nã ſi dente dixiſſet. aut aliquo huius ſimili periturũ me deberes facere q̃ facis. nunc aũt dixit cuſpide. Quare cum non ſit nobis pugna cũ viris: ire meſinas Et Crœſus euincis me (inqt) fili iſta loquẽs de ſomno intellegendo. Qua propter vt abs te victus tibi indulgeo: veniãq; doeũdi ad venationẽ. Hęc locutus Crœſus adraſtũ phrygẽ adcerſit. eiq; vbi adfuit talia inqt. Ego te Adraſte calamitate p̃d itũ (nõ ingrato tibi hæc ex probro) expiaui & receptũ domi habeo oẽm ſuppeditans ſumptũ. Nũc ergo de me q̃ prior de te bene merituſſum debes inuicẽ bene mereri: cuſtodẽ te opus eſt eẽ filii mei venatũ, pficiſcẽtis ne q̃ inter viã occulti graſſatores in veſtrã perniciẽ, pdeant. Ad hæc tua intereſt eo te vadere vnde ſplẽdor ex operibus extitit q̃ tibi paternũ eſt: & p̃terea ea robur adeſt. Cui Adraſtus ego (inqt) rex in iſtud certamẽ alioqui nõ pergerem: quẽ tali calamitate adfectũ nefas ẽ ad ęquales ſe cõferre fortunatos: aut velle inter eos adeſſe: a qua re & frequẽter me ipſum cõtinui. Nũc quoniã tibi hoc in animo ẽ cui gra-

Atys ad crœſum oratio.

Atys crœſi ſomnium interp̃tat̃ perã.

Adraſto cuſtodiendus Atys datur.

tificari debeo & gratiã referre pro beneficiis: Iſtud exequi paratus ſum: filiũq; tuũ quem me cuſtodire iubes: expecta incolumẽ rediturũ cuſtodis cauſa. Poſtea q̃ his verbis Adraſtus Croeſo reſpondit: & mox adparata res eſt viris delectis iuuenibuſq; & canibus diſceditur. Qui vbi ad montẽ olympum peruenere beluam indagãt: inuentã circũfuſi iaculis inceſſunt Ibi hoſpes is qui a cæde fuerat expiatus: & vocabatur Adraſtus: vibrato in aprũ iaculo non illum ſed fruſtrato ictu filiũ Croeſi adeptus eſt. Iſte cuſpide ictus vocẽ ſomni impleuit. Quod factũ quidam ad Croeſo nũciandũ cucurrit: peruenienſq; ſardis pugnã illi & filii necem indicauit. Croeſus morte quidem filii perturbatus non nihil tamẽ ægrius ferebat: q̃ is eum necauerat quem expiaſſet a cæde. Et cum pergrauiter cladẽ ſuã lamentaretur: Iouem expiatorem inuocare teſtificans quæ ab hoſpite paſſus eſſet: Inuocare etiam hoſpitalem & familiarẽ hunc eundem nominans deum. Hoſpitalem quidem vocans q̃ in domũ excepiſſet hoſpitem percuſſorem filii ſui ignarus ſe paſcere. Familiarem vero q̃ quem pro illius cuſtode miſiſſet: eum compererit hoſtiliſſimũ. Secũdum hæc lydi adfuerunt qui mortuũ adferebant: poſt ipſum interfector ſequebatur ſtans autem hic ante cadauer ſeſe Croeſo tradebat: manus protendens iubenſq; vt ſe ſuper cadauer mactaret: referendo tum priorem calamitatem ſuam: tum quoniam ſuum etiam expiatorem interemiſſet. ſibi viuendum amplius non eſſe. Hæc Croeſus audiens & ſi in tanto domeſtico luctu poſitus: tamen Adraſtum miſeratus eſt ad eũq; inquit. Habeo abs te hoſpes omnem ſatisfactionem: quoniam te ipſum morte condemnas. Neq; vero tu huius mihi cladis auctor es niſi quatenus id feciſti imprudẽs. ſed deorum quiſpiam qui iã mihi ventura ſignificauit. Et Croeſus filium pro ſua dignitate ſepeliuit. Adraſtus autem Gorgii filius Midis nepos is qui tũ fratris: tum expiatoris interfector extiterat vbi ſilentium fuit ad ſepulchrum ignoſcentibus ei hominibus: ob quæ ipſe grauiſſime adflictabatur: ſeſe ſuper buſtum trãſfodit: Croeſus filio orbatus ingenti in luctu duos annos egit.

Atys mors.

Iuppiter expiator.

Iuppiter hoſpitalis.

Iuppiter familiaris.

Adraſti cædes.

QVem luctũ poſtea finiuit Aſtyagis Cyaxaris filii dominatione a Cyro Cambyſis filio ſublata: & rebus perſarũ augeſcentibus: atq; in ſollicitudinẽ venit ſi qua ratione poſſet potentiã perſicã prius q̃ magna efficeretur occupare. Sub hãc ſtatim cognationem tẽtare ſtatuit vaticiniq; quæq; apud græcos q̃q; in africa eſſent.

Aliis alio dimissis: quibusdã delphos: quibusdã dodonã: nõ nullis ad Amphiaraũ ac Trophoniũ. Sunt qui ierunt ad branchidas oræ mileſiæ. Atq; hæc ſunt græca: ad quæ conſulenda Crœſus miſit oracula. In africa vero ad Hammonem alios reſponſa petituros dimiſit. Omnes aũt exploratum oracula quid ſentirent: vt ſi cõſentanea in vero deprehenderentur: ſecundo loco de ſuis tentatũ mitteret: nũquid in perſas expeditionem moliretur: Mittens itaq; ad oracula tentanda lydos: hæc dedit mandata vt qua die proficiſcerentur ex ſardibus abea reliquũ tempus ſupputantes quotidie oraculis vterentur ſciſcitantes quidnã faceret lydorũ rex Crœſus Halyattis fili⁹: & qđ ſingula oracula reſpõdiſſẽt. Id oẽ cõſcriptũ ad ſe referrẽt. Quid cętera reſpõderit oracula a nemine cõmemoraf. At apud delphos ſimul atq; ingreſſi ſunt lydi domũ cõſulturi deũ: & ſcitaturi qđ ſibi eſſet iniũctum: pythia hexametro tenore hæc inquit Noui ego quis numerus ſabuli menſuraq; ponti. Mutũ pręcipio: fantis nihil audio vocẽ: Venit ad hos ſenſus nidor teſtudinis acris Quã ſimul agnina coquitur cum carne lebete: Qui ſupereſt ſtratus: ſtratũ cui deſuper eſt æs. Vel Noui ego harenarũ numerum ſpaciũq; profundi. Vel. Noui ego harenæ numerũ modios & aquai. Vel. Aequoris eſt ſpacium numerus mihi notus harenæ. His oraculis quæ pythia reddidit conſcriptis lydi digreſſi ſardis rediere. Cũq; aliis quos circummiſerat Crœſus adfuiſſent tunc ſingula aperiens quod ſcriptum eſſet inſpexit: quorum quidem nullum probauit. Vbi autem illud delphicum audiuit: protinus adorauit: atq; admiſit exiſtimãs ſolam eſſe apud delphos vaticinationem: quippe quæ compererat qđ ipſe feciſſet. Etenim poſtea q̃ ad petenda oracula nuncios dimiſerat obſeruato ex omnibus diebus præcipuo tale quiddam eſt machinatus commentando ea quæ ad deprẽdendũ & ad differendum ardua forent. Teſtudinem pariter & agnũ cõciſos in aheno cocxit operculo aheneo impoſito. Atq; ita e delphis Crœſo reſpõſum eſt: Ex Amphiarai vaticinio quidnam reſpõſum ſit lydis cum in ſacro illo rite ſacrificaſſent: non queo dicere. Nam de eo nil fertur aliud q̃ quod & hoc Crœſus verax eſſe vaticiniũ exiſtimauit. Poſt hæc ingentibus hoſtiis deum qui eſt apud delphos exorandũ ſtatuit. Immolauit enim pecora quæ fas eſt immolari numero tria milia. Fultra & aureata argenteaq; ad hoc phialas aureas & amictus purpureos ac tunicas ingenti pyra extructa concremauit: ſperans aliquanto magis his rebus propiciari deum. Miſſis etiam lydis omnibus vt ſua ipſorum

Dodona.
Græca oracula.
Amphiaraus vates
Branchides.
Trophonius
Crœſi oracula.
Phialæ aureæ.

quicquid tale haberet quisq; immolaret. Quo ex sacrificio cum immensa vis auri defluxisset: ex ea dimidiatos lateres deformauit longiores vt inscripsit sex palmorum: breuiores trium: crassitudine palmari numero cētū decem & septē: quoꝝ quattuor erant auri excocti: singuli pondo duoꝝ & dimidii talenti. Cæteri vero auri albidi pondo binū talentorum. Fecit leonis quoq; effigiem ex auro excocto decem talentoꝝ pōdo: qui leo dum templū delphicum deflagraret: a femulateribus decidit. Super illos enim erat collocatus: & nūc in corinthioꝝ thesauro repositus est pondo sex talentoꝝ atq; dimidii eliquatis tribus talentis: ac dimidio. Hæc Crœsus vbi perfecit: delphos misit. Cūq; eis hæc alia duas grandi forma pateras auream argenteāq; quarū aurea intranubus templū ad dexteram posita erat. Argentea adsinistram: quæ & ipsæ cum templū incensum est amotæ fuerūt: aureaq; in clazomenioꝝ thesauro posita pōdo talentoꝝ octo & dimidii. Præterea mnarum duodecim argentea adsuggrundā anguli templi sexcentarum amphorarum capax in quā miscebatur vinū a delphis Theophaniæ festo opꝰ vt delphi aiūt: Theodori samii vt ego arbitror. Nō enim mihi videtur opus temere factū. Misit præterea dolia argētea quattuor: quæ in corinthioꝝ thesauro stant. Donauit item aquiminaria duo: aureū argenteūq; quoꝝ in aureo suprascriptum est donarium esse lacedæmoniorū: non recte suprascriptū: quoniam & hoc Crœsi est. Sed quidā delphorū gratificari lacedæmoniis volens inscripsit: cuius nomen ego cognitum habens: non tamē promā. Verum puer: per cuius manus fluit aqua: lacedæmonioꝝ est sed eoꝝ neutrū aquiminare. Alia quoq; cum his permulta Crœsus dona misit non insignia. Item fusilia ex argento orbiculata: necnon mulieris simulacrum tricubitale: quod delphi narrant esse effigiem pistricis Crœsi super hoc donauit vxoris suæ monilia a collo pendentia: ac zonas quæ delphos Crœsus transmisit. Amphiarao insuper cuius & virtutem audisset & cladem: donauit clipeū ex auro totū: totāq; ex auro solido cuspidem: & xystum cū suis iaculis aureū: quæ ambo ad meam vsq; memoriam apud thebas tepositā fuerunt in Ismeni Apollinis tēplo. Hęc dona lydis qui portaturi ad oracula erant Crœsus iniūxit vt interrogarēt nūquid aduersus persas Crœsus sumeret expeditionem & nū aliquoꝝ hominū auxilia ascisceret. Lydi vbi eo quo dimittebātur peruenerūt donariis oblatis oracula cōsultarunt: Inquientes Crœsus lydoꝝ aliarūq; nationū rex ista in hominibus sola esse vaticinia sentiens: iccirco

Leo aureus.

Paterę duæ vna aurea Altera argētea.

Argētea dolia quattuor.

Aquiminaria duo.

Varia crœsi dona.

Fusilia.

Clipeꝰ aureꝰ.

Xystus aureꝰ.

qualia debita ſunt dona dat voſcꝫ pcõctatur nunquid aduerſus perſas proficiſcatur in expeditionem: & nũ quẽ ſocialem adciſcat exercitum. Atꝫ hi quidem hæc interrogauerunt. Oraculorum autem in idem concurrebant ſententiæ prædicentes Croeſo fore: vt ſi arma perſis inferret: magnum imperium euerteret. Conſulebant tamen vt potentiſſimos quoſcꝫ græcorum ad comparandos ſibi ſocios exquireret. His reſponſis relatis atꝫ auditis Croeſus ita elatus animo eſt: vt omnino cõciperet ſpem ſe euerſurum eſſe imperium Cyri; ac rurſus mitteret delphos ad pythiam dona in ſingulos viros; quos illic multos eẽ audiebat binos auri ſtateres. Ob quę numera delphi viciſſim Croeſo lydiſcꝫ donaret primas in cõſulendo oracuło partes: primũcꝫ in ſedẽdo locũ atꝫ imunitatem: & ius perpetuũ cuicꝫ volenti aſcribi in numero delphorũ. Donis Croeſus ꝓſecutus delphos tertio vaticiniũ popoſcit: quod videlicet illud verax ſibi eſſe cõperiſſet. popoſcit autẽ nũquid diuturnũ foret imperium ſibi: Cui pythia in hæc verba reſpõdit. Regis apud medos mulo iã ſede potito. Tũc ad ſcrupoſum fugere heremũ ſtrenue lyde. Nec præſtare nec ignauũ te eſſe pudendũ His ex verſibus eum adlati eſſent multo magis quã ex cæteris voluptatẽ Croeſus adcepit ſperans fore vt nũq̃ apud medos mulus pro viro regnaret: & proinde nec ipſe nec poſteri ſui principatu abrogarẽtur. Poſt hæc putauit ſibi curandũ: vt potentiſſimos græcorũ ſibi conciliaret. Idcꝫ veſtigando cõperit lacedæmonios atꝫ athenienſes eos eſſe quod alteri in dorico genere: alteri in ioni co antecellerent. Nam de his ita antea iudicabatur: cum ab initio altera gens foret pelaſgica: altera hellenica hoc eſt græca: quarum hæc nunquã ſolũ mutauit: illa aſſidue multũcꝫ eſt peruagata. Etenim ſub Deucalione rege oram phthiotidem incolunt ſub Doro Hellenis filio tractum: qui ad oſſam & olympũ iacet nomine Iſtieotem. Vnde a cadmeis eiecta coluit in pidno locum quem vocant macedonũ. Rurſus in dryopidem cõmigrauit: atꝫ ita in peloponneſum venit: doricaꝫ cognominata eſt. Qua lingua pelaſgi ſint vſi: adfirmare nõ poſſum: ſed coniectura ſignorum licet dicere eędem qua nunc pelaſgi vtuntur. qui ſupra Tyrrhenos vrbẽ creſtonẽ incolũt: quodam tempore finitimi eorum qui nũc dotes vocantur: tunc incolentes regionem: quę nunc Theſſalia nominatur: & placiam: & ſcylacem: cũ pelaſgi habitarent ad helleſpontũ: qui contermini athenienſium erant aliaꝫ omnia pelaſgica oppida nomen immutarunt. Quibus ſignis coniectantes oportet dicere pelaſgos barbara

Croeſi oraculum.

Croeſi oraculum.

Phthiotis.

Dorus.

Dorica.

Tyrrhenos.

Theſſalia.

Placia

Scylax.

Pelaſgi.

Hellenes. Creſtonitę.

lingua fuiſſe: & ſi tota gens pelaſgica talis erat: gentem atticã vtpote pelaſgicam cum in Hellenes: ideſt græcos tranſiit linguam ſimul iſtorum perdidiſſe. Etenim neq; creſtonitarum loquela cum vllo circa populorũ conſentit: & placianorum neſe cum quidem ipſa. Per quod declarant quam linguæ figurã obtinebant cum in hæc loca tranſierunt: eandem ſe nunc conſeruare: At natio hellenica: ideſt græca ex quo exiſtit eadem lingua ſemper eſt vſa: vt mihi videtur: ideo imbecillis quod ex pelaſgica fuit abſciſa: & exiguo initio profecta: mox in multas gẽtes augeſcens tum aliarũ: tum præcipue barbararum frequentia ſe ad illam cõferente. Quæ cauſa mihi videtur fuiſſe cur gens pelaſgica q; græca eſſet: nequaquã magnos profectus fecerit: Ex his igitur gentibus atticã Croeſus audiebat optineri: oppreſſamq; eſſe a Piſiſtrato Hippocratis filio. Hic enim ea tẽpeſtate tyrannus athenis erat. Cuius patri cum priuatus ſpectaret olympia: ingens contigit portentũ. Nam cũ hoſtiam immolaſſet Ahena vt impoſita erant plena & carne & aqua abſq; igne efferbuerunt: ita vt aqua redundaret. Quod portentũ conſpicatus Chilon lacædemonius: qui forte aderat: ſuaſit ei primũ ne vxorem fœcundam duceret domum. Secundo loco ſi vxorem haberet eiiceret: & ſi quidem ex illa filium ſuſtuliſſet abdicaret. Huius conſilio non perſuaſus Hippocrates hũc poſtea Piſiſtratum filium ſuſtulit: qui in ſeditione littoralium: quibus prœerat Megades Alcmeonis filius: & campeſtriũ: quibus præerat Lycurgus Ariſtolandi filius tertiam ſeditionem excitauit tyrannidem adfectans: cõtractiſq; ſeditioſis per cauſam tutãdi montanos huiuſcemodi rem machinatur. Scipſum ac par mularum cũ vulneraſſet: agitauit illas in forum tanquã elapſus ex hoſtib⁹: quem rus proficiſcentem illi prorſus interimere voluiſſent: Orare populum: vt aliquid cuſtodiæ circa ſe habere permitteret: cum prius ſpecimen ſui in expeditione: qua contra megareas præfuerat. Capta Niſea aliiſq; præclaris operibus editis: populus athenienſis ita deceptus dedit ei quoſdam e ciuibus delectos pro ſatellitibus: non qui haſtas: ſed clauas ferrent Piſiſtratum ſectantes. Cũ quibus ille impetu facto arcem occupauit: & inde athenienſium imperio potitus eſt: nullas neq; dignitates quæ erant perturbans: neq; conſuetudines tranſferens: ſed cõſtitutis adhæreſcens: vrbem bene atq; cõmode exornauit. Eũ tandem nõ multo poſt tempore milites Megadis: & Lycurgi: q idem ſenſerant: eiecerunt. Hunc modum Piſiſtratus primum athenas: tyrannidemq; nondum valde ſtabilitam amiſit cuius

Piſiſtratus. Portẽtum in gens. Ahena ferbuerunt. Chilon.

Megades.

Piſiſtratus tyrannis.

Megades. Lycurgus.

electores rursus inter se seditiones redintegrauerunt: In qua se ditione megades satagens Pisistratum misso caduceatore inui tat nunquid velit filiam capere vxorem Adcipiente conditionem Pisistrato: inter consilium de illo restituendo: res (vt ego interpretor) longe stultissima quoniam inde a priscis temporibus responsum erat græcam gentem dexteriorem esse q̃ barbaram: & magis ab ineptiis abhorrentem: & si athenienses inter græcos feruntur sapientia principes: ex quibus fuerunt isti qui talia sunt machinati. Erat in tribu pæaniea mulier nomine Phya tribus digitis minus statura quattuor cubitorum: alioqui formosa. Hanc mulierem omni armatura cum instruxissent in currumq; sustulisset cõpositam in eum habitum (quo venustissima videnda esset) in vrbem agũt: præmissis præconibus emissariis: qui cum in vrbẽ venirent hæc mandata exequerentur vt dicerent. Athenienses bona mente excipite Pisistratum quẽ Minerua ipsa præcipuo inter homines honore prosecuta in suam reduxit arcem. Et hi quidem passim vadentes talia prædicabãt statimq; rumor emanauit in tribus Mineruam reducere Pisistratum. Qui in vrbe erant credentes mulierem ipsam deã: fœmine supplicauerunt pariter & Pisistratum adceperent. Hunc immodum quem dicimus recuperata tyranni de Pisistratus ex pactione quam inierat cum Megade illius filiam duxit vxorem. Verũ cum & filii essent ei adulescentes: & qui oriũdi forent ex Alchmeone dicerentur obnoxii esse crimini piaculari nolens ex nouo coniugio liberos tollere: haud legitime coibat cum vxore. Quam rem cũ inter illicita occultasset: postea ad matrem rettulit enunciaret id: nec ne: mater viro indicauit. Id iste iniquo animo ferẽs se a pisistrato cõtumelia adfici: vt erat iratus milites homini infensos reddidit. Quę fieri pisistratus cõtra se animaduertens regione prorsus abscessit: & vbi eretriam peruenit vna cũ filiis deliberat. & cũ sentẽtia Hippiæ præualuisset de tyrannide rursus recuperanda aliquot ciuitates excitauerũt: quæ ipsis nõ nihil beneuolæ erãt: & cũ aliæ cõplures pecuniæ multũ cõtulerunt. Tũ vero thebani plurimũ: post hæc non ita multo interiecto tẽpore omnia ad reditum eis in expedito fuerũt. Nã & ex pellopõneso argiui aderant mercede conducti: & Naxius quidã nomine Lygdamus: qui vltro aduenies plurimũ studii exhibuit adlatis & pecuniis & copiis. Profecti ex eretria anno vertẽte redierũt: & primum in attica marathonẽ occupauerunt. Ad quos interea ibi castra habẽtes cũ seditiosi ex vrbe se cõferebant: tũ alii ex tribubus cõfluebant: quibus erat tyrannis

Græca gens barbara dexterior & ab ineptiis abhorrens.

Phya mulier.

Recupata tyrannis.

Pisistratus haud legitime cũ vxore coibat.

Lygdamus.

Marathon.

q̃ libertas ſocundior: atq; ita congregabantur. Dum piſiſtratus pecuniã cogit: & marathonẽ tenet: Athenienſes qui intra vrbẽ egebant: rem nullius momenti fecerunt: Ac vbi adeperũt eum ex marathone vrbem verſus mouere: ita domũ ad ſe defendẽdos obuiam tendũt. Et dum iſti cum omnibus copiis infeſti in illos: & illi circa piſiſtratum e marathone digreſſi contra vrbem irent: & in eundẽ locũ conueniſſent: perrexerunt ad Mineruæ pallenidis fanum: altrinſecuſq; arma poſuerũt. Hic diuina põpa fungens Amphilitus Acarnan vir ariolus: Piſiſtratũ cui adſiſtebat adiit: atq; hæc hexametro carmine vaticinatus eſt inquiens. Eſt nũmus proiectus: item ſunt rhetia tẽta: Nocte meant thynni claro ſub ſydere lunæ. Hoc ille oraculũ diuino afflatus ſpiritu reddidit. Quod oraculũ piſiſtratus coniectans: & ſe adcipere adfirmãs: in athenienſes vrbe egreſſos copias ducit. At illi tunc ad prandiũ ſe conuerterant: & ſecũdũ prandiũ partim ad ſomnũ. In hos impetu dato hi qui cũ Piſiſtrato erãt in fugam vertũt. Quibus fugientibus ſolertiſſimũ conſiliũ Piſiſtratus excogitauit vt athenienſes nec amplius caperentur: & tamẽ diſſiparẽtur: pueros iuſſos cõſcendere equos premittit: q̃ adſequendo fugientes mandata Piſiſtrati dicerent: iuberentq; eos bono animo eſſe & ad ſua quẽq; abire ita audientibus dicto athenienſibus: Piſiſtratus tertio potitus athenis tyranniden ſtabiliuit tum auxiliarioꝝ copiis: tũ pecuniarum prouentibus partim a flumine ſtrymone cõparatis: filios quoq; eoꝝ athenienſiũ qui perſtiterant nec veſtigio fugam fecerant pro obſidibus ſumptos in naxum trãſtulit. Hanc enim inſulã bello ſubegerat: Lygdamoq; permiſerat: cũ ante hæc etiam delum inſulã ex oraculis expiaſſet. Expiauit autẽ ſic. Quatenus profectus a templo ferebatur eatenus ex omni loco mortuos effodit. In aliũ eiuſdem inſulæ locũ tranſtulit. Igitur Piſiſtratus tyranniden potitus eſt athenienſiũ: aliis in prælio: cæſis aliis vna cũ Alcmeonidis domo profugis. Hunc ita athenienſibus imperantẽ ea tẽpeſtate Crœſus audiebat: lacedæmonios quoq; magnis e cladibus ereptos: & iam tegeatibus bello ſuperiores eſſe. Quippe ſub leonte & Hegeſide in ſparta regnantibus cũ cætera bella proſpere geſſiſſent: in tegeati tamẽ ſuccubuerũt. Nam iã inde ante iſtos fere ex omnibus græcis peſſime morati fuerant tam circa ſe q̃ circa hoſpites: nullo conſuetudinis conuerſationiſq; commercio: quæ inſtituta in melius mutauere Ligurgo inter ſpartiatas probato viro delphos ad oraculum profecto. Cui ſtatim atriũ ingreſſo Pithia hæc inquit. Ad mea veniſti præ pinguia

Mineruæ pallenidis tẽplũ

Amphilitus.

Strymon.

Naxus.

Tegeates.

Lycurgus ſpartiata.

templa Licurge Grate Ioui: & cunctis qui tecta tuētur olympi. Ambigo vaticines ſis vtrum vir ne deus ne. Sed multo magis eſſe deum te ſpero Licurge. Nonnulli præter hæc aiunt Pythiā ei differuiſſe inſtituta quæ nunc a ſpartiatis ſeruantur. Ipſi tamen lacedæmonii volunt Licurgum cum eſſet tutor & idē patruus Leoboti ſpartiatarum regis e creta hæc adtuliſſe. Siquidem cum primū tutor factus eſt: omnia iura immutauit: deditq; operam ne quis ea præteriret. Deinde quæ ad bellum pertinerent iusiurandum conuentus cōmeſſationes ſuper hæc inſtituit tribunos plebis ephoros ac ſenatores. Ita illi ad rectum vitæ genus tranſlati ſunt a Licurgo. Quem vita defunctum delubro ædificato egregie colunt. Ex quo cum bonitate ſoli: tum non exigua hominū copia diſcurrerunt ſtatim: ac benigne rem geſſerunt. Nec amplius contenti ocio frui cum ſe arcadibus præſtātiores eſſe arbitrarentur, de omni illorum terra occupanda oraculum delphicum conſuluerunt, quibus Pythia reſpondit. Me petis arcadiam multis petis haud tibi tradam. Multi apud arcadiā veſcentes glande viri ſunt. Qui te reiiciāt: tibi ego haud inuidero quicquam. Saltandam tegeam planta plaudente dabitur. Vtq; queas campum metiri fune feracem. Hæc reſponſa vbi adcepere Lacedæmonii a cæteris arcadibus abſtinentes bellum intulere tegeatibus ferentes ſecum compedes videlicet captioſo freti oraculo tanquam eſſent ipſi redacturi tegeatas in captiuitatem. Verum congreſſi prælio ac fugati quicūq; eorum viui ſunt capti eiſdem quas ipſi adtulerunt compedibus inductis campum tegeatem metiti fune coluerunt. Compedes quibus victi fuerant ad noſtram vſq; memoriam incolumes fuere circa templum Mineruæ Aleæ apud tegeam ſuſpenſæ atq; ſuperiore quidem bello lacedæmonii aduerſus tegeatas aſſidue ſemper male pugnauerāt. Crœſi tamen ætate & Anaxandridæ Ariſtoniſq; regum ſuorum longe ſuperiores contra eoſdem exiterūt hunc in modum tales effecti. Cum ſemper in bello a tegeatibus repellerentur miſſis delphos conſultoribus: oraculū ſunt ſciſcitati: quēnam deorum placarent: vt tegeatum victores exiſterent. His Pythia reſpondit id fore ſi oſſa Oreſtis filii Agamennonis referrent. Cuius vrnam cum nequirent inuenire rurſus ad deum mittunt de loco ſciſcitatum in quo ſitus Oreſtes eſſet. Hæc nunciis interrogantibus ita Pythia inquit. Eſt pars arcadiæ tegeæ in regione patenti Hic duo flant venti vi perueheménte coacti. Forma hoſtis formæ & plagæ ſuperindita plaga. Hic Agamennonides terra omni parente tenetur.

Leobotus.

Vide zenophontem de repu.

Lacedæmonii ſe arcadibus præſtātiores arbitrabātur.

Mineruæ aleæ tēplū.

Crœſus.

Anaxandridas.

Ariſton.

Oreſtis oſſa.

Quo tu ſublato tegeæ ſperabere victor. Vbi hæc audierũt: nihil tamen minus inuentione fruſtrabãtur: & ſi omnia diſquirentes donec Lyches vnus ſpartiatarum eorum qui benemeriti vocãtur comperit. Sunt autem benemeriti ex ciuibus ſemper militia equeſtri perfunctis quini quotãnis: qui quo anno ex equitibus ſpartiatis exeunt: ne torpeſcant alius alio mittuntur. Ex his Lyches cum eſſet rem apud tegeam adinuenit: fortuna pariter atq; ſollertia vſus. Nam cum lacedæmonii a tegeatibus hoc anno commertio mutuo ſe adeundi eſſet: & ille in æraria officina veniſſet: intuebatur ferrum dum procudebatur: quo in ſpectaculo admirabundum animaduertens: faber ærarius intermiſſo opere: quantomagis Lacon (inquit) hoſpes admiraretur ſi idem (quod ego) tu nolles: qui tanto opere admiraris ferrarii opificiũ. In hac enim corte puteum facere cũ vellẽ: incidi in ſepulchrũ ſeptẽ cubitorũ: & quia incredulus erã eiuſmodi fuiſſe maiores q̃ nũc ſunt homines: aperui vndiq; mortuũ æqualia atq; ſepulchrũ longitudine: quã vbi mẽſus ſum iterũ obtui. Hæc illo referente quę viderat Lyches conſiderans coniectauit hunc ex oraculo eſſe Oreſtem hac videlicet cõiectura duos quidẽ quos cernebat excuſſoris folles totidem comperit eſſe ventos. Incudem verò & malleũ formã formæ hoſtẽ: ferrũ verò quod ꝓcuderetur plagã ſuper inditã plagæ hac ratione cõiectabat/ q̃ in plagam hominis ferrum inuentum eſt. Hæc itaq; ſecũ agitans ſpartã regreſſus: rẽ omnẽ lacedæmoniis refert. Illi ex cõpoſito hominẽ criminis cõuictũ exilio damnant. Qui in tegeam ꝓfectus: & calamitatem ſuã referens fabro excuſſori conducit ab eo nolenti vendere cortem. Ibiq; aliquãdiu habitans vbi rẽ cognouit effoſſo ſepulchro oſſa colegit: eaq; portans ſpartã rediit. Quo ex tẽpore lacedæmonii quoties cum tegeatibus cõgreſſi ſunt ſuperiores extitere. Adeo vt multũ iam pelloponneſi eis parerent. Hæc itaq; omnia Crœſus audiens miſit nuncios ſpartã cũ muneribus ad rogandã belli ſocietatẽ iuſſos dicere quæ oporteret. Ii poſtquã peruenerũt nos aiunt Crœſus miſit lydorum alijſq; gentiũ rex ita inquiens. Lacedæmonii quoniam deus oraculũ reddidit: vt græcam mihi ſocietatẽ adciſcerem: & vos inter græcos antecellere audio: ſtatui vos mihi in ſocietatem ex oraculo prouocandos ad ineundã mecum quam cupio amicitiam atq; ſocietatem citra dolum fraudẽq;. Crœſus hæc per legatos nunciauit. Quorum aduentu lacedæmonii: qui & ipſi oraculum audierant gauiſi: fœdus cum eis hoſpitii ſocietatiſq; inierunt. Etenim iam antea intercedebant nõnulla Crœſi

Benemeriti Spartiatæ.

Lyches.

Homerus nõ ceſſabat corpora mortalũ minora eẽ q̃ priſca conqueri.

Oreſtis ꝓceritatem mirentur nemo cũ Plinio in ſeptimo lib. capite. 16. ſcribat in creta terræ motu/ Rupto mõte/ inuẽtũ eẽ corpꝰ ſtãs xvi. cubitorũ quod alii oronis alii Eetionis fuiſſe tradunt.

Crœſi legatorũ ad lacedæmonios oratio.

in lacedæmonios beneficia. Nam cum illi misissent sardis ad aurum comendum quo vsuri erant in id simulacrũ: quod nunc positũ est apud laconicam in thomace Apollinis eo auro sunt a Crœso donati. Qua de re lacedæmonii quodq; se amicos ille delegisset: societatem admiserunt: & hoc denuncianti sese paratos exhibuerunt. Quod vbi fecerunt pateram aheneam labiorum tenus frequentibus animalibus cælatam triginta amphorarum capacem dono adferebant volentes Crœsum remunerari. sed eam sardis non pertulerunt propter alterutram harum (quæ feruntur) causarum. Lacedæmonii quidẽ aiunt hanc pateram cum ferebatur sardis cum samũ adpulsi essent: a samiis fuisse interceptam: qui cognita re nauibus istos longis adgressi fuere. Ipsi vero samii lacedæmonios qui pateram portabãt sero venientes cum audissent Crœsum captum esse cum sardibus illam in samo vendidisse viris priuatis: qui eam Iunonis templo dedicauere: & illos qui vendidissent spartam reuersos fortitan dixisse a samiis sibi fuisse ereptã. De patera ita res se habet. Crœsus elusus oraculo aduersus cappadociam exercitus comparabat ipse & Cyrum & potentiã persicam euertẽdi. Cui in hac adparanda expeditione occupato: Lydus quidam nomine Sãdanis & antehac pro circunspecto habitus: & ob hanc quam dixit sententiam plus nominis apud lydos consecutus: hunc in modum Crœso consuluit. Aduersus tales viros expeditionem paras rex qui coriacea subligacula: qui e corio reliquam vestem ferunt: qui non quibus volunt cibis vescuntur: sed quos habẽt vtpote regionem asperam incolentes. Ad hæc potu non vini vtuntur sed aquæ: non ficos ad comendendum nec aliud quicquam boni habentes. Quibus cum nihil sit quid eripies si vceris. Sin victus fueris aiaduerte quot bona amittes vbi gustauerint illi nostra bona circũsistent nos: nec abigi poterunt. Equidem diis habeo gratiã qui nõ induxerunt in animũ persis: vt lydos inuaderẽt. Hæc locutus nõ tñ Crœsum psuasit. Etenim persis antequã lydos subigerẽt nihil erat neq; lautũ neq; opipatũ. Porro cappadoces a græcis syri nominãt: & erãt hi syri (ãtequã persæ imperitarẽt) ditionis medos: tũc autẽ Crœso parebãt. Si qdẽ imperiũ mediciũ ac lydũ distermin[illegible] fluui⁹ halys qui ex armeno mõte pfluẽs primũ cylicas: dehinc [illegible]antienos q̃ sunt ad dexterã: & phrygas qui sunt ad leuã. tũ boream versus tendens syros: cappadoces: paphlagonesq; interfluit: cappadoces a dextera paphlagones a sinistra perstringens. Ita flumen halys: cũcta fere superiora asiæ a mari: quod cypro obnoxium

Inita Crœsi cũ lacedæmoniis societas

Pateræ aheneæ capacitas.

Sandanis.

Post id tẽpõris natum est hoc diuerbium: pfica mẽsa de opipare vescẽtibus.

Cappadoces Syri.

Halys.

Mantieni.

Cylices.

Phryges.

Paphlagões.

Euxin⁹ pōt⁹ eſt ad euxinum vſq; pontū dirimit dorſum omnis regionis lō gitudine quinq; dierū itineris viri expediti aduerſ⁹ cappado ciam Croeſus cū exercitu proficiſcebatur: cupidus cū hanc par tem ſoli fœcundi ſuo adiiciendi: tum vel magis fiducia oracu lorum Cyrum vlciſcendi propter Aſtyagē Cyaxaris filium me dorum regem adfinem ſuū: quem Cir⁹ Cambyſis filius prælio victū ceperat. Erat autē Croeſo Aſtyages hunc in modū affi nis. Apud ſcythas pecuarios cum eſſet ſeditio caterua quędā eorum ſeceſſit in terrā medicam: qua tēpeſtate medorū tyran nus erat Cyaxares Phraortis filius Deiocis nepos: qui ſcythas hos tanquā ſupplices initio benigne adloquebatur: ac plurimi faciebat: adeo vt pueros eis traderet imbuendos: tū lingua ſcy thica. tum artificio arcus vtendi. Interiecto deinde tēpore cū ſcythæ venatū aſſidue irent: & ſemper adferrent: nonnunq; ta men contingebat vt nihil caperent. Quos ita reuertentes ina nibus. Cyaxares. (Erat enim cū ingenti tenebatur ira peracer bus) probris inſectabatur. Id illi vt ſe indignum a Cyaxare pati non ferentes conſilio habito decreuerunt: vt aliquem eorū pue rorum quos docerent trucidarent: Inſtructūq; (vt feras inſtrue re conſueuerant) Cyaxari/offerrent/perinde atq; venationē. Id q; cum obtuliſſent quamcelerrime ſe ad Halyattē Sadyattis fi lium ſardis conferrent: quod & factum eſt. Nam & Cyaxares & qui aderant conniuæ ex his carnibus guſtauerunt: & ſcythæ p petrato hoc Halyatti ſe ſupplices prebuerunt: quos poſtea repo ſcenti Cyaxari q; Halyattes reddere abnuerat: bellum inter ly dos medoſq; quinquennale cōflatum eſt: quo in bello aliquo ties medi victores extiterunt & nocturnum quoddam prælium geſſerunt: ſexto anno ſignis colatis: cū æquo marte certarent ſtante acie contigit vt repente dies nox efficeretur. Quā immu tationem huius diei futuram Thales mileſius ionibus prædi cauerat hunc annū prefiniens: quo immutatio facta eſt. Lydi ac medi vbi diem nocteſcere viderunt: a pugnando deſtiterūt: eo q; propenſius ad pacē inter ſe conſtituendam feſtinarunt aucto ribus conuētionis Sineſi Cylice: & Labineto babylonio: qui & iuſiurandū intercederet: & reconciliatio adfinitate fieret: pro perarunt decernentes ab Halyatte Arienam filiam Aſtyagi Cy axaris filio nuptam dandam quoniam ſine vehementi neceſſi tate conuentiones ſtabiles iniri non queunt. Ineunt autem hæ gentes fœdera cum cætera ritu græcorum: tum feriendo bra chia qua illa humeris connectuntur: ac mutuum ſanguinem de lingendo: Hunc igitur Aſtyagem auū ſuum maternum Cyrus

Aſtyages. Cyaxares. Phraortes. Scythę. Cyaxares p acerbus. Thales mile ſius. Solis eclipſis Ariena. Lydorum ac medorū mneū di fœderis modus. Aſtyages. Cyrus.

bello victũ tenebat ob eam q̃ in ſequentibus indicabo cauſam. Quo nomine Crœſus ei infenſus nũquid inferret perſis bellum ad oracula miſerat: & cum reſponſum rediſſet haud ſincerũ ſe cum facere interpretans in expeditionẽ profectus eſt aduerſus quãdam perſarũ partẽ. Atq; vbi ad halyn flumen peruenit tũc (vt ego quidem ſentio) pontibus qui nunc ſunt: copias tranſduxit: vt autẽ græci dicitant: Thales mileſius traductor extitit. Nam cũ incertus animi Crœſus foret q̃ parte fluminis traiiceret exercitũ (nullos dũ.n. eorũ fuiſſe ea tẽpeſtate pontes ferũ) Thales q̃ in his caſtris aderat feciſſe: vt fluuius qui ad leuã exercitus fluebat: flueret etiã ad dexterã. Feciſſe autẽ hunc in modũ foſſam peraltã exorſus ſupra caſtra ductã in ſpeciem lunæ deprẽſſit: quę caſtra vt erant metata a tergo amplecteretur. In quã cõtraduxiſſet ex piſtrino alueo fluuiũ iterũ cũ vbi exercitus traiectus eſſet: in ſuũ alueũ refunderet. Itaq; cum celerrime fluuius deductus eſſet vtrinq; vado meabilis effectus eſt. Quidã aiunt veterẽ oĩno exaruiſſe alueũ. Cui rei equidẽ nõ accedo. Quo.n. mõ qui rurſum redierũt illũ tranſierunt. Crœſus exercitu traiecto venit in cappadociæ locum qui dicitur Pteria omniũ eius regionis tutiſſimũ iuxta vrbẽ Sinopẽ fere ad pontũ cuxinum ſitã. Hic ſtatiua habens p̃dia ſyros vaſtat: & vrbẽ pteriorũ expugnat: diripitq; : cępit quoq; cunctas circa vrbes: ſyros nihil cõmeritos exterminans. Hinc Cyrus coacto ſuo exercitu ſumptiſq; omnibus: q̃ in medio incolebãt obuiã pergit: miſſis tamẽ anteq̃ exercitũ educeret caduceatoribus ad Iones tẽtandos: vt ad ſe a Crœſo deficerẽt. Illis abnuẽtibus ꝓfectus caſtra contra Crœſum poſuit ibidẽq; in regione pteria ꝓ ſe vterq; alterũ laceſſere. Cõmiſſaq; acri pugna: & multis vtriq; cadẽtibus ad extremũ noctis interuẽtu dirimũtur neutri victores. Atq; hũc in modũ duo exercitus dimicauerũt: Crœſus a ſuo exercitu incuſatus q̃ cũ Cyri multo maioribus copiis cõflixiſſet: poſtero die cũ Cyrus ipſum ſupſederet inuadere regreſſus eſt ſardis: habẽs in animo euocare ægyptios ex fœdere quoq; cũ rege Hamaſi anteq̃ cũ lacedæmoniis ſocietatẽ coierat adcerſere etiã babylonios: cũ qbus & ipſe fœdus pcuſſerat. Erat aũt babyloniorũ tyrannus ea tẽpeſtate Labynetus. Denũciare itẽ lacedæmoniis: vt ad certã diẽ preſto eſſent. Hiſq; & ſuis copiis coactis vbi per hyemem quieuiſſet: initio ſtatim veris tẽdere aduerſus perſas. Hæc deſtinans Crœſus abit ſardis: dimiſitq; caduceatores ad ſocios edicẽs vti ad quintũ mẽſem ſardis cõuenirẽt. Exercitũ vero qui aderat ex militibus cõductis: q̃ cum perſis dimicaret:

Thales mileſius.

Pontes nulli.

Halys deductus.

Pteria locus.

Sinope.

Labynetus. zenophon Babylonis tyrãnũ ſemp aſſyriũ vocat.

zenophon in memorato ſuperiꝰ cõflictu babylonis rege obpetiſſe tradit.

missum fecit: ac dissipauit: minime credens vnq̃ fore vt Cyrus qui sic æquo Marte pugnasset: sardis copias promoueret. Hæc Crœso ratiocinãte oia suburbana colubris impleta sunt. Quos vt existebãt equi inter ambulãdũ cũ ad pascua irẽt comedebãt. Id Crœso cernẽti (vt erat) visum est esse portentũ. Ideoq; mit

Telmisses. tẽdũ ad coniectores telmisses. Qui missi sunt ad consulendos telmisse: vbi adcepere respõsum: didicereq; quid sibi vellet: significaretq; portẽtũ: nõ cõtigit vt Crœso renũciarẽt. Nã priusq̃ retro sardis reueherentur: Crœsus est captus. Telmisses ita

Crœsus capitur. cõsueuerant exercitũ externũ Crœso illuc adfuturũ: qui cũ adforet indigenas subigeret q; dicerent colubrum terræ filiũ esse equũ hostem & aduenã. Hæc Telmisses Crœso sunt interpretati: sed iam capto nondũ tamen gnari eorum quæ circa sardis ac Crœsum erant: Cyrus certior factus Crœsum qui statim post præliũ apud Pteriam gestum abscesserat constituisse dispergere copias habito comperiebat opere precium esse quam maturrime posset promouere exercitum: sardis vt hostem priusquam ille contraheret iterum lydorum copias occuparet. Hoc vbi p̃bauit executus est: properecq; ducto in lydiam exercitu ipse nũ eius Crœso aduenit. Vnde Crœsus in magnam sollicitudinem adductus q; præter opinionem: pręterq; expectationem suã seres haberent: tamẽ lydos in pręliũ producit lydoq; gẽte in asia: nulla fuit ea tẽpestate nec fortior nec magis strẽnua: Ex equisq; pugnabat equitandi sane perita hastas perlongas gestans. Campus in quo cõcursum est ante vrbem sardẽsem iacet magnus & editus: quem cũ alii amnes interfluũt: tum omniũ maxim⁹ Hermus palude interrupt⁹: qui e mõte hirmo matris Dyndimene lapsus infunditur mari iuxta phociam oppidum. Hic

Hermus fluuius. Hirmus mõs Phocia. vbi vidit lydos ad pugnandum instructos Cyrus eoq; equitatum reformidans cõstituit admonitu Harpagi viri medi ita faciendũ. Coactis omnibus qui ipsius exercitũ sequebantur ca-

Harpagus. Artagersas a zenophonte nõ autẽ Harpagus vocat. melis vel frumentũ vel vasa portantibus: sarcinas detraxit: viros imposuit equestri stola indutos: quibus ornatis pręcipit vt pręirent cæteras copias aduersus Crœsi equitatũ: peditatus vt hos subsequeretur. Post hunc collocat omnẽ equitatum. Postq̃ omnes cõstituit imperat eis ne cui cæteroq; lydorũ parcerent: sed quẽcũq; occiderent obsistentẽ pręter ipsum Crœsum: ne si captus quidẽ repugnaret. Hæc imperans camelos cõtra equi-

Camelus. Equus. tatum instruit hac ratione q; camelum equus reformidat adeo quidẽ vt nec speciẽ eius intueri nec odorẽ sentire sustineat. Id ideo cõmentus est vt equitatũ Crœsi quo ille se p̃aliturũ cõ-

fidebat: inutilē redderet. Simul atq; in pugnā itum est: equi olfactis protinus cōspectisq; camelis retro se auertūt. Vnde spes Crœsi interiit: Verū nō protinus lydi ob id exterriti sunt: sed cognita re ab equis desiliūt ac pedites cum persis confligunt. Multis tamē aliquādiu vtrinq; cadētibus: tandē vertūtur in fugā: muros ingressi a persis obsidebātur. Quā obsidionē in lōgius processurā ratus crœsus alios nūcios e muris mittit ad socios. Nā qui antea dimissi erant hi conuentū sardis ad quintū mēsem indixerant. Ad hos dimittebat oratū q̄ celerrima auxilia mitti sibi vtiq; iam obsesso. Et cū ad alios socios misit: tum vero ad lacedæmones. Cæterū per id tēpus & ipsis sparciatis inciderat cū argiuis cōtentio de agro qui dicitur tyria: quē locū & si terræ argolicæ partē: tamē lacedæmonii intercillum tenebant. Etenim argiuorū est quicquid regionis malea tenus ad occasum vergit in cōtinente: & insulæ tū aliæ tū vero citheria. Cū ergo argiui suo territorio interciso auxiliū ferrent: ibi ab vtrisq; in colloquiū ventū est: vt trecēi vtrinq; dimicarent: & vbi superiores extitissent: eorum regio foret atq; ambo exercitus in suā vterq; terrā discederent: nec permanerēt dū dimicaretur ea scilicet cā ne si adessent parti succūbenti auxiliū sui ferrent. His cōuentis in diuersa digrediūtur. Ex vtrisq; delecti viri qui reliqui sunt cōflixerūt: atq; illa quidē vt æquo marte pugnātibus: ex sexcentis tres omnino reliqui fuerint: & id noctis interuētu: ex argiuis duo Alcenor & Chromius: qui tāq; victores Argos cursu cōtenderūt. ex lacedæmoniis vnus Othryades: qui spoliatis argiuorū cadaueribus eoꝝ arma ad suorū castra detulit & se in suo ordine tenuit. Postero die vtriq; re audita adfuerūt: sibiq; victoriā vindicabāt: argiui quidē q̄ suoꝝ plures supfuissēt dicētes: Lacedæmonii vero q̄ eoꝝ q̄ superāt illi fugissent suus pstitisset: & hostiū cæsos spoliasset: ex cōtētiōe tādē cōcurrētes pugnāt: ac postq̄ p multi vtriq; ceciderūt: lacedæmonii vincūt. Quo ex tēpore argiui tōsis capitibus cū ātea criniti eēnt necessario legē cōdiderūt se deuouētes ne prius comā alerent: neue mulieres aurū ferrēt q̄ thyreas recuperassent. His e diuerso legē tulere lacedæmonii in posterū comati essent cū antehac nō fuissent. Othryadem qui vnus e trecentis delectus reliquus fuisset: aiūt pudore spartam reuertendi ob socios interfectos illic apud thyreas mortē sibi cōsciuisse. Cū hæc esset apud spartiatas rerū cōditio aduenit caduceator precatū Crœso obsesso auxilia. Illi caduceatore audito statuerūt Crœso stati succurrēdū qbus iā se adparātibus: ac nauibus paratis alius effertur nūcius

zenophō maximū consiliū fuisse adfirmat.

Tyria agri.

Malea.
Cytheria.
Argiuorum ager.

Alcenor.
Chromius.
Othryades.
Argiuorum tonsura.

Thyreæ Lacedæmonū coma.

murũ lydoꝝ expugnatũ: Crœſumq; vitũ eſſe captũ. Sic lacedæmonii magno ſe effectos detrimento rati ſuperſedérũt. Sardis autẽ in hũc modum ſunt expugnatæ. Quarto die cimo q̃ obſideri cœptæ ſunt die Cyrus miſſis paſſim equitibus per ſuas copias edicit ſe dona daturũ ei qui primus muros conſcenderiſſet. Poſtea q̃ id conato exercitu res non proceſſit: ibi quieſcentibus cæteris Mardus quidam. cui nomẽ erat Hyrceades: id adgreſſus eſt auſus a parte arcis: vbi nullus ad excubandum erat collocatus: quia illic nequando vrbs caperetur: haud ſuſpectum erat: vtpote loco præcipito atq; inexpugnabili. qua p̃ parte ſolum ne leonem quidem meles primus ſardius rex circutulerat ex pelliceæ ſuæ genitum: qui Leo quacun p̃ parte murorum circũlatus eſſet ex ea parte ſardis inexpugnabiles fore exiſtimaſſes iudicauerant. Eum Meles per ceteram partem murorum circũduxit: quacunq; poterat arx obpugnari: per hanc partem tãq; in obpugnabilem atq; preciſam circũducere præterniſit: q̃ ad Thmolum fluuiũ vergit. Ab hac igitur parte Hyrceades ipſe Mardus conſpicatus quẽdam lydũm pridie deſcendiſſe ad recipiẽdam galeam illuc deuolutam aduertit animũ atq; conſideraut: dehic ipſe cõſcẽdit. & poſt eum alii perſæ: ſubinde atq; alii frequẽtes. Ita vrbs ſardis capta eſt atq; omnis direpta. Circa ipſum autem Crœſum hoc contigit. Erat ei filius cuius ſuperius habui mentionem habilis ad cætera: ſed mutus. In cuius vitiũ emendãdũ Crœſus pro viribus omnia fecerat: cum alio excogitando: tum vero delphos mittendo ad oraculũ ſciſcitandũ atq; ei Pythia talibus reſpondit. Lyde genus rex multoꝝ valde inſcie Crœſe. Nec cura gnati exoptatam audiſſe loquentis. Intra ædes vocẽ ſine q̃ potior tibi lõge ille die quoniã primũ infœlice loquetur. Captis mœnibus quidam perſes in Crœſum ſibi ignotũ vt occiſurus vadebat. Quem inuadẽtem ſe Crœſus cum videret: tamen preſenti clade adfectus deuitare negligebat: nihil putans differre: an pcuſſus obpeteret mortem an nõ. Id vbi filius eius mutus aſpexit timens patri erupit in vocem inquiens. Homo ne perimas Crœſum: atq; hoc ille primum effatus: poſtmodum per omne vitæ tempus vocalis extitit. Perſæ & ſardibus potiti ſunt: & Crœſo viuo cum regnaſſet annos quatuordecim. totidemq; dies fuiſſet obſeſſus: miſſo magno imperio: vt ei fuerat reſponſum. Eũ captũ perſæ ad Cyrũ perduxerunt quẽ ille victũ cõpedibus ſuper ingẽtem quã ſtruxerat lignorũ ſtruem impoſuit circaq; cum bis ſeptem lydorum filios ſiue habẽs in animo primicias has alicui deo offerre: ſiue volens votũ p̃ſoluere: ſiue

Sardis expugnantur.

Mardus. Hyrceades.

Xenophon perſen quẽdã qui vnius cuſtodum arcis fuerat ſeruus ipſi⁹ capiẽdę modum docuit.

Meles Rex Leo ex cõcubina.

Thmolus fluuius.

Xenophõ (vt dixi) raro hiſtorię fidẽ in pędia cyri ſeruaſſe ab lectoribus cognoſcitur.

Crœſi filius mutus loquitur.

Crœſus capitur.

Crœſi regnũ

cupidus ſciendi num quis dæmonũ liberaret Crœſum: quẽ religioſum eſſe audierat: quo minus piræ impoſitus vinus cõcremaretur. Hæc quidem Cyrũ feciſſe aiunt. Crœſo autẽ ſuper pyram ſtãti & ſi in tanta calamitate poſito: tamen veniſſe in mentem Solonis qđ ab eo ſibi nutu dei fuiſſet dictũ ex viuentibus beatũ eſſe neminem. Quod dictũ vbi ſubiit Crœſo ferunt eum ex vehementi defectione animi victũ ingemiſcentẽ ter Solonem nominaſſe: & Cyrũ cũ audiſſet iuſſiſſe interpretes eũ perconctari quẽnam inuocaret: Illoſq; adcedentes fuiſſe perconctatos. & hunc interrogatũ ſilentiũ egiſſe. Deinde cũ loqui cogeretur dixiſſe. Illum nominaui qui vt omnes tyrannos adloqueretur: ego q̃ ingentẽ pecuniã prẽoptarẽ. Eũ nõ plane loquẽti rurſus interrogat quodnã eſſet quod dixiſſet efflagitantibus atq; inſtantibus interrogatione inquit quemadmodũ Solon qui eſſet athenienſis ad ipſum a principio veniſſet: & intuitus omnes eius opes corã pro nihilo duxiſſet. Adeo que de ipſo dixerat: ea omnia eueniſſe: neq; hæc magis de ſeipſo q̃ de oi hominum genere: & de his præſertim qui ſibiipſis beati viderentur. Hæc Crœſo referente iam pyra incenſa ardere extrema cepiſſe & Cyrũ auditis per interpretem q̃ Crœſus dixiſſet: penituiſſe: cũ ſe quoq; hominẽ eſſe cognoſceret: qui alium hominẽ qui ſe inferior non fuiſſet opibus viuũ rogo traderet. Præterea vetitum ob id pœnam: ac reputantem nihil eſſe rebus humanis ſtabile iuſſiſſe ignẽ celerrime extingui iã incenſum. Crœſumq; deponi: & quæ circa eum erãt. Verũ eos qui ignẽ iam conabantur extinguere nõ eualuiſſe. Ibi crœſum cognita per lydos cyri pœnitentia cũ cerneret vnũquẽq; extinguendo dcuoluendoq; igni incũbentẽ: nihil tamen profici exclamãdo inuocaſſe apollinẽ: vt ipſi adeſſet ſi quod ab eo donum illi gratũ fuiſſet oblatũ: ipſumq; preſenti malo liberaret. ita cũ lachrymis Crœſo deum inuocãte nimbos repente cũ ſerenũ ac tranquillũ eſſet cõfractos eſſe: imbreſq; erupiſſe: ac vehementiſſima aqua pluiſſe: & rogũ extinxiſſe. ita cyrũ cognito deorũ cultorẽ ac bonũ virum eſſe Crœſum e pyra depoſuiſſe: atq; hunc in modũ interrogaſſe Crœſe quiſnã te hominũ perſuaſit: vt eũ exercitu inuaderes terrã meã ex amico factus hoſtis. Cui crœſus. Ego inqt rex iſtud feci tuo proſpero meo infauſto fato græcorum deo auctore: q me ad bellũ tibi inferendũ impulit. Neq; enim quiſpiam ita amens eſt: vt bellũ q̃ pacem prœoptet. Nam in pace filii patres in bello patres filios ſepeliunt. Sed vt iſta fierent: dæmoni cordi fuit. Hæc crœſus locutus eſt quẽ Cyrus ſolutũ iuxta ſe colloca

Crœſ⁹ i Pyra Solon a crœſo nominat⁹.

Cyri pœnitentia.

Crœſ⁹ vixit apollinis hymbre.

Bellum.

Pax.

Crœſus apũd cyrũ degẽs.

uit: ac multa ſane obſeruantia habebat: intuenſq; eum admirabatur tam ipſe q̃ omnis circa cœtus. Ille cogitabundus ſilentiũ tenebat. Mox conuerſus ac cernens perſas lydorum diripientes vrbem. Vtrum debeo inquit rex tibi loqui quod ſentio: an tacere hoc tempore. Cyrus eũ vero quęcũq; liberet audacter ꝓloqui iuſſit. Tunc ille Cyrum perconctatur quidnam inquiens tanta frequentia properat agere. Cui Cyrus. Tuam inquit vrbẽ diripere: tuaſq; opes abſumere. Atqui Crœſus excipit: neq; vrbem meam diripis: neq; meas opes. Nihil enim mihi iam cum iſtis rebus eſt: ſed tua ferunt aguntq;. His verbis iniecta cura cyrus Crœſum ſemotis arbitris interrogat quidnã in his quæ fierent ſibi conſtituendum cenſeret. Ad quem Crœſus quoniam me dii ſeruũ tibi tradiderunt: iure debeo (ſi qd amplius animaduerto) id tibi indicare. Perſæ ait natura proterua ſunt & idem inopes. Quos ſi diripientes tu ac potientes magnis opibus negligis. id tibi ex hoc credibile eſſe euenturum. Vt quiſq; iſtorũ plurimis opibus potietur ita maxime in te rebellaturum eſſe expectandũ. Nunc igitur ſi tibi placent hæc quæ ego dico ita facito. Siſte ad ſingulas portas aliquot ex tuis ſatellitibus cuſtodes: qui vetẽt exportari opes vt earum decimæ Ioui neceſſario reddantur. Ita neq; tu odium illorũ contrahes vi opes eripiendo: & ipſi agnoſcentes ſe iuſta agere non inuiti facient. Hæc audiens Cyrus maiorem in modũ gauiſus & tali admonitu: eaq; vehemẽter adprobauit: & iuſſis ſatellitibus id exequi qđ Crœſus ipſi ſubieciſſet: his verbis eum adfatus eſt. Crœſe quãdo qdem & facta & dicta tua egregia viri regis ſunt: pete quid muneris a me velis in præſentiarum tibi dari. Ad quem Crœſus. Here inquit ſine me gratum eſſe erga deum græcorũ: quẽ ego maxime omniũ veneratus ſum: vt miſſis ad eũ his vinculis ꝓconcter nũquid ei fas ſit bene de ſe ipſo merentes decipere. Et Cyro interroganti quidnã id eſſet qđ incuſaret altius repetens omnẽ ſuũ aperuit animũ: redditaq; ſibi oracula & præcipue donaria ſua: quibus rebus fretus ſuſcepiſſet aduerſus perſas expeditionẽ. Hæc cõmemorando rediit rurſus ad petendã veniam ob id deo exprobrandi. Ad quẽ ridens Cyrus & hoc ingt Crœſe a me impetrabis: & quicquid aliud atq; id quoties tibi opus erit. Vbi hæc audiuit Crœſus delphos miſit quoſdam lydorũ iuſſos cum ad limen templi vincula depoſuiſſent: ſciſcitari deũ nunquid eum puderet ob oracula: quibus induxiſſet ad bellum Perſis inferendum tãquam Cyri potentiam euerſurum. Vnde tales primitiæ offerẽtur cõpedes. ſ. offendendo: ſciſcitari cum

Perſæ.
Crœſi conſilium.

hæc tum nũquid græcis diis foret fas eſſe ingratis. Lydis illuc profectis & hæc mãdata executis Pythia fertur ita reſpõdiſſe. Sortẽ fato deſtinat m defugere deo quoq; eſt impoſſibile. Croe ſus quintæ retro ætatis crimen luit: hoc eſt abaui qui cum eſſet ſatelles heraclidarum muliebri dolo inductus dominũ interemit. Illiuſq; dignitate potitus eſt nihil ad ipſum pertinente. Verũ Apollo cũ ſtuduerit vt hęc ſardiũ clades circa liberos Croeſi non circa Croeſum contingeret. tamen tranſferre fata non potuit: ſed quatenus illa permiſerunt annixus eſt atq; ei gratiã rettulit. vtpote dilata ſardium expugnatione tres annos: & hoc Croeſus diſcat tribus ãnis q̃ fata deſtinarãt. ſerius ſe fuiſſe captum: ſecundo loco q; ipſa ardenti opem tulit. Nam qđ ad oraculum pertinet haud recte Croeſus incuſat: quoniam Apollo p̃ dixit eum eſſe magnũ imperium ſi bellum perſis inferret euerſurum: de qua re ipſum conſultare volentẽ decuerat mittere ſciſcitatum: vtrum ipſius Apollo diceret imperium: An Cyri. Sed quod dictum erat nec conſiderans nec interrogans ſibiipſi adceptum referat. Quod autem vltimo reſponſo ait Apollinem dixiſſe de Mulo: ne hoc quidem diſcuſſit. Nam mulus hic Cyrus erat: quippe qui duabus ex gentibus ortus eſt generoſiore matre q̃ patre. Nam illa quidem meda erat aſtyagis medorum regis filia. Hic autem perſis & medis ſubiectus & licet omniũ infimus: tamen dominam ſuã in matrimonium duxit. Hæc lydis pythia reſpondit quæ illi ſardis reuerſi Croeſo renũciarũt. Quibus auditis Croeſus ſuam ipſius agnouit culpam eſſe non dei. De Croeſi imperio: & pria Ioniæ ſubactione ita res habẽt. Porro lydia quod ſcribitur nihil ſane admirandum habet prout alie regiones præter auri ramenta ex tmolo prouenientes. Nam lydi primi dũtaxat eorum hominũ quos ſcimus nummũ aureum argenteumq; ad vtendum percuſſerunt: ac primi caupones inſtitoreſq; extiterunt. Iidem vt & ipſi aiunt & a græcis feruntur excogitauerunt aleæ teſſerarumq; ludum & pilæ & cætera genera luſoria præter q̃ talaria. Et lydi quidem a perſis ſubacti ſunt.

Sors fato deſtinata.

Gygis crimẽ luit Croeſus

Trogus Gygẽ candaulis ſociũ nõ ſatellitem adpellat.

Cyrus mu'us Cyri genus.

Lydoꝝ iuẽta

Nũm' aure', Nummus argenteus

Caupones.

Alea.

Teſſeræ

Pilæ ludus

HInc autem exequetur oratio Cyrũ: qui Croeſi euertit imperium quiſnã fuit ac perſas qui aſyam ſubegerunt. Igitur quẽadmodũ quidã perſarum memorant: nõ qui res Cyri inſignire: ſed prout ille ſe habent referre ſtudent: ita ego cõſcribam: gnarus trifarias alias etiam vias eſſe narrandi de Cyro. Fuit apud medos vir ſapiens cui nomen erat Deioces filius Phraortis. qui

Cyri hiſtoria

Deioces.

Phraortes.

zcnophõ (ne quem lateat) cyrũ insigni-tum is lõge ali ter q̃ alii: octo pedię cyri li-bris in parẽ-tes & subdi-tos optie ad-fectum semp inducit.

Medic na-tiones

Busæ

Parecõtacęni

Struchates.

Arizanti

Budi. Magi.

Phraortes primus bellũ intulit persis

Assyrii Nin⁹

Cyaxares rex

Militię ordo

propter suam æquitatem: medorũ extitit rex. Huic medi id p-stiterũt. Ingentia extruxerunt edificia: quos vellet ex omnibus medis satellites sibi deligere permiserunt: nec cui potestas fie-ret regis adeundi: sed ad omnia internũciis vtendi. Nemini p-terea coram illo aut ridendi aut spuendi; id omnibus factu de-forme esse. Hæc circa illum ideo faciunt: ne eũ cementes æqua-les & vna cũ eo educati egregii viri atq; præstantes indoleant & insidientur. Deioces solam medicã subegit nationẽ: eiq; soli imperauit. Cuius nationes tot numero gentes sunt: busæ: pa-recontacæni: struchates: arizanti: budi: magi. Tot sunt in me-dia gentes. Deioce defuncto qui annos tres & quinquaginta re-gnauit: filius eius Phraortes suscepit imperiũ quo solo nõ con-tentus bellũ ante omnes intulit persis eosq; primus in potesta-tem medor⁹ redegit. Quibus nationibus potitus valida vtraq; mox asiã subegit: aliam deinceps atq; aliã inuadendo gentem donec ad assyrios oppugnãdos puenit ad eos assyrios qui Ni-nũ incolebant quõdam omniũ principes: sed tunc a sociis per defectionem desertos alioqui per se bene habentes. Aduersus hos expeditiõe sumpta Phraortes secũdo ac vicesimo q̃ regno potitus est anno: cũ plæraq; exercitus parte perit. Post obitũ eius Cyaxares filius Deiocis nepos succellit: qui dicitur multo quã maiores sui fuisse præstantior & primus asiæ populos in-uincias distinxisse: primusq; in suũ quosq; ordinẽ distribuisse: hastatos: sagittarios equites: cũ prius omnia promiscua fu-issent atq; implicita. Hic & cũ lydis præliũ fecit: quod prælio cũ fie-ret dies nox effecta: & oẽm trans halym flumen asiam sibi sub-iecit. Postq; annos regni sui quadraginta defunctus est. Cuius

Astyages rex

Astyagis somniũ.

regnũ suscepit Astyages filius. Hic filiam sustulit: adpellauitq; eam Mandanẽ. Quæ visa est ei per quietem tantũ vrine facere: vt omnẽ ipsius vrbem oppleret atq; vniuersam asiam inũdaret. Quod somniũ cũ magis somnio⁹ interp̃tibus exposuissent: cõ-territus est singula quęq; ab illis edoctus. Ideoq; visum hoc re-formidans Mandanen iam viro maturam nulli medorum: qui ea dignus esse tradendã statuit: sed persæ cuidã nomine Cam-byse: quem cõpertum habebat familia quidẽ bona ortum. Cæ-terum ingenio sedato gerentẽq; se multo infra mediocris me-di alicuius conditionem. Eodem quo Cambyse collocauerant

Cambyses.

Secũdũ Asty agis somniũ

filiam anno visionẽ alteram vidit. Videbatur ei ex genitali-bus filiæ vitis enasci: quę omnẽ occuparet asiam. Quod visum cum rettulisset ad interpretes somnio⁹ filiã iam pregnantem: & partui vicinam ex persis adcersit eiq; cũ veniisset custodiam

adponit volens quod illa edidiſſet interimere. Etenim magi ſomniorꝫ interpretes viſionem illã protendere dicebant Aſtyagi prolem filiꝫ pro ipſo regnaturã. Hoc igitur obſeruãs Aſtyages vbi genitus eſt Cyrus: adcito Harpago familiari ſuo. & inter medos fidiſſimo atꝫ omniũ rerũ ſuarũ procuratori hęc inquit. Harpage negociũ quod tibi iniũgo cape pretermittas aut vllo modo exequi ſuperſedens nequ cõmittas: aut alios preponendo poſtea tibi ipſi perniciem crees. Capito quẽ Mandane peperit puerum: in domũꝫ tuã ferto: atꝫ occidito: poſtmodũ quoquo modo voles ipſe ſepelito. Cui reſpondit ille neꝫ alias vnquã rex huic viro rem iniunxiſti ingratam: & in poſterũ dabimus operã ne quid in te delinquamus. Quod ſi tibi cordi eſt hoc ita fieri: mea intereſt id induſtrie exequi. Hæc cum reſpondiſſet Harpagus: eiꝫ puer traditus eſſet ornatus ad necẽ cõtulit ſe domũ flens adienſꝫ vxorem refert omnẽ habitum ſecum ab Aſtyage ſermonem. Ad quẽ vxor. Quid igitur inquit facere tibi in animo eſt. Ego vero reſpondet vir quãquam Aſtyages mandauit: etiam ſi deſipiet peiuſꝫ inſaniet q̃ nunc inſanit: non tamen eius voluntati parebo: neꝫ ad hanc necẽ obſequar: idꝫ multis de cauſis: tum qꝫ puer ipſi mihi cognatus eſt: tũ qꝫ Aſtyages grandis natu eſt: & virili prole orbus quo defuncto ſi tyrannis ad eius peruentura eſt filiam: cuius nunc filiũ per me interimit: quid aliud reſtat hic mihi q̃ periculũ maximũ? Enim uero tutelæ meæ cauſa expedit hunc puerũ interire: ſed per aliquem ipſius Aſtyagis: non per aliquem meorũ. Hæc locutus e veſtigio nunciũ mittit ad bubulcum Aſtyagis: quem norat paſcuorum maxime idoneorũ & montium feris frequentiſſimorũ eſſe gnatiſſimũ: cui nomen erat Mitridates: cuius contubernalis & eadem cõſerua erat nomine Cyno græca lingua: ideſt canis: medica Spaco. Nam canem medi: ſpaca adpellãt. Vbi boũ paſcua ille habebat: mõtiũꝫ radices erant aduentũ boream ac batanorũ: & ad pontũ euxinũ. Hoc enim tractu ad ſapiros vergente Media ſane montuoſa eſt: & edita. ac nemoribus frequẽs reliqu- vero tota admodũ plana. Hic itaꝫ adcerſitus propere cum veniſſet: inquit ad eum Harpagus. Iubet te Aſtyages hunc capere infantem: quem in deſertiſſimo montiũ exponas vt celerrime pereat: & hęc vt tibi dicerem mihi iniunxit: & niſi hũc interemeris: vlloꝫ pacto ſeruaueris: peſſimo exitio te obcubiturum. Cui expoſitioni infantis inſpector ego prępoſitus ſum. Hęc vbi audiuit bubulcus ſumpto infante rediit qua venerat ad bouile ſuũ. Ei dum in vrbem abiit vxor ſua: quę erat prægnans

Harpagus.

Cyrus morti deſtinatus.

Mitridates paſtor. Cyno ſerua. Spaco. i. canis.

per totam diem parturiens e voluntate dæmonis enixa est filiũ preter cõsuetudinem Harpagus adcerſiſſet. Vbi reuerſus ad fuit eũ vxor vtpote ex inſperato cernens prior interrogauit qd ita exacte ipſum Harpagus adcerſiſſet. Cui ille vxor (inquit) p fectus ego in vrbẽ & vidi & audiui quod nec viſum oportuit: nec agi circa dominos noſtros. Harpagi domus omnis luctu tenebatur. In quã ego perterrefactus ſimulatq; introii: video infantulum palpitantem: vagientemq; auro ac diſtincta veſte ornatum. Eũ harpagus vbi me vidit iuſſit celerrime ſumere: atq; abſportare: in efferatiſſimũ montem vbi exponã: dicens Aſtyagem eſſe qui hæc mihi iniungeret magnopere minatus niſi ea perpetraſſem. Ego adceptum puerũ adtuli ratus alicuius illum domeſticorum eſſe nõ autem illius generis. Admirabar tamen q; viderem auro veſtibuſq; ornatum. Præterea q; planctus exercebatur in harpagi domo. At qui inter viam ex omni oratione famuli: qui me extra vrbẽ deduxit: mihiq; infantem tradidit percepi eũ Mandanes Aſtyagis natæ & cambyſis Cyro geniti eſſe filium: & ab aſtyage iuſſum interfici: atq; is hic eſt. Hæc loquens bubulcus puerũ detexit atq; oſtendit quem illa intuita procerũ ac ſpecioſum: genua viri cũ lachrymis amplectit: obſecrat ne qua ratione puerũ exponat. Hic negare aliter iſta fieri poſſe: ſupertenturos enim ab harpago ſpeculatores ad rem explorandam: ſeq; niſi id exequatur miſerrime piturũ. Mulier vbi virum nõ perſuadet: quãdoquidem (inquit) te nequeo inducere: quod ſecundũ eſt facito: ſi modo neceſſitas prorſus eſt aſpici puerum dũ exponitur: quoniã ego quoq; peperi: Peperi autẽ mortuũ. Ferto hunc & iſtũ ex aſtyagis filia tanq; ex nobis genitum alamus: Ita neq; tu iniurius in dominos eſſe deprehẽderis neq; nobis male cõſuluerimus. Nam & hic qui obiit regale ſepulchrũ nanciſcetur: & iſte qui ſupereſt animam non amittet. Sane q; cõmode viſa eſt bubulco mulier loqui ex præſenti conditione: atq; ita cõtinuo eſſe faciendũ. Igitur quẽ necaturus adtulerat eum vxori tradidit: ſuũ autem qui mortuus erat ſumens collocauit in eo vaſe: in quo alterum portauerat. Omniq; alterius pueri cultu ornatum baiulãs in vaſtiſſimo montium exposuit: triduoq; poſt pueri expoſitionẽ: relicto quodã pecuario pro ſe illic vicario in vrbẽ ſe contulit: & ad domũ harpagi: aitq; ſeſe paratum illi oſtendere pueri cadauer Harpagus miſſis ſuorum ſatellitum fideliſſimis rẽ per eos inſpexit: ac bubulci filiũ ſepeliuit. Et hic quidẽ infans humatus eſt. Alterũ vero qui poſtea Cyrus adpellatus eſt mulier ſibi ſumptũ educauit impoſito

Cãbyſes.

Trogus dicit paſtorẽ puerũ ſuum p cyro viuũ expoſuiſſe.

Cyrus exponendus nutritur occulte.

Strabo aliud ſentiens cyrum ab cyro fluuio vocatũ in quinto decimo ait.

illi nomine bubulci: alio ſcilicet q̄ Cyro. Quæ poſtea q̄ decēnis extitit: huiuſmodi rē quæ illi cōtigit palā fecit. Ludebat in hoc pago vbi bouilia illa erant: & ludebat cū æqualibus in via: quē interludendū cæteri pueri cū pro rege ſibi elegiſſent cognomi- Cyrus puero
natum bubulci filiū ipſe eos muniis diſtinguebat. Vt alii domo rum rex.
rum ſtructores eſſent. Alii ſatellites: alius vt oculus regis: alius mādatorū renunciator: ſuū ſingulis honorē munuſq; adſignās
Horū puerorū quidā colluſor Artembaris filius erat: viri inter Artēbares.
medos ſpectati: quē Cyrus q; imperata non feciſſet: iuſſit ab aliis pueris cōprehendi: & cū illi paruiſſent: multis verberibus adfecit. Quæ puer tanḡ ſe indigna paſſus iniquiſſimo animo ferens: vbi primū dimiſſus eſt in vrbē ad patrē perrexit. & quæ a Cyro pertuliſſet cōplorauit: nō tamen Cyrū nominans (nōdū enim eius hoc erat nomen) ſed filiū bubulci Aſtyagis. Artembares vt erat ira percitus ad aſtyagē ducens filiū ſecū cōtēdit: & rē intolerandā paſſum eſſe inquiens: eiuſq; humores oſtēdēs ficcine indigne ait adcipimur rex a filio bubulci ſerui tui? Audiens hæc atq; cernēs Aſtyages volens vlciſci puerū Artēbaris honoris gratia: iuſſit ad ſeſe bubulcū & filium: qui cū ambo adfuiſſent: intuens in Cyrū Aſtyages tu ne inquit hoc tali patre genitus auſus eſt huius filiū viri apud me primarii tā indignis cōcidere verberibus: Cui ille iſtud inquit here huic ego iure feci. Pueri enim pagani quorū hic vnus erat me regē ſuū ludentes cōſtituerant: quippe q; vídebar eis ad hoc maxime eſſe idoneus. At iſte cū cæteri pueri iuſſis optēperarent audiens dicto eſſe nolebat: ac me nihili faciebat: propter quod pœnas dedit. Quod ſi ego propterea vllo malo ſum dignus. hic tibi præſto ſum. Hęc loquēte puero ſubiit Aſtyagi agnito eius: viſaq; eſt figuras oris inferre ac repręſentare ipſum: & geſtus eſſe liberalior & tēpus expoſitionis cum pueri ætate cōgruere. Hic perculſus Aſtyages aliquandiu ſine voce manſit. Vixq; tandem ad ſe reuerſus nolens a ſe Artembatē dimittere: vt bubulcum fummotis arbitris rimaretur. Ego inquit Artembares efficiā vt filius quoq; tuus ob hoc nil conqueri poſſit: dimiſſo artembare: & eius iuſſo per famulos Cyro introducto bubulcum: qui ſolus erat relictus peconctatur vnde puerū adcepiſſet: quis ve ei tradi diſſet. Ille ex ipſo genitum reſpōdere: & genitricem eius apud ſe eſſe. Aſtyages dicere non bene ſibi illum conſuluiſſe: qui cupe Cyri recogni
ret ad ingentes deuenire neceſſitates: ſimulq; hæc dicēs ſatelli tio apd aſty-
tib⁹ ſignificauit vt caperēt ipm. Hic aūt cū ad neceſſitates ad- agem.

duceretur: rem vti erat promit: ab inicioq; exorsus vera referē-
do deuenit ad præceps petendāq; sibi veniam iubens vt eum
haberet bubulco veritatem elocuto: Astyages pauciora iā ver-
Harpag⁹ ad- ba fecit: Cæterū cui valde succensebat Harpagū vocent satelli-
loqtur astya- tibus iubet: Quem vbi adfuit perconctatur Astyages. Harpage
gē de Cyro qua nece interemisti quē tibi tradidi puerū e filia mea genitū.
exposito. Harpagus vt vidit pastorem interesse noluit tergiuersari mēda-
cio ne argumentis conuinceretur: sed ita respōdit. Ego postea
quam infantē adcepi rex cogitani quo pacto ex animi tui sentē-
tia facerem: & tamen cū apud te innoxius extitissem: ne forem
aut filiæ tuę: aut tibi ipsi carnifex: eoq; ita statui agendū. Adcer-
sito huic bubulco infantem tradidi inquiens te esse qui iuberes
illum interfici: in quo dicendo mentitus non sum. Tu enim ita
præcepisti. Atq; huic dum puerum trado ex tuo præcepto iussi
exponeret in deserto monte: perstaretq; in eo obseruando tan-
tisper dū expirasset cōminatus ipsi extrema quæq; nisi hæc effe-
cta reddidisset. Vbi hic fecit imperata & infans obiit missis eu-
nuchorum fidissimis rem cognoui: per eosdē mortuū sepeliui.
Ita res habet rex atq; hac morte defunctus est puer: & Harpagus
Astyages spē quidem directā habuit orationem. Astyages autem dissimulata
vultu simu- qua illi infensus erat causa ob id quod contigerat primū rem ei
lat p̄mit al- renarrat quemadmodū ipse a bubulco audisset. Deinde ea nar-
tū corde do- rata ea deuenit loquēdo quod puer viueret: & bene haberet: ga
lorem. sic actum esset: Nāq; ex hoc inquit quod gestū erat circa puerū
ægro valde animo fui: & a filia mea insimulatus haud leuiter tu
li. Igitur in bonum conuersa fortuna mittito filium tuū ad pue-
rum hunc: qui recens venit. Præterea destino pro liberatione
eius diis immolare: quibus hic honor debetur: tu mihi adesto
ad cœnam. Harpagus cū hæc audisset adorato rege: ac sibi ma-
iorem in modū gratulatus quod peccatū suum cōmode cessis-
set: & vltra bonā fortunam: ad conuiuiū vocaretur: domum a-
bijt: Quam ingressus properanter filium: qui ipsi vnicus erat
tredecim ferme natum annos mittit ad domū Astyagis iubēs
exequi quæcunq; ille imperaret. Ipse gestiens quid sibi succes-
sisset vxori exponit: Eius filium vbi aduenit Astyages mactat:
cōcisumq; membratim: & partim assum partim elixū: vbi escu-
lentum effecit: paratū habuit dehinc sub horam cœnę postquā
adfuerunt cū cæteri conuiuæ: tum vero Harpagus. conuiuis q
dem aliis atq; ipsi Astyagi mensæ adpositæ sunt ouilla refertæ
Harpagus fi- carne. Harpago autem carne filii sui præter caput atq; extrema
lium comest. manuū pedūq; cętera omnia. Nā ea in canistro operta separa-

tim repoſita erant. Eũ poſtquam ſatis depaſtum illo cibo puta uit. Aſtyages interrogat nunquid ſit illis oblectatus epulis. Se vero ſane oblectatũ dicẽti Harpago: hi quibus negocium erat datum adferunt caput filii cum extremis manuum pedũq; vellatum adſiſtenteſq; iubent detegere ac ſumere quod vellet ex eis Harpagus obtemperans vbi detexet cernit reliquias filii. Nõ tamen eo ſpectaculo cõſternatus eſt: ſed apud ſeipſum fuit. Et perconctanti Aſtyagi nũquid agnoſceret cuius feræ carne paſtus eſſet ſe agnoſcere reſpondit: ſibiq; quicquid rex ageret placere. Hoc reddito reſponſo receptiſq; reliquiis carnium domum abiit: eas (vt ego opinor) illinc collectas humaturus. Hac vltione aſtyages harpagũ proſecutus eſt. Idem de Cyro deliberans eoſdem ex magis adcerſiuit qui fuerant ipſius ſomniũ interpretati. Poſtq; venerunt ſciſcitatur eos quid cenſeant de viſione ſibi agendum. Illi neceſſario fore inquiunt: vt puer (ſi ſuſtes eſſet: nec hactenus periiſſet) regnaret. Atqui puer & viuit & incolumis eſt aſtyages excipit: & cũ ipm ruri agentẽ pueri eius magis dicit iam regnaſſe. Cyrus a magis dicit iam regnaſſe. omnia hic fecit. Nã ſatellitibus ianitoribus internunciis ac cæteris muniis inſtitutis imperium exercuit: quæ vobis quonã videntur ſpectare. Si ſupereſt puer magi reſpondent: atq; regnauit nulla ex prouidentia confidito ob id: ac bonum habeto animum: Iam non eum regnaturum iterum. Nã quædam vaticinationes noſtræ in exigua reciderunt: & velut inſomnia in imbecillum quiddam tandem redactæ ſunt. Ego inquit Aſtyages reſpondens iſtiueſtræ magi fere ſum ſententiæ me ſomno eſſe defunctum puero iam rege nominato: nihilq; mihi amplius eum eſſe reformidandum. Vos tamen probe conſiderantes quenam futura ſint: & meæ domui & vobis tutiſſima conſulite. Ad hęc magi noſtra etiã rex (inquiunt) magni intereſt tuũ ſtare principatum: qui ſi immutetur: & ad hunc puerum qui perſa eſt tranſeat: nos quoq; qui medi ſumus in ſeruitutem redigemur apud perſas: & extranei nullius erimus præcii. Te vero regnante cuius populares ſumus tum ex parte imperamus: tũ magnos apud te honores optinemus. Quo magis per nos & tibi & regno tuo proſpiciendum eſt: & nunc ſiquid cernemus: quod timendum eſſet: tibi aperiremus. Verum cum in rem friuolam nunc euaſerit ſomnium & ipſi confidemus: & te itidem confidere iubemus: & hunc oblegare puerum ab oculis tuis in perfidem ad parentes. His auditis Aſtyages gauiſus eſt. Adcitoq; Cyro hęc inquit. Fili cum ego propter quandam haud ſanam ſomnii vi-

Cyrus ad parẽtes mittit.

ſionem in te fuiſſent iniurias: tuo tamẽ ipſius fato ſuperſtes es. Nunc itaq; lætus ad perſas ito cũ his quos ad te deducendum mittã. Eo perueniens parentes tuos offendes patrẽ non qualis Mitradates bubulcus: & matrẽ non qualis vxor eius. Hæc locutus Aſtyages Cyrũ dimittit: quem ad domũ Cãbyſis reuerſum adceperunt ſui parentes: & audita re væhemẽter amplexi ſunt: vt quem ſtatim mortem obiiſſe crediderãt. Sciſcitabantur quonam modo ſuperſtes eſſet Hic ſe vero ait eos antea non nouiſſe & ob id maxime erraſſe: inter viam tamen omne ſuũ infortunium audiſſe: credidiſſe eum ſe bubulci Aſtyagis eſſe filium. Verũ in illo itinere omnem rem geſtam ab his qui ipſum deduxerãt. adcepiſſe. Cõmemorabat autem ſe ab vxore bubulci fuiſſe educatum ſemper eam laudibus proſequens ita vt omni eius ſermone eſſet cyro. Quod nomẽ adcipiẽtes eius parentes vt diuini videretur perſis filius ſuus fuiſſe ſeruatus: diuulgauerunt a cane cyrum cum eſſet poſitus fuiſſe educatum. Vnde hæc fabula emanauit. Cyrus vbi in virilem adoleuit ætatẽ: & inter æquales viriliſſimus euaſit: & idem dilectiſſimus: conſtituit Harpagus ad eum dona mittere Aſtyagis vlciſcendi cupidus. Nam per ſeſe qui priuatus eſſet: non videbat. futuram de Aſtyage vindictam: ſed per Cyrum: cuius caſus ſimilis caſibus ipſius extitiſſet: quem cernens adultum ſibi ſocium cõparabat. Cæterum ante hoc alia ab eo comparantur. Cum eſſet acerbus Aſtyages in medos: Harpagus ſingulis quibuſq; eorum ſe inſinuans primoribus perſuadet oportere Aſtyagem a regno ſummoueri cyro delecto. His tranſactis Harpagus ac paratis ita demum volens Cyro apud perſas agenti ſuam aperire ſententiam cum alíter non poſſet vtpote ituneribus cuſtoditis huiuſmodi rem comminiſcitur. Exenterato quem ſollerter optinuerat lepore vt nihil omnino reſcinderetur indidit libellũ: in quo quæ libuit cõſcripſerat: reſutoq; ventre leporem vna cum rhetibus tradidit venatori cuidam ſuorum domeſticorum fidiſſimo prẽcipiẽſq; ſuo ore cũ daret leporem Cyro diceret vt ipſe ſuis manibus aperiret: idq; ſine arbitris faceret: hominẽ dimiſit in perſidem. Hæc executo nuncio: Cyrus adceptum leporem aperuit: inuentumq; libellum qui in eo inerat legit: in hæc verba. Fili Cambyſis quem dii reſpiciunt (nam aliter nunquam in tantum fortunæ peruenifſes) vlciſcere nunc Aſtyagem tuæ necis auctorem. Quoniam ex huius tu quidem ſtudio perieras: deorum tamen beneficio & meo ſuperſtes es. Quæ omnia quemadmodũ circa te geſta ſunt opinor te olim iam reſciuiſſe: & item qualia ego ab

Mitradates. Bubulcus.

Cyrus a cane educatus cur Trogus cyrũ fuiſſe a cane educatum tradit.

Libellus intra leporem.

Harpagi litteræ ad Cyrũ cõtra Aſtyagem.

Aſtyage paſſus ſum quod te non occidiſſem: ſed bubulco tradidiſſem. Nunc ſi mihi auſcultare vis: omni tu (cui aſtyages imperat) regioni imperabis. Perſas ad rebellandum cum perſuaſeris ducito aduerſus medos: ad votum tibi re ſucceſſura ſiue ego dux ab Aſtyage ad tibi occurrendū creatus fuero: ſiue alius quiſpiā medorū illuſtris. Horum enim primi quiq; ab illo ad te deficientes: Aſtyagem conabuntur euertere. Ita tanquam cuncta tibi ſint hic in expedito iſta exequere ſine mora. Cyrus his auditis conſiderabat quonam ſollertiſſimo modo perſas induceret ad rebellandū. Cogitando tandem cōperit hunc eſſe adpoſitum. vt ita faceret ſcripto libello de his quæ volebat conſilium perſarū coegit. Deinde reſignato libello: atq; lecto ducē ſe inquit perſarum ab Aſtyage eſſe deſignatum: & nunc perſæ ait edico vobis vt præſto mihi ſitis cum ſingulis falcibus. Hoc Cyrus perſis præcepit quorum cōplura ſunt genera: eorum quę dam cyrus contraxit: & a medis deficiendum induxit: ſub quibus alia omnia. Ea autem hæc ſunt arteatæ: perſæ. paſargadæ: maraphii: maſii: ſed horum paſargadæ præſtantiſſimi: in quibus & achemenidarū cognatio eſt: vnde reges perſidæ ſunt oriundi. Alii perſæ hi ſunt panthelæi: deruſiæi: germani: atq; hi omnes oratores. Alii vero pecuarii: dai: mardi: dropici: ſagartii: vbi cuncti adfuerunt habentes quod eis erat præceptum: ibi cyrus iubet locum quendam dumoſum. (Erat in perſide is locus circiter decem & octo: aut viginti ſtadiorum) totum deter gant intra diem: Quo labore perfunctis perſis iterum præcipit in poſterum diem: vt lauti adſint. Interim coactos in vnum capratum ouium boum greges patris ſui mactat: atque inſtruit tanquam perſarum exercitum adcepturus vinoq; ac cibariis q̄ elegantiſſimis. Poſtero die vbi conuenerunt perſæ iubet eos diſcumbere in prato atq; epulari. Deinde cœnatos interrogat vtrum pridianam an preſentem conditionem præoptarent. Illis reſpōdentibus multū eſſe inter hæc duo interualli. Pridianam enim omnia mala habuiſſe: præſentem vero omnia bona habere Excepit Cyrus: & omnē rem denudauit inquiens Viri perſæ ita res veſtræ habent: volentibus vobis mihi obtēperare. & hæc & alia infinita cōmoda aderunt ſine vllo ſeruitutis labore. Nolētibus vero innumerabiles quales heſternæ erūnæ. Nunc itaq; obtēperando mihi efficiamini liberi: quæ bona ipſe diuina quadā ſorte genitus videor in manus veſtras eſſe adlaturus: quos nō arbitror inferiores eſſe medis cū in aliis: tū vero in bellicis rebus. Quæ cum ita ſint rebellate q̄ primum ab

Perſarū gña.
Arteatæ.
Perſæ.
Paſargade.
Maraphii.
Maſii.
Pathelei.
Deruſiæi.
Germanii.
Dai.
Mardi.
Dropici.
Sagartii.
Cyri orō ad perſas vt rebellent a medis.

Astyage.persæ vt qui iam pridem dedignarentur parere medis nacti præsidem libenter ſ- in libertatem vindicarunt. Hæc mo lientem Cyrũ astyages cũ adcepisset missо nũcio adcersit. Iste nuncium iubet renunciare se prius illuc venturũ q̃ astyages ipse velit: His auditis astyages medos cunctos armat: huiſq; aduerſo numine Harpagum præficit oblitus eorum quæ illi fecisset. cõ parato exercitu vbi medorũ copiæ cum persicis prælium con- ſeruerunt: quicunq; eorũ sermonis Harpagi erant expertes præ liabantur. qui vero participes ad persas transibant. Plericq; de i dustria ignauiter agebant: fugãq; faciebãt. Dilapso turpiter me dico exercitu: Astyages vt primũ rem cognouit minitans Cy- ro inquit. Ne sic quidem cyrus gaudebit. Hactenus locutus, an te omnia eos magos somniorũ interpretes: qui suasissent ipsi Cyrũ dimittendũ patibulis adfixit. Deinde reliquos medorũ: qui in vrbe erant adulescentes pariter & senes armat. Quibus e ductis cũ persis confligẽs fugatur: viuusq; capitur amissis quos eduxerat medis. Ei captiuo adsistens harpagus insultauit ex- probrauitq; cum alia quæ ꝓ omini dolerent dicẽs: tum vero per conctando eũ de cœna sua: in qua ille ipsum carnibus filii pa- uisset quoniam regnũ eius ad seruitutẽ decidisset: eum intuens Astyages vicissim interrogat nunquid ipsius foret Cyri opus. Harpagus suũ vero esse dicere: idq; merito quoniã ipse ad Cy- rum scripsisset: & astyages eum merito improuidissimũ atq; ini quissimum omniũ hominum cõpellauit. Improuidissimum q- dẽ q; si facultas ei aderat vt rex efficeretur alteri tribuerit impe rium: si modo illa per ipsum gesta essent. Iniquissimum vero q; cœnę causa medos in seruitutem redegisset. Si enim oportebat omnino eũ comparare alteri regnũ nec sibi habere: satius futu- rum fuisse medorum alicui id bonum cõparare quã persarum. Nunc medos qui huius peccati adfines non extitissent ex do- minis factos esse seruos: & persas q; fuissent hactenus serui nũc dominos effectos esse medorũ. Hunc in modũ Astyages cũ qn q; & triginta regnasset ãnos: regno amotus est: ob cuius acerbi tatẽ medi subiecti fuere persis centũ ac duodetriginta annos oi supra halym fluuiũ asyæ dominati: excepto tẽpore quo scy- thę regnauerunt. Iidem sequentibus tẽporibus cũ horũ pacto- rum pœniteret a Dario defecerunt. Sed prælio victi iterũ suba cti sunt. Persæq; qui tunc cũ Cyro aduersus Astyagem rebella- uerunt: deincęps asyæ imperitauerunt. Cyrus nullo alio malo adficiens Astyagẽ penes se habuit quoad vita excessit. Ita Cy- rus genitus educatusq; regno potitus est: & mox Crœsum inius

Harpag⁹ astyagis prefect⁹ in Cyrum.

Magi patibulis adfixi.

Astyages capitur.

Strabo in qnto decimo cyrum vicisse astyagẽ apud pasargatas scribit.

Astyages harpagum arguit q; Medorum regnũ persis ꝓdiderit.

Medi ex dominis serui.

Astyages annis. xxxv. in regno.

Medorũ regnũ annis. cxxxii.

Astyages apud Cyrum degit.

riæ illatorem ſubegit: quẽadmodum a me ſuperius cõmemoratum eſt. Quo ſubacto ita omnẽ aſiam adeptus eſt. Ritus quibus vtuntur perſæ tales eſſe comperi. Neq; ſtatuas: neq; templa neq; aras extruere conſuetudo eſt: quinimo hoc facientibus inſaniæ tribuere. ob id vt mea fert opinio: q; non quemadmodũ græci ſentiunt deos ex hominibus eſſe ortos. Moris habẽt edi tiſſimis quibuſq; conſcenſis montibus Ioui hoſtias immolare omnem gyrum cœli Iouem adpellantes. Soli lunæq; ſacrificãt & telluri: & igni: & aquæ: & ventis: quibus ſolis gubernantur. Ex omnibus diebus præcipue honorandum cenſent ſuũ cuiq; natalem. Vino perſæ magnopere temperant. Eiſdem nec vomere coram alio: nec vrinam facere licet. atq; hæc ita obſeruãtes: tamen cuiuſcũq; generis voluptatibus: quas audierint frui ſtudent: liberos a quinto eorum anno incipiẽtes vſq; ad viceſimũ tribus dũtaxat rebus inſtituũt equitare: arcu ſagittas excutere: vera loqui. Ante quinquẽniũ filius conſpectũ patris nõ venit: ſed apud fœminas degit: q; ea græcia ſic fit: vt ſi inter educationem decedat nullam e damno efferat patri moleſtiam. Equidẽ hunc morem laudo. Laudo item illum ne ob vnã tãtũ cauſam liceat neq; ipſi regi occidere quempiã. neq; alicui aliorum perſarũ quicquã atrox agere aliquem ex ſua familia: eiſdẽ quæcũq; facere fas nõ eſt: ea nec dicere. Turpiſſimũ ducitur apud eos mentiri. Secundo loco creditum debere: & in flumen vel mingere: vel ſpuere: vel manus abluere: aut aliud quippiam facere. Flumina religioſiſſime omniũ venerantur: perſarũ nomina in eandem littera vniuerſa exeunt: quam dores adpellant ſan: Iones: ſigma. Mortuus ab eis nõ prius humatur quã aut ab alite: aut a cane trahatur. Atq; hæc ita tranſiguntur. Cyrus poſteaquam omnẽ continentem ſuæ ditionis fecit: aſſyriis bellum intulit. Aſſyriæ cũ alia multa ſunt magna oppida: tum vero celeberrimi nominis ac validiſſimum Babylon illic vbi euerſa ab iſtis Nini regio extiterat. Huiuſcemodi vrbs in ingenti planicie ſita eſt forma quadrata magnitudine quoq; verſus centenũ vicenum ſtadiorum in ſumma quadringentorum & octoginta in circuitu quattuor laterum vrbis. Tanta eſt babylonici oppidi magnitudo quod ita exornatum eſt: vt aliud nullã eorum quæ nos nouimus: iam primũ foſſa ambit alta atq; lata aquæ plena. Deinde murus quinquaginta cubitorũ regiorum craſſitudine: ducentorum celſitudine. Eſt autem regius cubitus q̃ mediocris tribus digitis maior. Opere precium eſt me pręter hæc differere quemadmodum humus e foſſa ſit geſta & murus effectus: vt

Perſarũ ritus

Iuppiter. Perſarũ de deis, opinio. Perſarũ numina. Suũ perſę nonorant natalem.

Perſarũ abſtinentia.

Perſarũ filii quid doceãt

Quęcũq; facere perſis nõ eſt fas ea nec dicere.

Mẽtiri apud pſas turpiſſimũ ducitur.

Flumina pſæ venerantur.

Perſarũ nomina in. S.

Perſarum cadauera.

Babylonis ſitus.

Strabo in. 16. videt babylõis ſitũ aliquãto facilius ſcribẽ necnõ Plinius l. 6. li. 26. cap.

Cubitus regius.

quidq; terræ in deprimenda foſſa efferebant: ex eo lateres ducebant: quorum cum magnam vim extraxerant eos in fornacibus coquebant. Poſtea cœno vtentes aſphalto feruenti per triceſimũ quẽq; laterum ordinem ſummitates arundinũ inſtipatas conglutinabant: & primũ labra foſſæ: deinde ipſum murum ad eundem modum: ſuper quem circa oras extruxerunt dietas ſingularias: altrinſecus conuerſas inter quas tantum intercapedinis relinquebatur: vt quadriga inter agi poſſet. Eius per ambitum centum portæ ſtabant æreæ omnes cum cardinibus itidem hoſtibuſq; a babylone octo dierũ itinere abeſt alia vrbs nomine Is: vbi fluuius eſt haud magnus eiuſdem nominis: qui ſe deuoluit in flumen euphratẽ. Hic itaq; fluuius Is vna cum aqua per multos reddit aſphalti bituminis grumos: quæ aſphaltus ad murum babylonis comportabatur. Hunc autem in modum babylon extructa eſt. Eius duæ ſunt plagæ: quas interfluit fluuius nomine Euphrates: qui magnus: & altus: & celer ex armeniis in rubrum mare decurrit. In hũc vterq; murus lacertos exporrigit. eiuſq; incuruæ vtriq; ripæ coctilibus lateribus ꝓ maceria prætexuntur. Ipſa vrbs plena domibus eſt ternarum quaternarũq; contignationũ ſecta in vias rectas cum alias tũ vero tranſuerſas quæ ad flumẽ pertingũt. Ad quarũ ſingulas pro numero vicorũ portulæ factæ ſunt in maceria: quæ flumen ſepiebat: & ipſe æreæ: & ad flumen idẽ ferentes. Et hic quidẽ murus lorica eſt: alter vero interior non multo q̃ hic debilior: ſed exilior. Hui⁹ babylonis multi quoq; aliquãdo reges extitere: quorũ mẽtionem exponendis rebus aſſyriis mentionem faciã: qui & muros ornauerunt: & templa: & inter eos duæ fœminę. Harũ prior quę quinq; ætatibus: ante poſteriorẽ regnauit vocata eſt Semiramis. Hæc per planiciẽ aggeres extruxit ſpectaculo dignos: cum antehac flumen eam omnẽ reſtagnare ſolitus eſſet. Poſterior regina Nitocris nomine extitit ſuperiore ſollertior. Cuius cum alia monumenta extiterunt: quę ego cõmemorabo: tum vero hoc quod animaduertens imperium medorũ ingens ac pacatum ſubactaq; ab his multa oppida: & inter hæc Ninum præmuniuit ſe omnibus q̃ potuit maxime: ante omnia fluuium euphratẽ: qui prius mediam ipſorum vrbem interfluens rectus erat tortuoſum reddidit foſſis ſuperius depreſſis adeo vt quẽdam aſſyriæ pagum nomine arderica ter influat: & qui nunc e mari per Euphratẽ babylonem verſus ſubuehũtur: ter ad hunc eundẽ pagum adplicent: idq; triduo. Et hũc quidẽ talẽ reddidit. Aggerẽ vero ex vtroq; fluminis labro adgeſſit viſu mirãdũ,

Babylonis cõſtructio.

Is vrbs.

Aſphaltus.

Euphrates: De euphratis ortu variæ apud plynium opiniones libro. 5. ca. 24.

Semiramis.

Nitocris regina.

Ninus vrbs

Euphrates.

Arderica.

Tantæ eſt & magnitudinis & ſublimitatis. Multo ſupra babylonem aliquantulum ſeorſum a flumine effodit paludis eluuiē profunditate quidem ad aquā ſemper ducta: latitudine vero eiꝰ quoquo verſus trecentorū viginti ſtadiorū. Hæc foſſitia humus ad fluminis ripas adgeſta eſt: quē locū vbi depreſſit: crepidinē ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo vt flumen flexuoſum & lacuna tota foſſa eſſet ideo fecit vt fluuius per multos anfractus retentus ſedatior mearet: & nauigationes in babylonē eſſent tortuoſæ: & ex ipſis nauigationibus longus habitus lacunæ exciperetur. Ad hæc quæcunq; erat regio ad inuadendum opportuna: & compendiaria ex medis via hanc interſepſit ne medi commercio aſſyriorum ipſius negocia cognoſcerent. Et hæc quidē ex profundo circūiecit. Cæterum ex eis talem fecit cōmunitionem. Cū ſit vrbs in duas direpta regiones fluuio medium tenente: quoties aliquis ex altera in alteram regionem tranſire volebat ſub regibus ſuperioribus: his neceſſe habebat nauigio trāſire: quod erat (vt reor) ſane odioſum. Huic rei iſta proſpexit ſiquidem vbi effodit effluuiū lacus aliud opere eodē monumentum ſui reliquit. Saxa prægrandia præcidit: quæ vbi in expedito fuerūt: & locus depreſſus in locum ipſum: quē depreſſerat omnem fluminis curſum auertit. Cum hic locus effoſſus impletur: interea priſtino alueo arefacto oras fluminis intra vrbem ac deſcenſus: qui ex portulis ad flumen ferunt: extruxit coctis lateribus eadem ratione qua muri extructi ſunt. Extruxit item circa mediam ferme vrbem pontē ſtantem ex iis quos effoderat lapidibus: ferro eos ac plumbo deuinciens. Hunc ſubliciis quadratis per quem babylonii tranſirent interdiu committebat: eaſdem noctu tollebat: hac videlicet cauſa: ne per noctem tranſeūtes mutua furta exercerent. Vbi lacuna repleta eſt flumine & opus pontis exornatum tunc fluuiū Euphratē e ſtagno in priſtinū reuocauit alueum: atq; ita pluſquam effoderat viſa eſt neceſſario facta: & pons in vſum ciuium extructus. Eadem regina hunc machinata eſt dolum. Supra portas vrbis celeberrimas in loco edito: atq; conſpicuo ſepulchrum ſibi extruxit: atq; his litteris inſcripſit. Si cui regnum babylonis poſt me futurorum fuerit pecunię penuria aperto ſepulchro ſumat q̄tūcūq; libuerit pecuniæ dūtaxat indigens aliter ne aperiat. Non enim ſatius fuerit. Hoc ſepulchrū tam diu fuit immotū: dū regnū peruenit ad Darium. Is indignum eſſe ratus ſe neq; vti quippiā his porcis. (Ideo autem non vtebatur quod ſupra caput ipſius trāſeūtis mortuus ſitus eſſet) neq; ſumere pecunias repoſitas: &

Euphrates p varios āfractus fluit ſedatius.

Sūt q euphrā tē tradūt cobaris prefecti ope deductū vbi findi dē teſte Plynio libro. 6. 26. cap. ne ſcilicet curſu babylonē infeſtaret p̄cipiti.

Alii codices habēt pote ſtatē ſed erāſa prorſus dictione repo nēdum duxi pōtē ſtātem. Euphrates in priſtinū reuocatus alueū.

Darii auaritia.

Semiramis nō autē Nitocris A plutharcho fuiſſe dicitur.

eas ipſum prouocantes: reſeruauit monumentū: in quo non qui-
Anarorū ob- dē pecunias inuenit: ſed litteras ita dicentes. Niſi pecunia eſ-
iurgatio. ſes inexplebilis: & turpis lucri cupidus: haud aperuiſſes vrnas
Labynit⁹ rex defunctorum: Talis extitiſſe hæc regina memoratur. Aduerſus
Choaſpes cuius filiū labynitum patris nomen & aſſyrię imperiū habentē
flu. Cyrus exercitum duxit. Ducit autem rex magnū exercitum: p
Suſa. be domi comparata re frumentaria atq; pecuaria. Portatur itē
Cyrus in ba- aqua ex flumine choaſpe: ſuſa præterfluente: quo vno ex omni-
bylonem. bus fluminib⁹ rex potat. Cuius choaſpis aquā decoctā & in ar
Gyndes flu. gentea vaſa diffuſam ferentes permultæ carrucæ quatuor rota
Tigris. rum mulis trahentibus aſſidue comitantur quocūq; ille profi-
Mātieni mō ciſcitur. Cyrus babylonem tendens vbi venit ad gyndem am-
tes. nē: qui in mantienis ortus montibus: per dardaneos in tigrim
Dardanei. alterum amnem fluit: qui opin vrbē prœterlabens rubro infun-
Opis vrbs. ditur mari. Conabatur hunc fluuium gyndē traiicere cū non
poſſit niſi naubus traici. Interim ei quidam e ſacris equis can
didis petulanter ingreſſus fluuium tranſire conabatur: hunc flu
Cyr⁹ gyndis uius verticibus cōtorquens obruendo abripuit. Cyrus per q̄ æ-
iniuriā minat gre ferens hanc fluminis iniuriā illi cōminatus eſt ſe ſic reddi-
Gyndis flu- turum eum tenuem: vt poſt hac facile vel a mulieribus tranſiri
uii riuuli. poſſet ne genua quidē tingentibus. Hæc minatus expeditione
in babylonē intermiſſa copias ſuas bifariā diuiſit: dehinc alue
os ad funiculū deſignauit centenos: & octogenos vtrinq; ad
gyndis labra omnino conuerſos quos diſtributis copiis effodi
iuſſit. Et opus quidē vt quod a tanta multitudine fieret perfici
ebatur: tamen in eo faciendo eam æſtatē triuerunt. Cyrus vbi
Gyndē mulctauit in tercentos & ſexaginta riuos diductum: &
alterū ver illuxerat. Ita porro ire babylonem pergit babyloniis
eum pducto exercitu p̄ſtolantibus. Qui vbi propius vrbem ille
promouit cū eo conflixerunt: prelioq; fugati in oppidū ſe rece
perunt. Ii tamen quia cyrum iampridē aiaduerterant in quie
tū eſſe: viderāt q; omnes pariter gentes adgredientē; cōporta-
uerant multorū ſane annorū cōmeatus. Ideoq; tunc obſidionē
nullius momenti faciebāt. Et cyrus cū iam longo tēpore nihil
admodū res proficerent inops cōſilii erat. Tandem ſiue alius
ei anxio ſuggeſſit: ſiue ipſi in mentē venit quid in rē eſſet ſic ſta
tuit faciendū. Inſtructis vniuerſis copiis: partim q̄ fluuius vrbē
ingreditur: partim a tergo q̄ egreditur: p̄cipit vt dū cernerent
alueū poſſe tranſiri nullac vrbē inuaderent. Iſta inſtructis atq; ad
monitis ſuis cū inutiliori exercitus parte abiit ad ſtagnum. Eo
vbi peruenit: quæ babyloniorū regina fecerat apud flumen: &

apud ſtagnũ quod erat palus eadem ipſe fecit. Nã reuocato flu mine alueum eius priſtinum vado tranſibilem reddidit. Id tale vbi actũ eſt: perſæ qui ad hoc ipſum inſtructi erant per alueum vnde fluuius euphrates abſceſſerat: mediorũ fere femorũ tenus grauiter babylonẽ introierunt. Quos babylonii ſi factum Cyri prius aut audiſſent aut ſenſiſſent haud dubie contẽpto eorũ in greſſu peſſimo exitio adfeciſſent. Nam obſeratis omnibus quę ad flumen ferũt portulis: conſcenſiſq; ſeptis: ipſi pro ripis ſtan tes illos progreſſos veluti in cauea excepiſſent. Nũc ex inopina to eis perſæ aſtiterunt: & cũ rapti eſſent qui media vrbis inco lebant babylonii: propter eius tamen magnitudinẽ non ſentie batur (vt fertur) ab his qui circa extrema habitabãtur. Sed fot te quoniã dies feſtus eis eſſet exercẽdis choreis atq; oblectatio nibus opera dabãt donec plane rẽ aiaduerterũt: Atq; ita pri mũ capta eſt babylon. Cuius ciuitatis quãta ſit potẽtia cũ ex a liis multis pandã: tũ vero ex hoc q; cũ regi magno omnis pla ga: cui imperat: ſit diſtributa in ipſius atq; exercitus eius alimẽ tum: p̃ter tributa ex duodecim q̃bus annus cõſtat menſibus q̃t tuor regio babylonia octo reliq; eum omnis aſia alit. Ita huius regionis potẽtia tertiã aſiæ partẽ æquiparatur: & eius princi patus quẽ ſatrappiã perſæ vocãt oium prouinciarũ lõge eſt op timus: Adeo vt Tritæchimæ Artabazi filio q pro rege tributũ hoc exigebat ſingulis diebus ſingulæ argenti plenæ artabe pẽ derentur. Eſt autẽ artaba mẽſura perſica capatior q̃ atticus me dimnus tribus chœnicibus atticis. Ad hæc erant ei peculiares equi præter bello deſtinatos admiſſarii octingenti cũ equarum quibus admittebãtur ſexdecim milibus. Nã ſinguli ad vicenas admittũtur. Præterea canũ indicorũ tanta allebatur multitudo vt ad præbẽda eis cibaria quattuor in eadẽ planicie magni vi ci adtributi eſſent aliorũ tributorũ immunes. Atq; hæc præſi dia babylonis peculiaria erant. In Aſſyriorũ terra parum pluit. quod in ea frumenti germinat. Id demũ eſt: quod ex flumine ir rigatur. Irrigatur autẽ ſeges & frumẽtũ prouenit non quẽad modũ in ægypto flumine ſua ſponte in rura aſcẽdente: ſed ma nibus atq; ſcrobibus irrigatũ. Etenim babylonica regio omnis quẽadmodũ egyptiaca diſtinguitur in foſſas quarũ maxima na uibus trãſiri poteſt ad ſolẽ hibernũ vergẽs ex euphrate exiens in tygrim alterũ flumẽ iuxta qđ vrbs Ninus ſita erat. Hæc re gio omniũ quas nos vidimus longe optima eſt dũtaxat feren do frumento. Nã in arboribus ferendis: ficu: vite: olea nequaq; de principatu cõtẽdit. Cereris autẽ fructu procreãdo adeo fe

Babylon a cy ro capitur.

Tritechimas Artaba men ſura.

Medimnus.

Chœnix.

Admiſſarius ad vicenas equas.

Aſſyriæ ſte rilitas.

Ninus.

raxeſt: vt nonꝙ non fera ducena reddat: & vbi præſtãs bonitate ſe vincit etiã ad tricena. Quaternũ fere digitorũ latitudine triticeus atq; ordeaceis foliis. Milii vero ac ſeſami procerita-
Milii ac ſeſami ꝓceritas.
tẽ iſtar arborũ (& ſi mihi cõpertam) tñ memorare ſuperſedeo
Babylonia regio fertiliſſima.
ꝓbe ſciẽs hus qui nũꝙ babyloniã regionẽ adierũt: q̃ de frugiferis dicta ſunt ꝑ q̃ incredibilia viſum iri: Oleo ventiq; vtũtur nõ
Palmę babylonię.
ſi qđ ex ſeſamis faciũt. Sũt eis paſſim ꝑ oẽm regionẽ palmę ſua ſponte naſcẽtes pleræq; fructiferæ: ex qbus & cibos & vinũ &
Palma maſcula.
mel cõficiũt curãtes more ficorũ. Harũ vt aliarũ arborũ græci maſculas vocãt: quarũ fructũ his q̃ palmulas ferũt adligant: vt illinc prodiẽs culex palmulas penetrãs cogat matureſcere alio qui occaſuras. Muſculæ enim in fructu culices ferũt: quemadmodũ caprifici. Venio ad id qđ ex oĩbus quæ de ea regione ſe cundũ ipſam vrbẽ mihi ſummo miraculo eſt differendũ. Nauigia illorũ quæ per flumẽ cõmeant babylonẽ oia ſunt orbiculata atq; corriacea: quæ pecuarii armenii: qui ſupra aſſyrios incolũt. ex cæſis ſalicibus faciũt inſtruũtq; pellibus nudo illarũ extrinſecus poſito in modũ ſoli: neq; puppe diſcreta: neq; prora acuminata: ſed in ſpeciẽ clipei magis orbiculata: Tale nauigiũ ſtramentis ſtipatũ fluuio deferendũ permittũt: cũ aliis rebus tũ vero doliis e palmularũ vino onuſtũ dirigentibus illud duob⁹ cũ totidẽ paliis quoꝝ alter introrſum palã trahit alter exterius pellit. Fiũt aũt nauigia hæc & magna admodũ: & minora: quorũ maxima quæq; ferũt põdus quinq; miliũ talentorũ ſingula ſingulos aſinos viuos int⁹ habẽtia: maiora & iã plures. In quos illi poſtq̃ nauigãtes babylonẽ peruenerũt: onuſq; diſtraxerunt: lignaq; nauigii: atq; omnia ſtramẽta adduxerũt: pelles cõgerũt: & eos in armeniã agitant. Aduerſo enim flumine nauigari præ illius rapiditate nullo pacto poteſt. Qua ex cauſa nõ ex lignis: ſed ex pellibus nauigia fiunt. Idẽ vbi aſinos agitando in armeniã redierunt: alia ad eundẽ modum nauigia cõparant. Et naues quiẽ eorũ tales ſunt. Amictu autẽ tali vtũtur Duabus amiciũtur tunicis: vna linea vſq; ad pedes demiſſa. Altera ſup hanc lanea: poſtremo cãdida & breui penula circundantur. Calceos gerunt gentis more ſoleis thebanis ſimillimos: Capita habentes comata mitris redimiunt vnguentis toto corpore delibuti anulũ ſignatoriũ ſinguli geſtant: & ſceœptrũ effabrefactum: cui ſuperſtat aut malũ: aut roſa: aut lilium: aut aquila: aut aliud quip piã. Nam abſq; inſigni geſtare ſceptrũ ipſis nefas eſt. Atq; hic eorum corporis eſt cultus. Leges vero quæ conſtitutæ ab ipſis hæ ſunt. Vna quidẽ prudentiſſima. Altera aũt quantũ ego ſen-

Babyloniorũ natucula.

Babyloniorũ cultus.

Babyloniis ſceptrũ geſtare ſine inſigni nephas ẽ.

Babyloniorũ leges.

tio: qua henetos ex illyriis audio vti per singulos pagos. Semel quotannis ista fiunt. Vbi virgines effectæ sunt nubiles eas congregant: & vniuersos vnū in locū conducunt: quas circunsistente virorum frequentia surgens præco sigillatim vēdit: sed primum pulcherrimam omnium secundum hanc vt q̄ plurimo venditur auro. Aliam euocat: quæ post illā est speciosissima. Vēduntur autem in contubernium quarum pulcherrimas quasq; babylonii: qui locupletes. & iidē cælibes sunt mercanturvt q̄sq; licitando alterū superat. At ex plebe qui sunt cælibes his nō est opus pulchra forma: ideo pecunias ac turpiores adcipiunt virgines. Nam præco vbi virginum speciosissimarum peregit venditionem: excitat deformissimam si quis illorum mercari volentes existat: edicitq; quisquis velit quam minimo auri sumpto eam in matrimonium habere donec illi qui minimo cō tentus est fœmina addiicitur. Ita aurum ex speciosis virginib⁹ conficitur: & per easdem cuicunq; volenti deformes ac debiles collocantur. Quarū nullam cuiq; emptori fas erat sine fide iussoribus abducere: sed datis fideiussoribus de contubernio vxoris: ita demum licebat abducere: si de hoc non conueniebat. lex lata erat vt aurū ille redhiberet. Qui etiam ex alio pago venientibus licebat vxorem mercari si vellent. Hæc apud eos honestissima lex erat quę tamen non perseuerauit: Nouissime aliud qd dam excogitauerunt ne quis fœminas iniuria adficiat: neve q̄s aliam in vrbem abducat. Nam postea q̄ expugnati male adcepti sunt: remq; domesticā absumpserunt: vnusquisq; plæbeus ob victus inopiam filias suas adigit ad quęstum corpore faciendū alteram item sapienter condiderunt legem languentes efferendi in forum. Neq; n. medicis vtūtur: vt de illorū languore consulant qui eos adeunt: si q̄s & ipse eundem passus est morbū: aut alium vidit patientē. hæc viri qui illos adeūt consulūt: hortāt q̄ ad ea q̄ ipsi faciendo effugerint simile morbū. aut aliū nouerint effugisse. Nec fas est cuiq̄ languentes prēterire silentio: nec antē q̄ explorauerit quonam laboret ille languore. Sepulchra eisdem in melle sunt: luctus funebris illi ægyptiorum persimilis. Quoties cum vxore miscetur vir babylonius adhibito thymiamati adsidet: & ex aduerso mulier idem facit. Sub diluculū ablnūtur ambo: nullū vas priusq̄ se abluerūt tacturi. eadē & hęc arabes faciūt. Hęc sūt babyloniorū instituta. Quoꝝ tres sūt familiæ: q̄ nullo alio nisi piscib⁹ victitāt. Quos captos vbi arefecerūt ad solē hoc faciūt. In pilā deiiciūt: ac pistilis pinsunt. Deinde liteis cōseruātvñ q̄sq; vult cōspergit: offāq; facit: quā i modū

Babyloniæ puellæ.

Babylonii medicis non vtuntur.

Babyloniorū ablutio post coitum.

Babyloniorū ægri.

Babyloniorū sepulchra.

Hic mos ab basteranis ex venusto egyptiorū ritum obseruatur vt strabo in tertio scribit.

Cyrus in maſſagetas.

panis torreat. Cyro poſt hanc gentē ab eo ſubactam: inceſſit cupido maſſagetas in ſuam poteſtatē redigēdi quæ gens fertur & magna eſſe & robuſta ad auroram ſoliſq; ortū ſita trans araxem fluuiū regione iſſedonorum virorū. Sunt qui dicant eam ſcythicæ nationis. Araxes Iſtro maior: & idem minor eſſe memoratur: & in eo frequētes inſulæ leſbo pares magnitudine: & homines qui illos incolūt æſtate veſci radicibus quibuſcūq; quas ipſi euellunt. Arborum autē fructus quos maturos comperiunt in cibum reponere quo per hyemē veſcantur. Apud eos etiam inueniri arbores talem fructum ferentes: qui iactus in ignem ab his: qui ad ſe calefaciendus cōuenerunt foco circūſedentes incenſo igne ſic ebrios reddit odore ſuo: vt vinū græcos. Et eo vehementius quo plus eius fructus fuerit iniectum quoad cōſurgatur ad tripudiandum: ac perueniatur ad cantū. Atq; hæc fertur eorū eſſe viuendi cōſuetudo. Araxes porro fluuius a mātienis quidem vnde & gydes: quem Cyrus in trecentos ac ſexaginta diduxit riuos fluit: ſed per ſexaginta ora prorumpens: q̄ vno excepto in paludes: eluuieſq; euoluitur: vbi feruntur homines habitare: qui crudis victitent piſcibus & pro veſtibus vtantur vitulorum marinorū pellibus. Reliquū illud per apertum flu

Araxes.

Caſpiū mare

it in mare caſpiū quod mare per ſeſe eſt: nec vllo cum alio cōmiſcetur. Nam & illud quod græci omne pernauigant & id qđ extra colūnas vocatur atlanticū & rubrum idem eſt mare. Caſpium vero alterum ac per ſeipſum eſt longitudinis quindecim dierū curſu nauis quæ remis vtatur: latitudinis vbi ſpacioſiſſimū eſt octo dierum: qua ex parte ad veſperū vergit caucaſo p̄tentum monte cum maxime vaſtitatis: tum ſummæ altitudinis multas atq; in ſe omnifarias gentes habēte: ac pleraſq; omnes agreſti materia victitantes: vbi arborum frondes his quæ ſunt apud nos ſimiles feruntur eſſe quibus contuſis & aqua dilutis illi animalia ſibi p veſtes inſcribere dicūtur: eaq; animalia nūquam elui: ſed perinde atq; ab intio eſſent intexta ſic cum reliqua lana veteraſcere. Hoc quoq; hominū concubitus ſicuti pecorum in propatulo eſſe: & ad veſperā quidē vigens hoc mare quod caſpium vocatur caucaſus cohibet: qua vero parte vergit ad auroram orientēq; ſolem planicies excipit proſpectu immē ſæ magnitudinis. Quam ſpacioſam planiciem non ex minima parte maſſagetæ poſſident: quibus bellum Cyrus inferre cupiebat multis ac magnis ſollicitatus incitatuſq; cāis. Primū ſua genitura: quod videbatur maius: quidē homine eſſe. Secūdo loco fœlicitate qua fuerat vſus aduerſus hoſtes. Quācūq; n. gētem

Atlanticum mare.

Rubrū mare.

Caucaſus.

Concubitus in ꝓpatulo.

Caſpiū mare

Cyrus inuaſerat:ea gens nullo pacto potuerat euadere. Erat au
tem maſſagetarũ regina defuncto viro Tomyris nomine: Ad
quam in coniugiũ petendam cyrus miſit verbo dũtaxat volẽs
eam habere vxorẽ.Animaduertens illa nõ ſe in coniugium: ſed
regnũ maſſagetarũ peti:adceſſum cyro interdicit: poſtea cyrus
cũ dolus non ꝓcederet:progreſſus vſq; ad araxẽ aperte infeſto
cũ exercitu in maſſagetas tẽdit:Flumẽ põtibus iungit qbus co
pias traiiciat factis ex nauib⁹ turres deſuper ædificãs. Ad quẽ
in hoc labore occupatũ tomyris caduceatorẽ miſit qui diceret.
Rex medorũ deſine incũbere:in qua incũbis neſcius an iſta quę
conſtituiſti tibi conducibilia erunt. Omiſſo incepto apud tuos
ipſius regna.& nos ſine finiũ: quoꝝ ſumus principes eſſe. Ve
rũ tu admonitionibus his vti noles:& oia males q̃ ociũ. Quod
ſi tantopere adfectas laceſſere maſſagetas. fer quã ſuſtines erũ
nã:ſed deſiſte iungere fluuiũ a quo nobis tridui itinere digreſ
ſis traiicito in noſtrã regionẽ.Aut ſi maius nos excipere in ve
ſtrã tu hoc idẽ facito.Hæc vbi cyrus audiuit adcitis perſarũ pri
moribus coactiſq; in mediũ rẽ proponit cõſulens vtrũ ſibi agẽ
dũ cõſtituerent.Illorũ in idẽ cõuenere ſententię iubentiũ reci
pi in ipſorũ regionẽ cũ ſuo exercitu tomyri.Quã ſentẽtiã Cro
ſus lydus cũ adeſſet : improbat in cõtrariũ diſſerẽs his verbis.
Equidẽ tibi rex etiã antea dixi quandoquidẽ Iuppiter tibi me
tradidit:qcquid animaduertero errati in tua domo:id oẽ me ꝑ
viribus aduerſurũ.Nã meæ ruinæ & ſi ingratæ:mihi tñ extite
re diſciplinæ : Si tibi eſſe videris imortalis & eiuſmodi exerci
tui preeſſe:nihil eſt opus vt meã tibi dicã ſententiã.Sin vero te
quoq; agnoſcis hoiem & iſtis eiuſmodi preeſſe : illud in primis
diſcito humanarũ rerũ circũ eſſe: qui rotatus ſemp eoſdẽ fortu
natos eſſe non ſinit. Ideoq; de hac quã propoſuiſti re ſecus ego
atq; iſti ſentio. Si.n. hoſtes in terram noſtram volemus exci
pere:Id tibi ex hoc periculũ erit: ne fugatus omne amittas im
periũ:quia haud dubie victores maſſagetæ nõ ſe retro fuga re
cipient: ſed tuas prouincias adoriẽtur. Victor autẽ tu nõ adeo
multũ vincis:q̃ multũ ſi traiiciens in terrã illoꝝ victis maſſage
tis inſtabis fugientibus. Hoc.n.pro illo ſubſtituto cõſiliũ: vt vi
cto hoſtiũ recta pergas ad ſubigendũ Tomyridis regnũ. & qui
dẽ ſine duce.Deforme eſt.n.atq; intolerabile Cyrũ cãbyſis fi
lium mulieri cedentẽ detractare pugnã.Itaq; mihi placet traie
ctis copiis procedere eouſq; dũ illi in occurſum prodeant: atq;
dehinc ita faciendo dare operam vt illos ſuperemus. Nãq; vi

ci

Tomyridis re
gina.

Cræſus
Cyro cõſulit

Ruine hoib⁹
diſciplinę
ſunt.

Fortunæ cir
cus.

Cræſi ſnia.

ego audio maſſagetæ bonorũ ſunt perſicorum inſueti: & magnorũ cõmodorũ expertes. His ergo viris ꝓpone in noſtris caſtris inſtructarũ adfatim epularũ magnavi pecorũ interfecta: cũ magna etiã vi poculorũ vini meri atq; oĩs cibariorum generis. Hoc vbi fecerimus imbecillißimis qbuſq; militũ ibi relictis cũ reliqs ad flumẽ nos recipiam⁹. Quib⁹ tãtis bonis illi cõſpectis (niſi me fallit opinio) ſe ad ea cõuertẽt. Vñ nobis ſuperit facultas magnas res perpetrãdi. Atq; hæ quidẽ in diſcuſſionẽ venere ſententiæ. Cyrus aũt priori repudiata: Crœſiq; ꝓbata ſentẽtia idixit Tomyri vt retrocederet: vtpote aduerſus illã traiectu ro. illa quẽadmodũ a principio ſpoponderat regreſſa ẽ. Cyrus in Cãbyſis filii ſui (cui regnũ tradebat) manus præbuit crœſũ: ac maiorẽ in modũ vt hoiem honore beneficiißq; proſequereꝰ præcepit: ſi ſua aduerſus maſſagetas traiectio non recte cederet. Hæc vbi præcepit: eoſq; remiſit in perſidẽ: ipſe cum copiis ſuis flumẽ traiecit. Tranſmiſſo Araxe vbi nox aduenit: vidit ꝑ quietẽ talẽ viſionẽ. Videbaꝰ Cyrus in ſomniis cernere maximũ natu filiorũ Hyſtaſpis habentẽ in humeris alas: quarũ altera aſiam: altera europã inumbraret. Erat Hyſtaſpi achæmeoidi ar ſameni filio ex liberis natu maximus darius: tũc ferme viceſimũ ætatis annũ agẽs in ꝑſide relictus q̃ non maturus militiæ eſſet. Experrectus Cyrus viſum ſuũ intra ſe retractabat: qđ cũ ei magni momẽti videretur vocato hyſtaſpi remotis arbitris ſqt. Filius tuus hyſtaſpes mihi atq; regno meo inſidiari deprehẽſus eſt hoc vnde ꝑculdubio nouerim: ꝓ me noſcas licet. Dii mihi q̃ mei curã gerũt: q̃cunq; euẽtura ſunt oſtendũt. Siquidẽ ꝓxima nocte inter quietẽ vidi liberoꝝ tuoꝝ natu maximũ in humeris habẽtẽ alas: quarũ altera aſiã. altera europã inũbraret. ex quo viſo nulla tergiuerſatio ẽ quin ab illo mihi tendãtur inſidiæ. Qua ꝓꝓ tu q̃ raptiſſime in ꝑſidẽ reuertere: facitoq; vt eũ ego ſubactis maſſagetis illud rediero: filium tuũ mihi ſiſtas ad cauſam dicendã Et Cyrus quidẽ hæc locutus eſt ſcilicet q̃ ſibi inſidiari Dariũ ſuſpicabaꝰ. At dæmon ei portẽdebat ipm ibi mortẽ oppetiturũ: & eius regnũ ad Dariũ eſſe peruenturũ. Reſpondẽs illi hyſtaſpes abſit (inquit) rex vt quiſpiã vir genere ꝑſes tibi moliatur inſidias. Qui ſi qs ſit: is primo quoq; tempore morte mulctetur. Tu. n. perſas ex ſeruis liberos: ex ſubditis aliorũ hominũ dominos effeciſti. Quod ſi qua tibi viſo filiũ meum indicat rebus nouis contra te ſtudentem. ego tibi eum exhibeo pro tuo arbitratu vtendũ. Hoc reddito reſponſo hyſtaſpes atq;

Cãbyſes cyri filius.

Croeſus cãbyſi traditur.

Cyri ſomniũ Hyſtaſpes.

Darius.

Cyri ſomnii portenſio.

araxe traiecto progreſſus vnius diei inter:q̃ Cræſus admonue rat exequitur relictiſq; illic in belli parte copiarũ mox cũ expe= dita manu ad araxem reuertitur. Hos itaq; relictos ex cyri exer citu adgrediẽs tertia maſſagetani exercitus pars ſeſe defenſan tes interimit. Eadẽ cõſpecto epularũ adparatu poſt aduerſario rũ cædẽ ad epulandũ diſcũbit: refertaq; cibo ac vino ſoporatur perſæ ſuperueniẽtes horũ multos occidunt multoq; plures vi= uos capiũt: cũ alios: tũ vero ducẽ eorũ reginæ Tomyridis filiũ cui nomẽ erat Sargapiſes. Tomyris cognito exercit⁹ ac filii ſui caſu miſſo ad cyrũ caduceatore ita inquit. Inexplebilis cruore cyre ne ſpũs tollas ex hoc qđ actũ eſt. Si fructo vicino: quo ipſi diſtenti adeo deſipitis: vt deſcẽdẽte in corpus vino improba a vobis verba fundantur: Tali veneno filiũ meũ viciſti dolo non prælio ſuperior. Quare meũ admitte conſiliũ bene tibi conſulẽ tis. Abi reddito mihi filio ex hac regione ferens impune q̃ ter tiã maſſagetarũ partẽ ꝓfligaſti. Quæ niſi feceris per ſolem iuro maſſagetarũ dominũ fore: vt ego te (& ſi inſatiabilẽ cruore) ta= men ſatiem. Hæc verba ad ſe perlata Cyrus pro nihilo habuit. Filius reginæ Tomyridis Sargapiſes: vbi vino laxatus didi= cit ſe in malo eſſe: exorauit a Cyro vt vinculis ſolueretur. Sta timq; cum ſolutus eſt: ac manuum compos effectus ſeipſum in= teremit. Atq; hic quidem talem obiit mortem. Tomyris au= tem quando cyrus ipſam non auſcultaret: contractis ſuis co= pijs ita conflixit cum Cyro: vt hanc pugnam ex omnibus quę inter barbaros extiterunt acerrimam cẽſeam extitiſſe: quamq; ita geſtam fuiſſe adcipio. Primum vtroſq; ſpatio inter ſe diſtã tes ſagittas egiſſe: deinde ſagittis abſumptis concurrentes lan ceis pugionibuſq; fuiſſe confertos: ac diu pugnantes perſtitiſſe neutris fugere volẽtibus. ad extremũ maſſagetas ſuperiores ex titiſſe: ibiq; cum per magnam exercitus perſici partem. Tum ve ro Cyrum ipſum occubuiſſe: cum vnum de triginta omnino regnaſſet annos. Cuius cadauer inter cæſorum perſarum ſtra= gem Tomyris exquiſitum cum inueniſſet: caput in vtrem de= miſit quem humano cruore compleuerat: mortuoque inſul= tans inquit. Tũ quidem meum viuentis & in pugna victri= cis filium perdidiſti dolo captum. At ego te prout intermi= nata ſum cruore ſaturabo. Hæc de Cyri vitæ exitu: de quo cum multa referantur: is qui mihi maxime veriſimilis vide= tur a me commemoratus eſt. Maſſagetæ & amictum gerunt: & victũ habent ſcythico ſimilẽ: ex equis præliantur: & pedibus.

Sargapiſes capitur.

Magnanima Tomyridis verba.

Sargapiſis mors.

Diodorus & trogus hanc ſcytharũ regi nã dicũt ſed ſcytas ꝓ maſ ſagetis intel legi dicit ſtra bo in. II.

Cyri mors.

cyri ãnos. 29 in regno.

Diodor⁹ ſcy tharũ reginã cyrũ ſupatũ captũq; cruci adfixiſſe ſcri bit.

Maſſagetarũ ritus.

Sãgares ídeſt pugiones.

Vtroq; n. genere valent ſagittarii item atq; haſtati ſangare hoc eſt pugiones e more geſtãtes. in omnibus auro vtentes & ære. Vtuntur nãq; ære in omnibus quæ ad haſtas: ad pharetras: ad ſangares pertinent. Auro autem in cunctis q̃ ad capitis ad balteorum: ad axillarum ornamentum ſpectant. Equorum itidem pectoribus æreos thoraces circundant. Circa frenum frenaq;: & phaleras aurum adhibent. Ferro atq; argento nihil prorſus vtentes: quorum in regionẽ cum immenſa ſit auri atq; æris copia: ferri tamẽ atq; argenti nihil eſt. Moribus his vtuntur. Singuli quidem vxorem ducunt: ſed ea cõmuniter vtuntur. Nam quod græci memorant facere ſcythas: id non ſcythæ faciunt: ſed maſſagetæ. Siquidem vir maſſageta quoties libidíne capitur *mulieris. ſuſpenſa ad plauſtrum pharetra ſine pudore cõcũbit.* Terminus vitæ nullus eis propoſitus eſt: vbi quis admodũ *ſenuit: eum conuenientes proximi quiq; cognati immolant:* & cum eo aliquot pecudes: quarum carnibus pro epulo vbi decoxerunt veſcuntur: *quod genus obitus apud eos beatiſſimum* habetur languore extinctos non edunt: ſed terra operiunt loco damni putantes q; ad immolationem nõ venerunt. *Nihil omnino ſerunt: pecoribus victitant. piſcatuq; qui eis abunde ex araxe fluuio ſuppeditat: ac lacte quod potitant. Ex diis vnũ Solem̃ venerantur: cui equos immolãt. Hic autem eſt eis mos ſacrificandi: vt deorum perniciſſimo e pecoribus omnibus pernicíſſimum mactent.*

Maſſagetarũ vxores.

Maſſagetæ ſenes immolantur.

Strabo in. xi. maſſagetas mortuos morbo non operire terra ſed abiicere vt dignos q a feris deuorẽtur dicit.

Sol deus.

Equi ſoli immolantur.

¶ Herodoti Halycarnaſſei Hiſtoriarum Liber Secũdus: qui inſcribitur Euterpe Laurentio Vallenſe Interprete.

Cãbyſes Rex Caſſandana. Pharnaſpus.

Cyro vita functo regnum ſuſcepit Cambyſes eius filius & Caſſandanæ Pharnaſpo genitę: quam ante virũ defunctam Cyrus & ipſe ingenti luctu ꝓſecutus eſt: & cęteris quibus imperabat: lugeri pręcepit. His parẽtibus ortus Cambyſes cum Iones & æoles ꝓ hereditariis ſibi ſeruis exiſtimaret: aduerſus ægyptios fecit expeditionem cõparato cum ex aliis: tum vero e grę-

Pſammiethicus Rex. Aegyptii hominũ primi. Ariſtophanes ſcribit nõ ggyptios: ſed

cis: qb⁹ dãnabatur exercitu ægyptii prius q̃ apud eos regnaret Pſammiethicus: omniũ hominũ ſe priores extitiſſe arbitrabãtur. verũ Pſammiethico regnũ adepto cũ inceſſiſſet cupido noſcẽdi: qui iã primi hominũ extitiſſent: ex eo tempore putauerunt

phrygas q̄ se priores extitisse: se vero q̄ cęteros. Eniuero Psammiethicus vbi scisciṫādo quinā primi hominū extitissent nullū exitū inuenire posset: huiusmodi rē machinatur. Pueros duos ex humilibus parētibus recēs natos tradit pastori inter pecora educandos: hunc in modū iubens neminē corā eis vocē vllam edere solitaria in casa ambos sibiipsis reliqui eisdē in tempore capras admoueri: vbi lacte expleti forēt: alia administrari. Hæc ideo faciebat iubebatq; Psammiethicus q; cuperet expueris vbi inarticulate vagire desisterēt: audire si qua vox prima erūperet put & contigit. Nā vbi bimatus exactū est tēpus pastori q hæc administrabat aperienti ianuā atq; intrāti: ambo infantes porrectis manibus ꝓcidētes beccus clamabāt. Quod primo audiens pastor obticuit. Cū vero crebrius adeunti & obseruanti idē verbū frequētaretur: ita demū re dño indicata iussus ab eo pueros adtulit: exhibuitq;. Quos cū & ipse Psammiethic⁹ audisset: percōctabatur qnā homines beccus qppiā adpellarēt. Hæc pcōctās cōperit phrygas sic panē adpellātes. Tali negocio argumētati phrygas se priores extitisse ægyptii concesserūt. Quod ita actū esse equidē ex sacerdotibus Vulcani: qui sunt memphi audiebā. Gręci tñ alia multa & inepta memorāt Psammiethicū pueros educādos curasse apud mulieres: quarū linguas præcidisset. Hactenus de puerorū educatione referebant. Alia quoq; apud mēphim audiui ex Vulcani sacerdotibus: cū qbus in colloquiū veni. Quinetiā harū ipsarū rerū gratia & thebas & heliopoli ideſt Solis vrbē me cōtuli animo cognoscēdi nūquid cōsentanea forēt his q̄ mēphi dicerētur. Nā heliopolitani ferunt ægyptiorū esse sollertissimi. atq; ex iis narrationibus q̄ ad rem diuinā pertinētia audiui ea nō libēter enūciauerim. nisi ipsorū tantūmō nomina existimās oēs homines idem sentire de his. Quorū quicqd cōmemorabo id oratōe coactus cōmemorabo. Quæ āt humanarū rerū sunt: hęc ita referebāt inter se constare omniū hominū primos ægyptios annū cōpisse distinguētes eū in duodecim tēpora mēses. idq; cōperisse ex astris eo sciētius vt mihi videtur hoc agētes q̄ greci: q; græci qdē tertio quoq; āno intercalarē mēsem itroducūt tēporis gratia. Aegyptii vero tricenis diebus quibus duodecim mēses taxāt adiiciūt huic nūero quot ānis qnos dies. Vñ eis rō circuli temporū constat eodē redeūtis. Aegyptios quoq; primos duodecim deorū cognomina censuisse & ab illis græcos fuisse mutuatos. Item primos diis & aras & simulachra & delubra statuisse: quin etiā animalia

arcades cum phrygib⁹ de antiqtate certauisse Claudianus tñ in .2. eutropiū herodoto suffragatur.

Pueri duo clā nutriti.

De prima hominum origine nō parua apud diodorū & alios est dissentio.

Beccus. i. panis.

Heliopolis.

Heliopolitani ægyptiorū sollertissimi.

Ann⁹ ægyptiorum.

Aræ primæ. Simulachra deorum.

in ſaxis ſculpſiſſe: quarum rerũ pleraq; ita effecta opere demõ-
ſtrabã. præterea primũ mortaliũ regnaſſe Menẽ: ac ſub eo oẽm
Menes Rex primus. *ægyptũ preter thebaicã plagã paluſtrẽ fuiſſe: ex eaq; nihil eo-*
Myrios ſtagnũ. *q̃ ſupra ſtagnũ myrios extant extitiſſe: in qđ ſtagnũ a mari per*
flumen ſeptẽ diebus nauigatur. Atq; de regione bene mihi di-
cere videbãtur. Manifeſtũ. n. eſt ei: qui ſi antea non audierit: ta-
Strabo. *men inſpexerit modo ſit ſollertia præditus ægyptũ inquã grę-*
ci nauigãt adceſſionẽ eſſe terræ ac fluminis donũ: quin etiã lo-
Aegyptiacæ regionis natura. *ca ſupra ſtagnũ hoc ad triũ vſq; dierũ nauigationẽ: de qua ni-*
hil amplius cõmemorabãt. Eſt autẽ & aliud tale. Nã ægyptia-
cæ regionis huiuſcemodi natura eſt. Iã primũ cũ ægyptũ verſꝰ
in alto curſum tenes procul ab ea adhuc diurnæ nauigationis
ſpatio patieris ſenſum ceni etiã in aquayndeci alta paſſus: quę
res declarat eatenus eſſe humi adgeſtũ. Ipſius aũt ægypti lõgi-
tudo ſecundũ mare ſexaginta ſchœnorũ id eſt funiculorũ: quẽ
admodũ nos ægyptũ diſtinguimus a ſinu plithinete: ideſt late
Selbonidis ſtagnum. *ritio: vſq; ad ſtagnũ Selbonidis: ad qđ mons caſſius vſq; ptin-*
Caſſius mõs. *git. Itaq; ab hac parte ſexaginta ſchœni ſunt. Et .n. q modicũ*
Paraſangæ Schœni. *terræ poſſidẽt mẽtiuntur illã paſſibus: qui minus inopes terræ*
ſunt metiũtur ſtadiis qui multũ poſſidẽt paraſangis: qui pluri-
mũ ſane ſchœnis. Cõſtãt autẽ paraſangæ tricenis: ſchœni ſexa-
genis ſtadiis. Ita erat ægyptus ſcđm mare ſtadiorũ triũ milium
ſexcentorum: hinc ad heliopolĩ mediterranea verſus ægyptus
ſpacioſa eſt. ſupina oĩs & aquarũ inops ſimul ac limoſa. A mari
ad heliopolim eundo p ſuperiora eiuſdẽ pene ſpacii intereſt cu-
ius ab athenis illud quod ab ara dnodecim deoꝝ fert piſam: &
Iuppiter olympius. *ad delubrũ iouis Olympii: q̃ itinera ſiqs computet. inueniet aut*
parũ quiddã differre: quo minus paria ſint: at non amplius qn
decim ſtadiis. nã viæ (quæ ex athenis piſam fert) qndecim ſta-
dia deſunt: quo minus ſit mille & quingẽtorum ſtadiorũ. At ea
quæ a mari ad heliopolim ducit: hunc ſtadiorum numerorum
cõplet. Ab heliopoli per ſuperiora eundo ægyptus anguſta eſt.
Nã qua parte mons arabiæ exporrigitur ab aquilone ferens ad
meridiem atq; ad auſtrũ ſemp per ſuperiora pertingit ad mare:
Pyramidum lapidicinæ. *quod rubrũ vocatur: vbi inſunt lapidicinæ ad pyramides quæ*
Memphis. *ſunt apud mẽphim exciſæ: ab hac quidẽ parte deſinens mons*
declinat in quæ dictum ẽ. Qua vero parte productior ſe ipſo ẽ
duorum ego audiebam menſium itineris eſſe ab aurora ad heſ-
perum: & eius extrema: quæ ad auroram vergunt feracia turis
eſſe. Atq; hic quidem mons talis eſt. Quo autem latere aphricã

ægyptus ſpectat: alius mons ſaxeus extenditur: in quo pyrami
des ſunt ſabulo obſitus eodem modo quo arabici montis tra-
ctus qui ad meridiem fert. ſtaq; quod ab heliopoli non ita mul
torum ſpaciorum eſt quod modo ægypti ſit: ſed quattuor dū-
taxat dierū nauigatione: Aegyptus anguſta eſt inter eos quos
dico montes quod inter capedinis campeſtris eſt terra ſtadio-
rum ferme vt nihil videtur qua parte arctiſſima eſt nō amplius Mōs arabic⁹
ducentorū e monte arabico ad eum qui dicitur punicus. Illinc Mons pu-
rurſus ægyptus laxa eſt: atq; ita ſitus regionis natura compa- nicus.
ratus eſt. Ab heliopoli autem ad thebas nouē diebus nauigatur Heliopolis.
ſpatio quatuor milium octingentorum & ſexaginta ſtadiorum Thebæ.
hoc eſt vnius & octoginta ſchœnorū. q̄ egyptia ſtadia collecta
ſcdm quidē mare ſunt: prout a me ſuperius indicatum eſt: tria
milia ſexcenta: q̄tum vero maria ad thebas mediterraneū eſt in
dicabo. Sunt. n. ſex milia ac centum viginti ſtadia. A thebis au Elephantina
tem ad vrbē nomine elephantinā octingenta viginti. Huius igi vrbs.
tur regionis q̄ a me dicta eſt pleraq; pars vt & ſacerdotes aie-
bant & mihi ipſi eſſe videbatur acquiſiticia ægyptiis eſt: ſiqui-
dem q; inter p̄dictos montes ſupra mēphim vrbē poſitos me-
dium eſt: videtur mihi ſinus maris aliquādo fuiſſe quēadmodū
ea q̄ ſunt circa iliū & teuthraniā/ & epheſū: & mæandri planici Ilium
em: vt hæc parua magnis cōparent: quoniam nullum eorū flu- Teuthrania.
minū: quę has regiones oblimauerunt: dignū eſt cōparari vni Epheſus.
ex ſeptem oſtiis nili magnitudine. Sunt & alii fluuii nequaquā Meādri pla-
ad magnitudinē nili: qui magna opera ediderunt: quorū noia nicies:
poſſem referre: cū alii tū vero Achelous: qui p acarnaniā fluēs Archelous.
in echinadū inſularū mare iam eas media ex parte fecit conti- Acarnania.
nentē. Eſt autē arabicę regionis nō procul ab ægypto ſinus ma Echinades
ris productus ex eo quod rubrū vocatur longus ita atq; arctus inſulæ.
vt diſſerendo oſtendā, plixitas quidē inchoando nauigationē
ex inacho in amplum æquor conſumit quatuor dies remigatio
nis latitudo vero vbi ſinus ampliſſimus eſt dimidiatū diē naui
gationis: in quo ſinu quottidie reciprocatio aquarū: & vado-
ſum æſtuariū eſt. Aliū huiuſmodi arbitror ſinum in ægypto ex
tittiſſe: quorū alter mare ad aquilonē habet æthiopiā verſus: al-
ter arabicū: de quo diſſerere pergā ferens ex auſtro in ſyriā qui
pene inter ſe ſuos receſſus terminat exiguo quodā terræ inter
uallo dirēpti. Quod ſi in hunc arabicū ſinū nilus velut alueum
ſuum cōuertere: quid enim prohibebit aſſidue fluētē quin intra
viginti milia annorū illū oblimet: Ego enim credo intra decē

milia annorũ: qui ante me natũ transierũt ſiccubi ſiccanea facta ſunt nimirũ & ſinũ ſicaneũ fieri poſſe etiã multo (q̃ hic eſt) maiorẽ a tãto flumine atq; ita operoſo. Itaq; quæ de ægypto a referentibus audiui: ea & ipſe ita habere exiſtimo. Quippe cũ vidéam & ægyptũ eſſe exporrectã a terra cõtigua: & cõchylia exiſtere in montibus: ac ſalſuginẽ exudare: q̃ etiã pyramides corrũpat: & montẽ hunc: qui in egypto imminet mẽphi harenas ſolas habentẽ. Præterea regionẽ hãc nulli alteri conterminæ aut arabiæ: aut aphricæ: aut ſyriæ aſimilẽ eſſe. Etenim arabiæ marítima vbi ſyri incolunt pulla humus eſt: & fragilis vtpote limus ex aluuionib⁹ ab æthiopia flumine deuectus. Nã punicã humũ ſcimus magis puniceã eẽ: & magis ſubharenaceã. Arabicã vero atq; ſyriacã argilloſiorẽ: ac ſuppetroſam. Quin etiã id magnũ huius terræ documentũ aiebant ſacerdotes ſub rege Myri fluuiũ quoties octo cubitis dũ minimũ influebat irrigaſſe egyptũ q̃ ſupra mẽphim eſt: nec dũ ab obitu Myris nõgenti ſunt anni ad tẽpus: quo hæc ego a ſacerdotibus audiebã. At nũc niſi ad ſexdecim aut ad quindecim ſaltẽ cubitos aſcẽdat fluuius regionem nõ tranſcendit: Quæ regio ſi ꝓportione in altũ ſurgat: & tãtundem ad incrementũ tẽdat: vidẽtur mihi ægyptii vtiq; hi q̃ infra paludẽ incolũt cum alia loca: tũ vero eum qui vocatur delta idẽ paſſuri omni futuro tẽpore eam regionẽ nilo nõ reſtagnante: quod aiebãt ipſi paſſuros aliquãdo græcos. Nã cũ audirent omnẽ græcorũ terrã pluuia perfundi nõ fluminibus vt ſuã dicebant fore: vt decepti aliquãdo magna ſpe male eſurirẽt Qui ſermo hoc dicere vult græcos ſi nolit eis deus pluere: ſed ſiccitate extinctũ iri: vt quibus nihil aliud aq̃ niſi tantũ: quod ex Ioue ſumminiſtretur. Atq; hæc q̃ ab egyptiis in græcos dicũtur recte habent. Age nũc viciſſim dicã quomodo res apud ipſos ægyptios habeant: Si vt ſuperius dicebã quæ infra mẽphim eſt regio (hæc enim eſt quę augeſcãt) velit in altũ augeſcere proportione ꝑteriti tẽporis quid aliud ægyptios: qui illic incolũt q̃ eſſuros. Si neq; guſtare ea q̃ ab ioue ſunt: neq; a flumine reſtagnari queãt rura ipſoꝝ. Iſti nãq; ex oibus hoibus atq; ex oibus ægyptiis maxime illaboratũ percipiũt fructũ: q neq; pro ſcindendis aratro ſulcis: neq; ſubigendo ſolo: neq; aliud quicq̃ exercendo eorũ q̃ in aruis colendis cæteri mortales laborẽ tolerant: ſed poſtq̃ fluuius ſua ſponte ſuperueniens irrigauit rura deſeruit: & rurſus irrigata deſeruit. tũc in ſuũ quiſq; rus iacto ſemine ſues immittit cõculcatoq; ſuibus ſemine meſſem deinde

Cõchylia in montibus.

Punica hum⁹ Arabica humus

Myris rex.

Quiuno morbo alios eodẽ laborare putat.

Aegyptiorũ agrorũ cultura.

Aegyptiorũ ſementis.

expectat: atq; vbi ſuibus ſemẽ verſauerit ita demũ frumẽtũ per cipit. Quod ſi velimus de ægypto ionũ vti ſententiis: q ſolum delta eſſe ægyptũ a perſei ſpecula adpellatũ dicentes illã ſcdm mare ad peluſiaca vſq; tarichea quadraginta ſchœnos eſſe. Amari aũt mediterranea verſus pertingere ad cercaſoros vrbẽ iuxta q̃ ſcinditur nilus in peluſiũ fluens: & in canobũ. Cætera vero ægypto partim eſſe aphricæ: partim arabiæ oſtẽderemus hac ratione vtẽtes nullã ægypti primitus fuiſſe regionẽ. Nã delta eis vt ipſi dicũt: & mihi videtur defluxa humus eſt: ac nuper vt ſic dicã extitit Itaq; ſi nulla eis terra erat: quid curioſi ſunt putantes ſe primos homines extitiſſe: qui ne in puerorum quidem experimentum (q̃ primam linguam proderent) ire debebant: quos ego opinor, neque cum loco quem delta iones vocant pariter extitiſſe: ſed ſemp fuiſſe: ex quo genus humanum extitit, pgreſſuq; terræ multis ex eis reliquos fuiſſe: multos aliũde ſub ingreſſos. Ideoq; olim thebæ ægyptus vocabat. Cuius ãbitus eſt ſtadiorũ ſex miliũ ac centũ viginti. Itaq; ſi nos de eis recte ſentimus: iones nõ recte ſentiunt de ægypto. Sin recte iones ſentiũt: oſtẽdo neq; græcos: neq; iones ſcienter cõputare: q cũ aiunt tria mẽbra totã eſſe terrã: europã: aſiã: aphri cã: quartũ membrũ annumerãt delta ęgypti. Si nõ ſit neq; aſię neq; aphricæ. Nã ſcdm hãc rationẽ nõ eſt nilus: qui aſiã ab aphrica diſterminat. qui cũ diuortia faciat circa acumen deltæ: quod in medio eſt: id aſię & aphricæ eſſet. de quo nos ionũ ſententiã miſſam faciẽtes: ita ſentimus Aegyptũ quidẽ eã omnem eſſe q̃ ab ægyptiis incolitur: quẽadmodũ cilicią eam q̃ a cilicibus: & aſſyriam eam q̃ ab aſſyrijs: ſed aſiæ & aphricæ ſcimus recta ratione nullũ eſſe terminũ: niſi terminos ægyptiorũ. Si vero quod græcis pſuaſum eſt ſequemur: ſentiemus oẽm egiptũ: q̃ a catadupis & elephantina vrbe incipit bifariã diuidi: & vtrũq; cognomen obtinere. Aliã enim eius partẽ eſſe aphricæ: aliã aſiæ. Quippe nilus a catadupis incipiens mediã interfluens ægyptũ irrũpit mari vno quidẽ vſq; ad cercaſorũ vrbẽ alueo tripartito. Deinceps quoq; alueorũ vnus ad aurorã quod peluſiũ oſtiũ: alter ad veſperã tendit qđ canobicũ oſtium nominatur. Tertius quo recta nilus meat talis eſt. Delatus p ſuperiora in acutum deltæ, pficiſcitur: dehinc mediũ delta ſcindens in mare euadit nõ minimã huic alueo portionẽ aq̃ pbens: nec minime celebrẽ: quod ſebenniticũ hoſtiũ adpellatur: A ſebenitico ĩtẽ duo alia diuiduntur oſtia in mare ferentia: qbus hæc ſunt imponunt.

Tarichea. Cercaſi. Nilus tanq̃ a quod ſciſſus vertice locũ q delta dicię effecit vt platoni placet. Iones. Thebæ. Aegyptus. Terre diuiſio Aegypt' que Catadupa. Aegypti partes. Nili origo. Hic ſeptẽ oſtia Canopicũ: Bolbiticũ Sebẽniticum Phatniticũ: nõ ãt phãniticũ vt legit. Mẽdeſicum: Taniticũ: & peluſiacum. Plinius in qnto li. cap. 10. Strabo i. 17. & diodorus i primo aliquã tũ Herodoto refragantes.

Bolbitinum. Bucolitum. non natiua ostia.

posita nomina: vni saiticum: alteri mendesium. Nã q̃ bolbitinũ & bucolitũ nominãtur non sunt natiua ostia. sed defossa. Huic meæ opinioni tantã esse ægyptũ: q̃ta ratione demõstraui. Testimoniũ etiã dat oracului qđ ab ammone est redditum quod ego posterius q̃ ita in animũ induxeram circa ęgyptum audiui.

Marea vrbs. Apia vrbs.

Nã qui sunt ex vrbe marea & apia incolẽtes ægypti fines aphricam versus: q; sibi pœni nõ ægyptii viderẽtur: quoq; perosi sacrorum cerimonias nolent bobus fœminis prohiberi: miserunt

Aegyptii q.

ad Ammonẽ negantes quicquã cum ęgyptiis sibi esse comune. Habitare enim se extra delta: nullũq; sibi cum illis linguæ esse commercium: ac velle sibi fas esse omnia gustare. Hæc eos deus facere nõ permisit: inquiens ægyptum eam esse: quã nilus supgressus irrigaret quiq; intra vrbẽ elephantinã incolẽtes ex hoc

Nili exundatio.

flumine potarent eos esse ægyptios. Hæc illis ita respõsa sunt. Porro nilus vbi inflatus est nõ mõ delea inundat: verũ etiã plagã q̃ dicitur aphricana esse aliquoties & arabicam: idq; vtroq; versus duos; dierũ itinere: & amplius eo vel minus. De cuius fluminis natura neq; sacerdotibus qppiã neq; ab alio vllo pcipere potui: cũ prõptissimo forẽ animo ad hæc ab illis audiẽda cur nilus aquis inflatus deueniret inchoans intumescere ab æstuo solstitio: & centum vsq; dies & prope totidẽ diebus retro cederet relinquẽs fluẽta ita per omnẽ hyemẽ tenuis esse persueret ad solstitiũ rursus æstiuũ. De his nihil omnino potui per-

Nilus solus aura caret.

cipere ab ęgyptiis sciscitãdo num aliquã vim nilus haberet natura diuersam cæteris fluuiis. Hęc ego noscẽdi cupidus eos interrogabã & cur solus omniũ amniũ nullas ex se auras remitteret. De qua tamẽ aqua quidã græcos; insignes cũ vellent effici sapiẽtia: trifariã dilleruerũt: quarũ opinionũ duas ne mẽtione quidẽ dignas existimo nisi eatenus vt illas tãtũ significẽ. Earũ

Thalis milesii opinio vt ait diodorus

vna ait ventos etesias esse in cã: vt nilus infletur, phibẽtes eum effluere in mare. Atqui nõnunq̃ etesiæ nondũ spirauerunt: cum nilus id agit. Ad hæc si etesiæ causa forẽt: oporteret alia quoq; flumina quęcãq; etesiis obnoxia sunt idẽ quod nilus pati & eo magis quo tenuiora sunt minores gurgites exhibentia. Sũt aũt multa in syria: multa in aphrica flumina: quæ nihil tale patiũtur quale patitur nilus. Altera opinio est incredibilior quidẽ q̃ hæc quę dicta est: dictu tamẽ admirabilior quæ ait illũ q; ab oceano fluat istud efficere: ipsum vero oceanũ orbi terraq; circũfluentẽ. Tertia opinio vt multo modestissima: ita longe falsissima est. Quippe quæ nec ipsa aliquid dicit inquiẽs e nimbis liqueſcen-

tibus manare nilum: qui cum ex aphrica per medios æthyopes fluens in ægyptũ euadat ex locis calidiſſimis ad frigidiſſima quantus ex niuibus flueret de qua re multa ſane ſunt: quæ quis coniectare poſſit non eſſe credibile eum qui talis ſit manare de niuibus. Primũ ac maximũ teſtimoniũ perhibentibus ventis q̃ ab his regionibus calidi ſpirãt. Secũdum ea plaga: q̃ ſine hymbribus: & ſine glacie perpetuo eſt. Super niuẽ autẽ qua cecidit neceſſe omnino eſt intra quinq; dies pluere: vt ſi in his regionibus ningeret etiã plueret. Tertiũ homines qui ab æſtu ſolis nigri ſunt: & nilui atq; irundines: q̃ illic perẽnant: grues quoq; quæ ſcythicę plagæ hyemem fugientes ad hæc loca ſe cõferũt hybernatum. Si igitur vel q̃tulũcũq; ningeret in ea plaga: per quã fluit & ex qua incipit nilus: profecto nihil tale eſſet quemadmodum arguit. At is qui de oceano loquitur ad occultã fabulam referens caret argumẽto. Neq; n. ego vllum noui fluuiũ: qui eſſet oceanus: ſed hoc nomen opinor Homerũ: aut aliquem priſcorum poetarũ cũ inueniſſet in poeticam intuliſſe. Quod ſi opiniones quas propoſui improbantẽ me oportet de occultis ferre ſententiã: dicam quare mihi videatur impleri nilus æſtate Hyberno tempore ſol abſcendens a priſtino curſu ſubter hyemale ſidus meat in ſuperiora aphricæ: hoc quidẽ vt breuiſſime demõſtretur totum dictũ eſt. Etenim deum hunc vt cuiq; terrę proxime adcedit: ita eam maxima ſiti adficere credibile eſt: & ſcaturigines indigenarum amniũ arefacere: Vt autem pluribus verbis demonſtretur ita habet ſol aphricæ ſuperiora permeans iſtud efficit. Nam cum omne veris tempus ſit ſerenũ in his regionibus & ipſæ regiones ſint torridæ: quas ſol tranſiens ventos frigidos facit: quemadmodũ medio cęlo means æſtate facere conſueuit: ad ſe trahit aquam adtractãq; in ſuperna abiicit loca quam excipientes venti ac diſſipantes liquefaciũt hi videlicet: q vt credibile eſt ab hac regione flant. Auſter & aphricus multo omniũ pluuioſiſſimi q̃q̃ mihi videtur non omnẽ ſol humorẽ eius anni nilo remittere ſed penes ſeipſum reſeruare. Idẽ mitigata hyeme rurſus in medium cœli regreditur: atq; illinc iam itidem ex cũctis fluminibus trahit humorẽ: q̃ flumina mox multarũ aquarũ hymbre cõmixto terrã made faciẽte vtiq; lacunoſã magna decurrũt. At æſtate cũ deſtituãtur ab hymbrib⁹ & a ſole adtrahãt exiliora ſunt. Nilus ãt q hymbrib⁹ caret cũ adtrahit a ſole: merito ſol⁹ fluuioꝝ eo tpe fluit multo exilior q̃ ſolet p æſtatẽ. Tũc. n. pæq; adtrahit atq; cętere aq̃: p hyemẽ vero ſolus

Anaxagoræ & Euripidis opinio.

Diodorus ſiculus in prio & Strabo in 17. ex ãtiqua expertoꝝ opiniõe dicũt nilum ab æſtiuis augeri hymbrib⁹ cũ ſupior æthyopia in vltimis mõtibus diluitur.

Nullus fluui⁹ oceanus dr.

Nilus cur æſtate creſcit.

Hanc Herodoti opinionẽ improbat diodorus in primo.

Solis natura.

Auſter

Aphricus.

adtrahitur. Ita ſolem cẽſui huius rei eſſe cãm. Idẽ mea ſentẽtia auctor eſt aereæ ſiccitatis in ea regione dũ exequat trãſitũ ſuũ. Ita ſemper aphricæ ſuperiora eſtas optinet. Qđ ſi finiũ ac cœli ſitus ĩmutaretur: vt vbi nũc aquilo ſitus & hyems: ibi auſtri ſit⁹ eſſet & meridiei & vbi auſter: illic aquilo collocatus eſſet. Si hęc ita haberẽt ꝓfecto ſol amotus e medio cęlo ſub hyemẽ & aquilonẽ mearet ſupra europã: quẽadmodũ nũc ſupra aphricã pertrãſiẽſq; nobis omnẽ europã faceret (Opinor) eadẽ in iſtro: q̃ nunc facit in nilo. De aura autẽ q̃ nulla e nilo eflat: hoc mea fert opinio conſentaneum eſſe e locis valde feruidis nihil reſpirare auræ q̃ ab aliquo frigido loco flare gaudet. Verum hic ita ſint quẽadmodũ & ſunt ab initio fuere. Nili tamẽ fontes nemo neq; ęgyptiorũ: neq; græcorũ: neq; aphrorũ: cũ quib⁹ in colloquiũ veni ſe noſſe profeſſus eſt ꝑter ſcribã ſacrarũ: mineruæ pecuniarũ apud ægyptũ in vrbe ſai: q mihi iocari videbatur adfirmãs ſe id proculdubio noſſe. Sic autẽ dicebat geminos eſſe montes cacuminibus in acutũ tendẽtibus inter ſienẽ poſitos vrbẽ thebaidis & elephantinã: quorum vni nomẽ eſſet corophi. Alteri mophi: & ex eo medio nili fontes abyſſos: hoc eſt immẽſæ altitudinis emanare. Cuius aquę dimidiũ ęgyptũ verſus & ventũ aquilonẽ flueret: reliquũ dimidiũ æthyopiã verſus atq; auſtrũ. Qđ autẽ abyſſi forẽt fontes aiebat Pſammethicũ ęgypti regem periculũ huius rei feciſſe: q funibus multorũ miliũ paſſuũ cõnexis: & in fontes demiſſis: tamẽ ad fundũ nõ deueniſſet. Scriba hic ſi mõ geſta fuerãt q̃ dicebat adfirmãdo faciebat vt ego opinarer vortices quoſdã illic eẽ rapidos: ac refluxus quẽadmodũ ꝑcipitãtis e mõtib⁹ aquę nequit funis ad explorãdũ demiſſus peruenire in fundũ. Aliud ab vllo audire non potui: niſi cũ ipſe inſpiciũdi gratia ad elephãtinã vſq; vrbẽ ꝓfectus ſum: qddã lõgiſſimę narratiõis: qđ ex fama illic iã ĩqrẽdo adcepi eũ ab vrbe elephãtina ad ſupiora eſſe locũ adcliuẽ: vbi neceſſe ſit nauigio vtrinq; adligato tãq̃ boue pgere & ſi funis abrũpatur abire nauigiũ rapiẽte. fluminis impetu. Abeſſe ãt hũc locũ vltra quatuor dierũ nauigationẽ: eſſeq; ibi nilũ tortuoſum veluti mæandrũ: & duodecim ſchœnorũ: qb⁹ hũc in modũ nauigare oporteret: & poſtea pueníre planũ in locũ: vbi ſit ĩſula nilo circũflua noíe tachõpſo ab elephãtina deſup iã æthyopes incolere & dimidiũ inſulæ. Nã alterũ dimidiũ incolere ægyptios. Inſulã cõtineri ingenti ſtagno: adcolẽtibus circũ æthyopibus paſtorib⁹: in qđ e nilo ſubuectus puenias in alueũ: q in ſtagnũ diffunditur.

Nili aura cur nulla.

Saſ vrbs.

Sycne Corophis. Mophis Nili fontes.

Strabo in. 17 Hic herodotũ garrire putat vt cãtum vel modũ vel iocũditatem quãdã oſoni monſtra adhibeat.

Nilus tortuoſus.

Tachõpſus inſula.

Deinde egressus itinere pedestri quadraginta dierũ pergas ꝑ ter flumen. Nã in nilo acutos scopulos existere & saxa frequentia: per q̃ nauigare nõ licet. Peragratio quadraginta diebus eo loco: alterũ rursus ingressus nauigiũ duodecim diebus subueheris: dũ venias in oppidũ magnũ nomine meroẽ: q̃ fertur aliarũ vrbiũ esse metropolis: Cuius incolæ solos deorũ colũt Iouẽ & Liberum: eosq; magnopere venerãtur. Ioui etiã constituerũt oraculũ: cuius responsis posteaq̃ iubent & quocũq; iubentur eo sumant expeditionem. Ab hac vrbe intra tantũdem temporis: intra q̃tum ad ipsam ex elephantina peruenitur nauigãdo peruenias ad transfugas. quibus nomen est asmach: quod verbum græca in lingua idẽ pollet quod siniſtræ regiæ adsistentes. Isti cũ essent ægyptii bellatores ducẽta & octo milia ad hos æthyopes transiere hac de causa. Sub rege Psammieticho fuerant in ꝓsidiis collocati. Alii ad vrbẽ elephantinã & ad daphnas pesusias aduersus æthyopes. Alii aduersus arabes & syros. Alii ad meroẽ aduersus pœnos. quibus in locis quemadmodũ sub rege Psammieticho erant. Ita in ea ætate persarum præsidia excubant. Nam & in elephantina & in daphnis persæ excubias agunt. Cũ igitur trienniũ in ꝓsidio fuissent. Aegyptii neq; illinc ab aliquo dimitterentur cõi vsi consilio a Psammieticho ad æthiopiã sibi transeundũ putauerunt. Quos re audita Psammiethicus insecutus vbi est adsecut⁹ multis verbis obsecrabat: vetabatq; patrios deos ac liberos vxoresq; deserere. Ibi quidam illoꝝ fertur ostẽso veretro dixisse vbicũq; id esset: id sibi & vxores & liberos fore. Hi posteaq̃ in æthiopiam profecti sunt sese æthiopũ regi tradiderũt: quos ille ita remuneratus est: erant ei nõnulli æthiopũ aduersarii: quoꝝ terram eripientes istos iussit incolere Aethyopes his colõis inter se collocatis facti sunt mã suetiores moribus ægyptiacis imbuti. Ad quatuor igitur mẽsiũ partim nauigationẽ: partim iter cognoscitur nilus: ꝓter id quo fluit ꝑ ægyptũ. Tot. n. mẽses in summa reperient impẽdi ab his qui ex elephãtina ad hos pfusas pergãt. Fluit ãt ab hespero & occasu: dehinc quid sit nemo põt ꝓ cõperto narrare. Est. n. deserta ꝑ feruore ea regio. Adcepi tamẽ hoc ex quibusdam cyrenæis: qui se ad ãmonis oraculũ isse cõmemorarẽt collocutosq; cũ Etearcho ãmonioꝝ rege: & ex aliis sermonib⁹ deuenisse in garrulationẽ de nilo: cuius nemo nosceret fontes: etearchũq; narrasse aliqñ nasamonas quosdã ad se venisse: q̃ gens sit punica syrtim incolens: & orã q̃ vergit ad auroram nõ multũ supra

Acutos
Nilus habet scopulos.
Meroe.
Iuppiter
Liber pater.
Asmach.
Daphnæ.
Festiuũ dictũ.
Cyrenæi.
Etearchus rex.
Nasamones.

ſytti eos cõueniſſent: interrogarẽturq; nũquid ampli⁹ haberẽt qđ referrẽt de aphricæ deſertis: rettuliſſe apud ſe fuiſſe virorũ ꝑpotẽtiũ filios ꝓceres: eos cũ in virilẽ ætatẽ adolcuiſſent cum alia ſupuacua fuiſſe machinatos: tũ vero ex ſeſe quinq; ſortitos ad inſpiciũdas aphricæ ſolitudines ſi quid ãplius cernerẽt q̃ hi qui lõginquiſſima inſpexiſſent. Orã.n. maritimã aphricæ agẽtes ab ægypto incipiẽtes oẽm optinere vſq; ad ꝓmõtoriũ ſolœntẽ: qđ aphricã terminat ꝑter id demũ qđ aut græci optineant/ aut phœnices ſupra maritimã orã: & eos q ad mare incolũt: ferisvlteriora habitari. Vlteriora feris harenoſa eſſe væhemẽterq; arida ac ꝓceſſus vaſta. Igitur eos iuuenes ab æqualibus dimiſſos æqua atq; cibariis probe inſtructos. Primũ ꝑ loca hominibus habitata ꝓrexiſſe: hãc ꝓmenſos in illã feris frequentẽ pueniſſe. ex ea ꝑ ſolitudines iter feciſſe inuentũ zephyrũ: pagratoq; multo ſpatio fabuloſi loci pluribus ſane dieb⁹ aſpexiſſe demũ arbores in planicie quadã enatas ad eaſq; adceſſiſſe: ac fructũ q inerat decerpſiſſe: eiſq; inter decerpẽdũ ſupueniſſe quoſdã infra mediocrem viroꝝ ſtaturã puſillos voce: q̃ nec a naſamonibus cognoſceret: nec naſamonũ vocẽ ipſa cognoſceret: & ab his deꝑhẽſos: ductoſq; ꝑ maximas paludes: atq; illas trãſgreſſos pueniſſe in vrbẽ: in qua vniuerſi forẽt: ęquali ſtatura illis: q abduxiſſent colore nigro: eã vrbẽ ꝑter labi grãde flumen ab heſpero ad orientẽ ſolẽ fluẽs: in quo adparerẽt crocodili. Hactenus a me de ſermõe Ammonii Etearchi cõmemoratũ ſit. niſi q; is aiebat naſamões vt cyrenei referebãt reuertiſſe. & eos hoies: ad quos illi pueniſſent oẽs cẽ fallaces. Flumẽ ãt qđ ꝑterfluebat & Etearchus cõiectabat nilũ eẽ: & rõ ſic dictat. Ex aphrica.n. nilus fluit eãq; media ſecat: & vt ego ex aptis ignota cõiecto pari tractu atq; iſter meat. Iſter nãq; fluẽs ex celtis atq; vrbe pyrene ꝓfluẽs (Celtæ ãt ſunt extra cippos Herculis cyneſiis finitimi ojum in europa ad occaſũ habitãtiũ vltimi): mediã europã ſcindit: totãq; prmẽ ſus q̃ iſtriam mileſioꝝ coloni incolũt mari euxino finit & iſter. (Fluit.n. ꝑ terrã habitatã) inter primos cognoſcit. De nili vero fontib⁹ nemo hẽt qd referat: & merito vtpote aphrica ꝑ q̃ fluit deſerta de eius fluxu: q̃ potuit lõgiſſime repetẽdo narrari dictũ eſt. Euadit ãt in ęgyptũ. Porro ęgyptus mõtanc ciliciæ fere oppoſita eſt. Hinc recta ad ſinopẽ in põto euxino ſitã qnq; dierũ intereſt viro expedito. Sinope ãt iſtro mare irrũpẽti ex aduerſo eſt ſita. Ita nilus totã permeans aphricã videtur mihi æqparã-

Nili fluxus.
Aphrica
Iſter.
Pyrene.
Celtæ.
Cippi herculis
Cyneſii.

Sinope.

dus iſtro. Hactenus de nilo dictū ſit. Venio ad plura de ægypto referenda: quia plura q̄ alia omnis regio mirabilia habet: & p̄ter oēm regionē exhibet opera relatu maiora. Hoꝝ gratia plura de ea cōmemorabunt. *Aegyptii quēadmodū & cęlo q̄ apud eos & flumine diuerſa ab aliorū natura.* Ita ipſi plęraq; omnia a cæteris hominibus diuerſa cōſtituerūt & inſtituta: & iura apud quos fœminæ quidē negociant cauponāturq;: & inſtitoris operis vacāt. Viri āt intra domos texunt. Alii villum ſubtegminis deſuper tramant: ægyptii ſubter. Onera viri capitibus. Fœminæ hūeris baiulant. Fœminę ſtātes mingunt: viri ſedentes. Domiventrē exonerāt exterius in viis comedūt reddētes rōnē quę ſunt turpia ſed neceſſaria: ea in occulto fieri debere. Palam vero q̄ nō ſunt turpia. Mulier neq; dei neq; deæ vlla ſacerdos eſt: ſed viri deoꝝ omniū & dearū. Alēdi parētes filiis nulla nolentibus filiabus & vt nolint ſumma neceſſitas eſt. Deoꝝ ſacerdotes alibi comati ſunt: in ægypto deraſi. Apud alios ritus eſt ſtatim in funere ꝓximi capita deglabrare. *Aegyptii in funerib⁹ ſinūt capitis crines augeſcere barbā tamē tōdent.* Apud cæteros mortales victus a ferarū ſecretus eſt cōſortio. Aegyptii cū feris veſcūtur. Alii frumento atq; ordeo victitāt. Aegyptus victitare his q̄ ex his facta ſunt maximo ꝓbro eſt: ſed cibis e farre cōfectis qđ qdā ſiliginē adpellant. Cōſperſionē pedibus: lutū manibus ſubigunt. Virilia prout cōtigerūt alii eſſe permittunt. præter eos qui ab iſtis didicerunt ægyptii circūcidunt. Viri binas veſtes habent: fœminæ lingulas. Alii velorū anſulas: & funes extrinſecus adſuūt: ægyptii intrinſecus. Græci litteras ſcribunt: & calculis computant a ſiniſtro in dextrā manū ferentes. Aegyptii a dextro in ſiniſtrū: & hoc facientes aiūt ſe in dextrū: græcos facere in ſiniſtrum: litteris bifariis vtuntur: quarū vnas ſacras vocant: populares alteras. in deos religione ſupramodū: ſupraq; omnes homines. Talibus etiā moribus vtuntur. Aheneis in poculis potant ſingulis ea diebus extergentes non eoꝝ aliquot: etiā aliquot nō ſed vniuerſi. Linea ferūt veſtimēta ſemper recens abluta huic rei ꝓcipue vacantes. Virilia circūcidūt mundiciæ gratia pluris faciētes ſe mūdos eſſe q̄ decoros. Sacerdotes quoq; die totū corp⁹ eradūt: neqd eis inter deorū cultū aut pediculi aut alteri⁹ ſordis creeſ. Iidē veſtē tātūmodo lineā. calceos papiraceos geſtāt. Aliā veſtē: aut alios calceos induere eis fas nō eſt. Lauantur quottidie frigida interdiu ter. no ctu bis. Alias p̄terea cerimonias ꝑpe dixerim infinitas exercēt.

Aegypt⁹ mirabiliora q̄ ois regio habet.

Aegyptiorū mores.

Quæ ſūt neceſſaria ſed turpia in occulto fieri debere.

Aegyptii ſacerdotes.

Aegyptiorū veſtes.

Aegyptiorū ſcriptura.

Circunciſio cur.

Aegyptiorū ſacerdotes eraſi.

Qui etiam non exiguis adficiuntur cõmodis. Nã neq; re de meſtica aliquid cõterunt: neq; erogant ſed eorũ ſingulis quotidie cibi ſacri cocti præſto ſunt & carnis bubulæ : & anſerinæ ſatis abundeq;. Vinũ quoq; vineale traditur. De piſcibus guſtare nefas eſt illis fabas ægyptii in ſua terra ne admodum ſerunt neq; natas: aut crudas: aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes vero ne aſpicere quidẽ ſuſtinent arbitrãtes haud mundũ illud legumen eſſe. Initiãtur non ſigillatim cuiq; deoꝝ: ſed gregatim. quorũ vnus eſt pontifex: Vbi quis defunctus eſt filius eius ſubrogatur. Boues mares epaphi eſſe cenſent. eaq; de re hũc in modum explorant. Si pilũ in eo nigrũ vel vnum viderent nequaq; mũdum cenſent. Explorat autẽ hæc ſacerdotum aliquis ad id conſtitutus. Lingua pecudis cũ ſtantis erectæ: tum reſupinatq; exerendo ſi immũda ſit his ſignis: que ego alio referã in libro. Inſpicit & caudæ pilos nunquid habeat ſecundũ naturam procreatos. Eam ſi fuerit his omnibus munda: notat adligato cornibus canabo Deinde adplicit a terra ſigillari annulo impreſſa atq; ita abducunt. Nã immolare nõ notatam pœna morte ſancita eſt. & hunc quidem in modũ pecus probatur. Sacrificandi autẽ is eis eſt ritus. Pecude q̃ obſignata eſt ad arã vbi immolaturi abducta: pyrã incendũt. Deinde ſupra pecudem libato cõtra templũ vino ac deo inuocato eam mactant: mactate caput aſportant in forũ ſi nundinę ſint & eis græci negociatores adfuerint: atq; illis vendunt quiſi nõ adfuerint in flumen abiiciũt Execrantur autẽ capita in hęc verba. Siquid mali aut ipſis immolantibus aut vniuerſæ ægypto futurũ ſit id in caput hoc cõuertatur. Eodẽ ritu circa capita pecudũ immolandorũ & vini libamina omnes pariter ægyptii ad omnia templa vtũtur: atq; ex hoc ritu nemo ægyptiorum de capite illius animantis degustat. Eſt tamen ſacrorum delectus: & alius apud alia tẽpla adolendi modus ab eis inſtitutus. Quẽ vero aut dæmonẽ maximũ: agunt: hunc pergã dicere. Poſteaq; ieiunauerũt pridie feſti atq; obdormierũt: vaccã immolant eãq; corio exuũt: & toto aluo vacuant. Inteſtina intra ventrẽ adipẽq; linquũt: crura truncãt: & extremos lũbos: armoſq;: ac cerucem. His actis reliquũ vaccæ corpus ſtipant panibus puris: & melle: & vua paſſa: & ficis: & thure: & mirra: atq; aliis odoribus. Vbi hæc inferſerunt adolent: multum vini: oleiq; infundentes. Ieiuni tamen priuſq; ſacrificarent. Dum ſacrificium ardet: omnes verberantur. Poſteaq; epulati ſunt dapes ex ſacrificii reliquiis proponuntur. Boues ma-

Aegyptiorũ ſacerdotum cibi.

Fabæ.

Boues.

Mares.

Sacrificandi ritus.

Perga dęmõ

Vacca immolata.

Boues.

res eosdēq; mundos: ac vitulos vniuersi ægyptii immolāt. Fœminas eis immolare nō licet vtpote Isidi cōsecratas. Nā isidis simulacrū muliebre est bubulis p̄ditū cornibus: quēadmodū Io græci describūt bouesq; fœminas oēs itidē ægyptii veneranť ex oibus pecudibus lōge plurimū: eoq; nemo ęgypti⁹ ægyptia ue græci viri aut os suauiaretur: aut cultro vetuue: vel holla vel pura bouis carne græco cultro incisa vteretur: Boues q demortui sunt: hūc i modū sepeliūt: fœminas quidē in flumē abiiciūt. Mares aut in suburbanis singuli defodiūt vno aut altero cornu extāte signi gratia. Vbi cōputruerūt & statū tēpus aduenit: p̄sto est. ad singulas vrbes nauis ex insula noie ,psopiti de: q̄ est in del ta nouēq; schœnoꝝ ambitus in qua eū aliæ sunt frequētes vrbes: tū ea vñ ,pficiscūtur naues ad ossa tollenda noie atarbecchis: vbi tēplū veneris extructū est. Ex hac vrbe alii pmulti vagātur in alias vrbes: vbi effoderūt ossa absportant: eaq; vno in loco cūcti sepeliūt. Quē in modū boues in eūdē defuncta alia pecora sepeliūt ita. n apud eos circa hæc legibus comparatum est. Nā neq; interimūt ea: Cæterūq; q iouis thebani tēplū inco lūt aut thebani ritus sunt: ii oēs ab oubus se abstinētes capras imolant. Nō. n. eosdē deos peræq; colūt vniuersi ægyptii p̄ter isidē & osirim: quē bacchū esse aiūt. Hos peræq; vniuersi colūt. Qui Mēdetis tēplū obtinēt siue mendesii ritus sunt: hi capris abstinētes imolant oues Itaq; thebani & qcūq; propter illos oubus parcūt: aiūt ideo sibi cōditā hanc legē: qđ Iuppiter cū ab Hercule cernere eū volēte cetni nolet: tandē exoratus: id cōmētus fit: vt amputato arietis capite pelleq; villosa: quā illi detraxerat induta sibi ita sese Herculi ostēderet: & ob id ægyptios instituisse Iouis simulachrū facere: arietina facie: & ab ęgyptiis āmonios adcepisse: q sunt ægyptioꝝ atq; æthyopū coloni: & linguā inter vtroſq; vsurpātes q etiā mihi vidētur eadem re se ammonios cognominasse. q; ægyptii Iouē Ammonē adpellāt Ob hanc rē arietes nō mactātur a thebanis: sed eis sacrosancti sunt. Certo tantū die quot annis in festo iouis vnū demū arietē amputāt: cuius pellē detractā hūc in modū iouis simulacrū in duūt: ad illudq; deide aliud dicūt herculis simulacrū hoc acto cuncti qui circa tēplū arietē verberāt: deinde sacra eundē vrna sepeliūt. De hercule hūc ego audiui sermonē: q; sit vn⁹ ex diis duodecim. Nā de altero hercule quē græci norūt: nulla in parte ægiptii quippiā potui audire cuius nomē nō ægyptii a græcis adceperunt: sed græci potius ab ægyptiis: & hoc nomen fi-

Vaccæ.

Isidis simulacrum.

Boū sepulturæ:

Prosopitis insula.

Atarbecchis vrbs.

Iuppiter thebanus.

O uiū abstinentia.

Caprarum imolatio.

Isis.

Osiris bacchus dicitur.

Mendesii Iuppiter arietina facie.

Ammonii.

Ammon.

Iuppiter.

Hercules qs.

Amphitryõ. lio impoſuere Amphitryonis. Qđ ita ſe habere cum multa mihi indicia ſunt. Tũ vero illud q̃ huius Herculis vterq; parẽs Amphitryon & alcmena fuerunt ab ęgypto oriundi. Ideoq; ægyptii negant ſe aut Neptuni: aut tyndaridarum nomen noſſe. neq; hos deos inter cæteros admiſerunt. Quod ſi nomen dęmonis vllius a græcis mutuati eſſent: non minus imo vel magis iſtorũ mentionem fuiſſent habituri. Si etiam nũc naucularian exercebant: & vlli græcorum naucularii erant vt credo: & mea fert opinio. Quapropter iſtorũ potius deor; q̃ herculis nomẽ ęgyptii percepiſſent. Atqui vetuſtus quidã deus eſt apud ægyptios hercules: & vt ipſi aiunt decẽ & ſeptẽ annor; milibus ad Amaſim regẽ: ex quo Herculẽ ex octo diis qui duodecim erant vnũ eſſe arbitrantur. Quibus ego de rebus certior fieri cupiens: a q; bus poſſem in tyrũ & phœnicem nauigaui: q; ibi templũ Herculis eſſe audirẽ: quod & vidi opulẽter exornatũ cũ aliis multis donariis: tũ vero duobus cippis altero ex auro excõcto: altero ex lapide ſmaragdo maiorẽ in modũ ſplendente p noctẽ. Venienſq; in colloquiũ cũ dei ſacerdotibus percõctabar quãtũ tẽporis foret ex quo id templũ fuiſſet extructũ. Cõperi ne hos quidẽ cõgruere cũ græcis quippe dicentes ab vrbe condita fuiſſe dei templũ pariter extructũ: eſſe autẽ a Tyro cõdita annor; duo milia ac trecentos. Vidi ꝓterea Tyri etiã aliud herculis tẽplũ cognomine thaſſi: quinetiã in thaſſum profectus ſum: vbi inueni tẽplum a phœnicibus cõditum. qui ad inueſtigandã europam nauigantes thaſum cõdiderũt: quod quinq; viror; ætatibus prius fuit q̃ Hercules Amphitryonis in grẽcia exiſteret. Hæc quæ cõmemorantur plane declarant Herculem vetuſtum deum eſſe. Eoq; videntur hi rectiſſime facere e grẽcis: qui bifariam Herculi templa ædificanda colendaq; cenſuerunt: vni quidem vt immortali cognomine Olympio immolantes: alteri vero vt heroi parentãtes. Alia quoq; multa inconſiderate grẽci loquũtur: quorum & hæc inepta fabula eſt: quam de Hercule ferunt eum cum in ægyptum peruenĩſſet ab ægyptiis redimitũ tanquam Ioui immolandũ ſub pompa fuiſſe eductũ: ac tãtiſper quietem tenuiſſe: dũ illi ante aram cum ſtetiſſent ibi ad vim cõuerſum oẽs interemiſſe. Quæ cum dicunt græci videntur mihi ſe & naturæ ægyptiorum & morum ignaros prorſus oſtẽdere. Quibus enim nullam pecudẽ fas eſt immolare: ꝓter ſues: ꝓterq; boues mares & vitulos dũ modo mundos & anſeres: hi qua ratione immolarent homines: aut quomodo Hercules cũ q; vnus

Alcmena.

Hercules vetuſtus.

Amaſis rex.

Cippi duo Herculis.

Tyri tẽpus.

Thaſſus.

Hercules Thaſſus vrbs

Hercules olympius

Herculis fabula.

Aegyptiorũ victimæ.

esset: & adhuc vt aiunt homo tot milia virorum interemisset. Hæc tamē tot quæ de his rebus diximus sint: & a diis & ab heroibus in bonam partem adcepta. Capras & hircos ea de causa hi quos diximus ægyptiorum non mactant: quod Pana inter octo deos mendesii numerant: quos octo aiunt priores duodecim diis extitisse. Panos simulachrum & pictores pingunt: & statuarii sculpunt. quemadmodum græci caprina facie hircinisq; cruribus haud quaquam existimantes eum esse talem: sed similem cæteris diis. Qua tamen eum causa talem describant: non est mihi relatu iocundum. Verum hi cum capras: tum vero capros hircosue omnes venerantur: & inter mendesios caprarii præcipuo honore adficiuntur: & ex his vnus maxime: qui cum decessit ingens toti mendesiæ plagæ luctus extitit. Vocat autem & hircus & Pan: ægyptiace Mendes. In hac regione contigit hoc mea memoria prodigium. Hircus cum muliere coiit propalam: quod in ostentationem hominum peruenit. Suem ægyptii spurcam belluam arbitrantur. quam si quis vel transeundo contigerit: abiit lotum se se cum ipsis vestimentis ad flumen. Eoq; soli omniū subulci in ægypto: & si indigenæ tamen nullum ingrediuntur in templum: nemoq; aut filiam cuipiam eorum nuptum dare vult: aut cuiuspiam eorum filiam in matrimonium ducere. Ipsi inter se subulci dant: adcipiuntq; filias. Aliis diis immolare sues ius ægyptiis non est p̄terq̄. Lunæ tantum & Libero: nisi per tempus plenilunii: quo sues immolant: ac suilla carne vescūtur. Ideoq; aliis diebus festis sues reformidāt cū in isto mactent. Cuius rei ab ægyptiis ratio redditur: sed eandē intellectā mihi magis decorū est nō referre. Sacrificiū autē de suibus lunæ hūc in modū fit. Immolata sue: extremā eius caudā & lienē & omenta simul componūt & adipe: qui circa aluū pecudis existat ea operiunt: ac deinde igni admouēt. Reliqua carne plenilunii dieveseunt: quo die sacra faciūt. Alio die nō āplius gustarēt. Qui sunt ex eis inopes ꝓpter tenuitatē facultatū adsimulatos quosdā sues coquūt quos imolent Baccho quoq; in eius festo singuli in cœnā porcū ꝓ foribus mactāt: reddūtq; subulco: q illū tradit. Qui & aliū diē festū Baccho ægyptii agunt sine porcis fere per omnia græco festo similem. Sed loco phallo.i. ficulneoꝝ veretrorū a collo pendentium sunt ab eis excogitatæ statuæ cubitales e neruis compactæ: quas fœminæ circūferūt per pagos mentula: q̄ ꝓpemodū instar est reliqui corporis inuētre & tibia p̄eunte: q̄ fœminæ

Pan inter octo deos.

Panos simulachrum.

Mendesiorū victimæ.

Hircus cum muliere.

Sus Spurca.

Subulci prophani.

Sus hostia lunæ.

Lunæ festū.

Suis sacrificādi modus.

Porcꝰ hostia bacchi festū

Phalli.

Mentula ingens.

Mentula ingens.

Melampus.

Bacchum canentes ſequũtur. Cur autẽ mentulam habeat iuſto maiorẽ ſtatua & vnũ corporis membrum agitet redditur ab eis ratio: vt iã Melampus Amythaonis filius non imperitus huius ſacri: ſed peritus fuiſſe videatur. Siquidẽ Melampus fuit: q̃ græcis Dionyſii. i. Liberi patris vel Bacchi nomen & ſacrificium & põpã phalli enarrauit: nõ tamẽ omnẽ plane rationẽ cõplexus. Verum hi qui poſt hunc extiterunt ſophiſtæ rẽ in maius explicauerunt. Itaq; phallum Dionyſio miſſum narrãdi Melampus auctor extitit: a quo edocti græci faciunt ea quę faciũt. Equidẽ Melampodẽ ego virum fuiſſe ſapientẽ diminutionẽq; ſibiipſi cõparaſſe: eundẽq; cum alia multa ab ægypto adcepta græcis enarraſſe: tum vero nõnulla de Dionyſio tamẽ cõmutata. Neq; .n. dixerim quæ in ægypto fiunt huic deo cõgruere cum his q̃ in græcia. Non cõſentanea eſſent græcis nõ autẽ nuper introducta. Neq; tamẽ credã ægyptios a græcis fuiſſe mutuatos aut hoc aut aliud quippiã: ſed Melampodẽ quæ ad Dionyſiũ pertinent audiſſe ex Cadmo aliiſq; tyriis: qui cum e phœnice venerunt in terrã quę nũc bœotia adpellatur. Adeo deorum omniũ nomina ferme ex ægypto in græciam peruenerũt. Idq; ego ex barbaris ſciſcitatus ita rẽ habere comperio: ac reor ex ægypto pręcipue veniſſe: & iccirco illic nõ eſſe vſquã nomina neq; Neptunii: neq; caſtoris: quẽ ad modũ a me ſuperius dictum eſt: neq; Iunonis: neq; Veſtæ: neq; Themis: neq; gratiarũ: neq; Nereidũ: neq; aliorũ deorũ. Dico autẽ quę ipſi ægyptii: qui ſe negãt deorum agnoſcere nomina. Qui dii vidẽtur mihi a pelaſgis fuiſſe nominati: p̃ter Neptunũ: quẽ ab aphricanis audierũt. Nã neptuni nomẽ ab initio nõ vſurpauerant niſi aphri ſemp hunc deũ in honore habuiſſent. Eũ ægyptii igitur putant eſſe: ſed nullo honore proſequũtur. Hæc itaq; & alia p̃terea q̃ ego referã græci ſunt ab ægyptiis mutuati: ſed non id vt Mercurii ſtatuã facerent porrecto cum veretro. Verũ a pelaſgis & primi ex omnibus græcis athenienſes: & ab his deinceps alii. Nã preſtabãt inter græcos ea tẽpeſtate athenienſes: in quorum regione. permixti pelaſgi habitãt: ex quo ceperunt pro græcis haberi. Hæc quæ dico quiſquis cabyrorũ ſacra imitatur: quibus thraces iniciantur: nouit a pelaſgis eſſe ſumpta. Nã ſamothraciam quõdã incoluerunt hi pelaſgi: qui cum athenienſibus vna habitauerũt a quibus ſamothraces cerimonias mutuãtur. Itaq; primi e græcis athenienſes a pelaſgis edocti ſtatuas mercurii erecta tenere virilia idẽ factitauerũt. De qua re pelaſgi ſacrũ quẽdam ſermo-

Bœotia

Deorum natura.

Neptuni nomen.

Caſtoris.

Iunonis.

Veſtæ.

Themis gratiarum & nereidũ noĩa.

Mercurii ſtatuæ.

Thraces.

Samothracia

Samothraces.

nem rettulerunt: qui in ſamothracibus myſteriis patefactus eſt.
Iidem antea in deorum inuocatione tum omnia immolabant:
quemadmodũ ego apud dodonam audiẽdo cognoui: tum nul Dodona.
li deorũ aut cognomen: aut nomen imponebant: quippe quod
alicunde nunquã audiſſent. Quos autẽ cognominauerunt: eos
ob id cognominauerũt: q̃ omnes res atq; omnes regiones illi
tenerent redactas in ordinem. Multo deinde progreſſu tem-
poris alioꝝ deorum nomina audierunt ex ægypto adlata: poſt
quos diu nomẽ liberi adceperunt. Itemq; aliquanto poſt de il-
lorũ nominibus in dodona oraculũ petiuerunt. Nãq; hoc ora- Dodoneum
culum omniũ quę apud græcos ſunt oraculoꝝ vetuſtiſſimũ eſſe oraculum.
exiſtimatur: atq; adeo ſolũ erat ea tẽpeſtate. Cõſulentibus igi-
tur pelaſgis apud dodonã nunquid omnia q̃ a barbaris adue-
niſſent adciſcerent oraculũ redditũ eſt vt illis vterẽtur. Atq; ita
ex eo tẽpore ſacrificauerunt deorũ nomina nuncupantes: & ea
deinceps e pelaſgis græci adceperunt. Vnde autẽ ſinguli deoꝝ
extiterint: an cuncti ſemper fuerint: aut q̃ ſpecie hactenus igno
ratum eſt: niſi nuper atq; heri vt ſic dicã. Nã Heſiodus atq; Ho- Heſiodus.
merus: quos quadringẽtis nõ ãplius annis ante me opinor ex- Homerus.
titiſſe fuere: quæ græcis deoꝝ prolẽ introduxerunt: eiſq; & co- Deorum no-
gnomina: & honores: & diuerſa artificia & figuras adtribuerũt. mina.
Quibus & poſteriores videtur extitiſſe hi poetæ: qui fuiſſe pri-
ores ferũtur. Et prima quidẽ illa dodoneæ ſacerdotes memi- Dodoneæ
nerũt. Poſteriora autẽ ad Heſiodũ vſq; & Homerũ ego referã. Sacerdotes.
At de oraculis quæ in græcia: & de illo qđ in africa eſt talia æ-
gyptii cõmemorant. Nam enarrabãt ſacerdotes Iouis thebani
duas fœminas: quæ eſſent ſacerdotes e thebis a phœnicibus
fuiſſe exactas: & harũ vnã in aphrica fuiſſe venũdatã ſe audiſſe Prima apud
alterã in græcia. atq; has fœminas eſſe q̃ primæ apud dictas gẽ aphricã græ-
tes oracula cõdidiſſent: percõctãtiq; mihi vñ id qđ cõmemo- ciãq; oracula
rãt plane cõpertũ haberẽt. reſpõderũt maiorẽ in modũ ſe in-
ſtitiſſe veſtigare de his mulieribꝰ: nec tamẽ vnq̃ inueſtigare po-
tuiſſe: ſed poſtea hæc quæ dicebãtur de eis audiſſe. Hæc igitur
thebis e ſacerdotibus audiebã. Antiſtites aũt dodonæoꝝ illas Dodonea
aiunt gemínas ex ægypto columbas aduolauiſſe: vtrãq; nigrã Columba.
vnã quidẽ in aphricã: alterã ad ipſos: quæ fago inſidẽs huma-
na voce elocuta ſit: eo loci Iouis oraculũ cõdi debere: & ſe in-
terpretes eſſe qđ ipſis annunciaretur diuinitus fieri: & ob id ſe
ita feciſſe. Eã vero quæ ad aphros abiſſe colũbã iuſſiſſet aphris
vt Ammonis oraculum cõderẽt qđ oraculũ & ipſum Iouis eſt. Ammonis
oraculum.

Ita referebãt dodonæoꝝ ſacerdotes cũ adſenſu cæterorũ dodonæorũ tẽplo vicinorũ: q̃rũ antiqſſimæ nomẽ erat Promenæ ꝓximę Timaretæ: minimę natu Nicãdræ: de qbus ita mea fert opinio. Si re vera phœnices oblegauerũt fœminas ſacerdotes & earũ alterã in aphrica alterã in græcia vendiderũt. Hãc q̃ in græcia illa q̃ pelaſgia vocabat̃ veniit: eã eſſe q̃ apud theſprotos veniit: atq; deide ancillãtẽ ibidẽ cõdidiſſe ſub fago enata fanũ Iouis quẽadmodũ mos erat. Thebis miniſtrare in iouis tẽplo: hĩc ꝓceſſit vt hic memoria et⁹ haberet̃: atq; hic oraculũ inſtitutũ: & poſteaq̃ illã linguã græcã adcepit dixiſſe aiũt ſororẽ ſuã i aphrica ab eiſdẽ phœnicib⁹ (vt ipſa fuiſſet) venũdatã. Qđ ãt mulieres a dodonæis colũbæ vocatæ ſunt: ob id mihi videt̃ factũ quia barbaræ eſſent: q; videlicet ſimile quiddã aubus ſonarẽt. Interiecto deide tẽpore colũbã humana voce locutũ aiũt poſtq̃ more ipſorũ mulier locuta eſt tãdiu volueris modo ſonare vi ſa q̃diu barbare loquebatur. Nã colũba quodãmodo humanã vocẽ ſonat. Nigrã autẽ colũbã eẽ dicẽtes egyptiã fœminã ſignificãt. Sũt itaq; ſimillima inter ſe oracula: & illud apud thebas ægyptias: & hoc apud dodonã. Eſtq; diuinãdi in tẽplis ratio ab ægypto aſcita cũ ipſi ægyptii extiterũt principes cõuentus: & põpas: & cõciliabula factitandi: & ab eis græci didicerũt Cuius rei hoc apud me argumentũ eſt q; illas cõſtet priſcis tẽporibus: græcanica vero recens fuiſſe inſtituta: nec ſemel quotannis cõuentũ agere ęgyptios: ſed frequẽter cũ alibi: tũ ꝑcipue ac ſtudioſiſſime in vrbe bubaſti in honorẽ dianæ: ſecũdo loco i vrbe buſiri in honorẽ Iſidis. In qua vrbe maximũ eſt tẽplũ iſidis: ipſa in medio delta ægypti ſita. Eſt autẽ iſis q̃ græca lingua dicitur demeter. i. ceres. Tertio gradu in vrbe ſami in honorẽ mineruæ. Quarto heliopoli in honorẽ ſolis. quinto in vrbe buti in honorẽ latonæ. ſexto in vrbe papremi in honorem martis. Cæterũ poſteaq̃ ſe cõferunt in vrbe bubaſti q̃ faciũt. nauigãt. n. viri pariter & mulieres: magna in ſingulis nauibus vtrorũq; multitudo. Inter nauigandũ aſſidue mulieres aliquot crepitacula tenẽtes plaudũt. Viri tibiis canũt. Cæteri cæteręq; modulantur manuſq; cõplodũt. Ita nauigãdo vt ad quãq; vrbẽ ꝑueniunt talia agũt adpulſa ad terrã naui: mulierũ aliæ ea q̃ dixi faciũt: aliæ cõpellãtes eius vrbis fœminas ingerũt ꝓbra: aliæ ſaltãt: aliæ ſurgẽtes retrahunt illas. Talia ad ſingulas ciuitates flumẽ adcolẽtes agũt. Cũ ad vrbẽ bubaſtũ peruẽtum eſt: diẽ feſtũ celebrãt magnis hoſtiis offerẽdis. Quo infeſto plus viniui-

Promenea. Timareta. Nicãdra.

Columbæ. Dodoneæ. Colũbę vox.

Bubaſtis Vrbs Buſiris Iſidis tẽplũ. Demeter. Ceres. Butis Vrbs. Papremus vrbs.

nealis absumit: q̃ in reliquo ãni tpe. Comeãt illuc: vt indigenæ aiũt virorũ ac mulierũ p̃ter pueros ad septigẽta milia, Atq; hęc quidẽ in ea vrbe fiũt. An in vrbe busiri q̃ diẽ festũ isidi agãt superius a me dictũ est. Verberãtur. n. post sacrificiũ cuncti multa sane hoium milia: quot aũt verberẽtur ẽ mihi fas dicere. Sed ex oĩbus p̃cipue hoc faciũt cares: q ægyptũ incolũt: adeo qdẽ vt gladiis quoq; frõtes cõcidãt: ex quo fcõ dat intellegi eos hospites eẽ nõ ægyptios. Vbi vero i Saim vrbẽ sacrificatũ cõuenerũt. noctu sub dio vniuersi circũ mœnia frequẽtes lucernas adcẽdũt. ibutas sale & oleo plenas cũ multo lichno quod tota ardeat nocte: cui festo nomẽ ipositũ ẽ: adcẽsio lucernarũ. Ad hũc cõuentũ q̃cũq; ægyptiorũ ierit obseruãtes sacrificii noctem: & ipsi lucernas adcendũt: neq; id in sai mõ: sed etiã p vniuersam ægyptũ. Qua vero gratia nox hæc lumẽ: & honorẽ sortita sit sacra quędã rõ cõmemorat. ad heliopoli: & ad dutĩ qui veniũt tm̃ sacrificasse cõtenti sunt. In papremi vero quẽadmodũ in alia & hostias & sacra operantur sed quoad sol circũfertur pauculi sacerdotes circa simulachra exercẽtur: cõplures eorũ tenẽtes ligneas clauas stãt pro foribus tẽpli. Alii e regione pl⁹ mille virorũ qui vota exequũtur cũ singulis fustibus frequẽtes cõsistunt: qui pridie simulachrũ ligneũ ex ligno sacello deaurato. In alias sacras ædes exportãt paucis illis: q misterio simulachri delecti sunt trahẽtibus plaustrũ quatuor rotarũ: quo vehit sacellum cũ simulachro: qđ intus ẽ. Hos ingredi ꝓhibẽt hi q in vestibulo stãt. At hi q vota exequũtur opitulãtes deo pcutiũt hos sese defẽsantes: Hic vehemẽs existit fustuaria pugna mutuo capita feriẽtiũ: multiq; ex vulneribus (vt ego opinor) peunt: & si ægyptii quẽq; mori negant. Aiunt autẽ indigenæ cõuẽtæ hũc iõ institutũ qđ id tẽplũ incolat mater Martis: & ad eam martẽ iam adultũ ac virilis ætatis venisse gratia coeundi cum matre: quem materni ministri vt qui eũ a principio non agnoscerent: eum ingredi ad matrẽ non sinerent. Hũc ex alia ciuitate adlatũ hoĩbus illos male mulctasse: & ad matrẽ fuisse introgressum & ob hanc rẽ aiunt solẽnẽ esse matri die festo hãc rixã & institutũ ne i tẽplo eũ fœminis coiret: neue a venere nisi ablutis tẽpla adirẽtur. Hi sunt q primi cerimoniis vacauerunt. nã cæteri fere mortales p̃ter ægyptios ac græcos coeũt in tẽplis: & a venere surgẽtes nõ ablui introeũt tẽplũ putãtes hoiem esse vt cæteras aiantes. Et. n. videre licet & pecudes oẽs & volucrũ greges coire in deorũ tẽplis atq; in fanis quod si nõ esset deo gratum:

Busiris.

Sais vrbs.

Cares. Barbari quoq; a strabone adpellãt in. 14. lib. thucydidẽ arguẽte & Apollodorũ grammaticũ.

Lucernarum adcensionis festum.

Dutis vrbs.

Papremis.

Fustuaria pugna.

Martis mater.

Coitus in tẽplis.

ægyptię ferę

non facturas illas fuiſſe adlegãt. Mihi aũt iſta facientes nõ pro bantur. Aegyptii cũ in aliis ad ſacra pertinẽtibus: tũ vero in his ſuperſtitioſe agũt. Cæterũ ægypt⁹ cũ ſit aphricæ finitima: nõ tamen admodũ feris eſt frequens: q̃ vero illic ſunt: eæ oẽs ꝓ ſacris habentur partim mãſuetæ: partim immãſuetæ. Qua autẽ cauſa pro ſacris habentur ſi dixero ad res diuinas oratio mea deſcenderet: quas ego in primis enarrare debito: quarũq; quicquid dixi id neceſſe coactus tñ delibãdo dixi. Conſuetudo q̃ de feris eſt ita habet. Earũ educãdarum curã ſeorſum a cæteris ægyptii atq; egyptiæ ſuſcipiũt. In quo honore filius patri ſuccedit. His feris omnes qui in vrbibus ſunt vota perſoluunt: quę ſuſceperunt illi deo cuius illa fera eſt hunc in modũ. Deraſis filiorũ capitibus aut in totũ: aut ex media: aut ex tertia parte ad pendunt crines vna in lance: & in altera tantundẽ argenti: quæ pecunia cũ lãcem traxerit: eam tradunt curatori ferarũ: Ille ꝓ hoc amputatũ piſcem præbet feris eſcam. Talis enim cibus illis præbetur: quarũ ſi quam quis necauerit ſi volens morte multabetur: ſin inuitus plectitur ea multa: quã ſacerdotes ſtatuerint. Quiſquis tamen Ibim aut accipitrẽ necauerit ſiue volens: ſiue nolens neceſſario morte adficitur. Sed cũ multæ ſint feræ: quę vna cum hominibus victitent. multo tamen plures eſſent niſi res hæc officeret felibus. Feles poſteaq̃ ſunt enixæ nõ amplius adeũt maſculos. Eas iſti coeundi gratia indagantes tamen potiri nequeũt. Ergo cõtra illas talia cõminiſcuntur. Ereptos aut ſubreptos earũ fœtus occidunt: non tamen occiſos edunt. Illę filiis orbatæ cupiditate aliorũ (Amantiſſima. n. filiorũ fera eſt) Ita demũ ad mares ſe conferunt. Felẽ incenſa ſtrue diuina res occupat. Nã quoties ignem extinguere neglexerũt ægyptii cuſtodias feliũ diſpoſiti agũt. At ille aut in trudendo ſeſe hominibus: aut tranſiliendo in ignẽ inſiliunt. Hoc dũ cõtingit: ingenti luctu adficiuntur ægyptii. Quibuſcũq; autem in domibus vltro felis oppetit mortẽ: earum domoꝝ habitatores cuncti ſola ſupercilia eradunt: totũ autem corpus & caput: in quorum domibus ſic moritur canis. Efferuntur feles mortuæ ad ſacra tecta: vbi ſalſæ ſepeliuntur in vrbe bubaſti. Canes in ſua quiſq; vrbe tumulant ſacratis in loculis eodẽ quo canes modo indagatores ſepeliũtur. Nam mygalas. i. murus araneos. & accipitres in vrbẽ butum abſportant. Vrſos autem qui ſacri ſunt: & lupos non multo vulpibus grandiores eo loci ſepeliunt vbi iacentes inueniunt. At crocodilo talis ineſt natura: vt quatuor mẽſibus

Capita deraſa.

Ferarũ inter fecta.

Ibis
Accipiter.

Feles.

Felis filiorũ amantiſſima.

Feles mortuę

Canis.
Mygale.
Aranei.
Accipitres.
Butus.
Vrſi. Lupi.

Crocodili natura:

maxime hibernis nihil oīno edat: & cū ſit quadrupes: tū terreſtre & aquatile eſt. Nā oua parit humi: excluditq; & plerūq; diei in ſicco agit: ſed totā noctē in flumine: quippe calidiore aqua q̄ nocturno ſereno & roſido. Ex oībus quę mortalia agnoſcimus hoc maximū exiſtit: ex minimo ſiqdē oua gignit haud multo maiora anſerinis: & ꝓportione oui fœtus excluditur. Excretus ad decē & ſeptē & amplus cubitos puenit. Oculos habet ſuillos dentes magnos ꝓportione corporis & ꝓminētes atq; ſerratos cui ex oībus feris ſoli lingua innata nō eſt. Idem inferiorē maxillā ſolū nō mouet: ſed ſuperiorē inferiori admouet. Vngues quoq; robuſtos habet pellēq; circa tergū impenetrabilē. Inter aquas cæcus: ſub dio ſpicaciſſimus. Itaq; cū in aqua vitā degat: os fert introrſum irūdinibus refertū. Cūq; eū cæteræ feræ ac volucres fugiāt: ſolus ipſi trochilus paeatus eſt: qđ videlicet ei eſt vtilis. Etenim poſteaq̄ crocodilus ex aqua in terrā egreſſus eſt ac deinde hiauit. (ſp.n. fere hoc ad zephyrū facere ſolet) tunc in eius os trochilus penetrans deuorat ſanguiſugas. Qua vtilitate delectatus crocodilus nihil oīno trochilū lædit. Quibuſdā ægyptiorū crocodili ſacroſancti ſunt quibuſdā nō ſunt: ſed veluti hoſtes exagitātur. Sacros admodū eſſe eos exiſtimāt qui circa thebas & myrios ſtagnū incolunt: quoq; vtriq; vnū ex omnibus crocodilis alunt cicurē & edoctū manu tractari. Adpendētes eius auribus vel gēmas: vel ex auro fuſiles inaures. & primoribus pedibus cathenā innectentes: cibaria quoq; adcōmodata: ac ſacra ꝓbentes cōſectantur tāq̄ pulcherrime viuentē. Vbi mortē obiit ſale conditū ſacris in vrnis ſepeliūt. Atq; circa elephantinā vrbē incolūt q; ſacros eſſe nō cēſeant & comedūt. Neq; vero crocodili vocātur ſed champſæ. Ionesq; adpellauere crocodilos illi generi crocodilorū: qđ apud eos in ſepibus gignitur cōparātes. Hos capiēdi cū ſint complura & multiplicia genera: vnū tantū hoc: qđ mihi maxime dignū relatu videtur puto ſcribendū. Vbi tergū ſuillū hamo circūdatū ad illiciendū crocodilū ptulit in mediū fluminis venator ipſe ad ora fluminis porcellū: quē viuū tenet verberat. Cuius vocē crocodilus audiēs ſcām illā tendit: nactuſq; tergū deuorat: & poſteaq̄ adtractus eſt ante oīa eius oculos venator ceno opplet. Hoc acto cætera facile ſane optinet: alioquī cū labore adepturus. Iā vero fluuiales equi in plaga papremittana ſacri ſunt: in cætera ægypto nō ſacri talē ſpeciē naturāq; habētes q̄drupedes bifidis pedibus vngulis bouinis ſimo naſo: equina iuba. eminentibus &

Trochilus

Crocodili cur ſacri.

Myrios ſtagnum.

Crocodili mortui.

Champſæ Crocodili.

Capiēdi crocodili mod⁹.

Equi fluuiales.

cancellatis dẽtibus fulgida cauda: equina voce. Magnitudine maximi tauri tã craſſo corio: vt ex eo arefacto fiãt pila miſſilia. Gignũtur p̃terea in fluuio aquatilia q̃dã: quæ ægyptii ſacrata eſſe arbitrãtur. Arbitrãtur itẽ ſacrũ gen⁹ piſciũ: qđ vocaſ ſquamoſum atq; etiã anguillã. Hos piſces aiũt ſacros eſſe. Ex volucribus vero vulpãſaris. Eſt & alia volucris ſacra nomine phœnix: quam egdẽ nũq̃ vidi niſi in pictura. Etenim perrara ad eos cõmeat quingẽteſimo quoq; (vt aiũt heliopolitani) ãno & tũc demũ & cũ pater eius deceſſit. Is ſi picturæ adſimilis eſt: talis tãtuſq; eſt pennę coloris partim rubidi maxima ex parte cũ habitu tũ magnitudine ſimilimus aquilæ: eũ aiũt (qđ mihi nõ fit veriſimile) hoc excogitare. Ex arabia ꝓficiſcentẽ in templum Solis geſtare patrẽ myrra obuolutũ: & in eo tẽplo humare. Sic aũt geſtare primũ ex myrra ouũ cõponere q̃tũ ipſe ferre poſſit. Deinde ferẽdo illud experiri. Hoc expertũ ita demũ ouũ exenterare: atq; in illud parentẽ inferre: & qua parte ouũ exinaniuit. patrẽ q̃ intulit eã partẽ alia myrra inducere: & cũ tãtũdẽ ponderis impoſito parẽte effectũ ſit. Obſtructo rurſus foramine baiulare illud in tẽplũ ſolis. hæc facere hãc auẽ cõmemorant. At circa thebas ſunt ſacri ſerpẽtes nihil oĩno hominibus noxii pu ſillo corpore: binis prædĩti cornibus e ſummo vertice enatis: quos defunctos in Iouis æde ſepeliũt. huic.n. deo ſacros illos eſſe p̃dicant. Eſt arabiæ locus ad butim vrbem fere poſitus: ad quẽ locũ ego me cõtuli: q; audirẽ volucres eſſe ſerpentes: eo cũ pueni oſſa ſerpentũ aſpexi: & ſpinas multitudine ſupra fidẽ ad enarandũ: quarũ a cerui erãt magni: & his alii atq; alii minores ingẽti numero. Eſt aũt hic locus vbi ſpinæ ꝓiectæ iacebant huiuſcemodi ex arctis montibus exporrigitur in vaſtã planiciem ægyptiæ cõtiguã. Fertur ex arabia ſerpentes alatos in eũte ſtatim vere in ægyptũ volare: ſed eis ad ingreſſum planitiei occurrẽtes aues ibides nõ p̃termittere: atq; ipſos interimere: & ob id opus ibidẽ magno in honore ab ægyptiis haberi. Arabes aiũt cõfitẽtibus & ipſis ægyptiis iccirco ſe his auibus honorẽ exhibere. Eius auis ſpecies talis eſt: nigra tota vehemẽter eſt. Cruribus gruinis: roſtro maxima ex parte adunco: eadẽ qua crex magnitudine: & hæc quidẽ ſpecies eſt nigrarũ: q̃ cũ ſerpẽtibus pugnãt. At earũ q̃ pedes humanis ſimiles habẽt. Nã bifariæ ibides ſunt gracile caput: ac totũ collũ pennæ candidæ p̃ter caput ceruicẽq; & extrema alarũ & natiũ: q̃ omnia q̃ dixi ſunt vehemẽter nigra: crura & facies alteri cõſentanea. Serpentis por-

Anguilla Phœnix.

Phœnicis meminit Plini⁹ i. 10. cap. 2 q manilii vtit opinione diuus aũt hieronym⁹ in ſymboli expoſitiõe multa de phœnice Herodoti verbis cõtraria ſcribit nihilomin⁹ Herodoto plinius ferme congruit.

Serpentes ſacri.

Serpentes alati.

Plini⁹ in. 10. lib. cap. 28.

Ibes ſacrę.

Ibidis forma.

Crex.

ro figura qualis hydrarū: alas nō pennatas: ſed glabras gerit: & alis veſpertilionis valde ſimiles. Hactenus de ſacris feris dictū ſit. Ipſoꝝ āt ægyptiorū: qui circa partē ægypti frumētariā colūt memoriā omniū hominū cōmētātes ſunt fere eoꝝ: in quorū ego veni experimētū lōge excellentiſſimi: ante oīa tali vitæ genere degētes. Singulis mēſibus triduo purgāt ſe vomēdo at q̄ inteſtina diluēdo gr̄a ſanitatis cōſeruāde: exiſtimantes oēs lāguores hoibus creari ex cibis. Nā ſunt alioqui ægypti omniū viroꝝ ſecūdū aphros maxime ſalubri corpore aeris vt mihi videtur bñficio: qui nūq̄ imutatur: cuius mutationibus p̄cipue exiſtūt in hominibus morbi. Pane veſcūtur: quē ex farre cōficiunt quē cylleſtē nomināt. Vino vtūtur facto ex ordeo: deſunt. n. in ea regione vites Victitāt quoq̄ tum piſcibus partim crudis ad ſolē arefactis: partim ſalſugine cōditis: tū auibus ſed earū crudis prius tū ſale cōditis: cothurnicibus: anatibuſq̄: atq̄ auiculis. Cęteris āt vel volucrib⁹: vel piſcibus: q̄ ipſis in p̄ximo ſunt p̄ter illa q̄ ab eis ſunt recepta p̄ ſacris partim aſſis: p̄tim elixis. Apud locupletes eoꝝ cū multi cōuenerūt: & a cœna diſceſſum eſt: circūfert aliqs in loculo mortuū e ligno factum: ſed pictura & opere verū maxime imitātem. Lōgitudine cubitali omnino aut bicubitali: oſtēdēſq̄ ſingulis conuiuarū ait in hunc intuens pota & oblectare talis poſt mortē futurus. Hęc illi apud cōuiuia faciūt cōtētiq̄ moribus patriis nullū aliū aſciſcūt. Quibus cum alia ſint egregia inſtituta: tū vero illud adhibendi modulatorē: qui & in phœnice & in cypro: & alibi nomen pro differentia gētiū habet. Idē tamē cōgruit cū eo: quē græci decātant adpellātes linū: vt ego admirer cū alia multa: q̄ ſunt apud ægyptū: tū vero id vnde nomen lini adeeperunt: quē ſemp quodā mō decātare cognoſcūtur. Vocatur āt linus ægyptiace manerus quē ægyptii tradiderūt: cum filius vnicus extitiſſet primi ipſoꝝ regis: præmaturaq̄ morte deceſſiſſet. His lamētis ab ægyptiis fuiſſe decoratū: & cantilenā hāc eāq̄ ſolā ipſis inſtitutā. Cōgruunt p̄terea in hoc cū ſolis græcoꝝ lacedæmonibus ægyptii: q̄ minores maioribus natu obuii cedūt via ac deflectūt: aduenięntibuſq̄ e ſedili adſurgūt: q̄ in re cū nullis aliis greꝯ cōueniūt In uicē cōpellandi ſe mutuo in viis adorāt genu tenus demiſſa manu. Veſtibus amiciūt lineis circa crura fimbriatis: q̄s caſiliris adpellāt: ſup q̄s cādida ferūt amicula tāq̄ ſuperiecta. Laneæ veſtes neq̄ in ædes ſacras geſtātur: neq̄ vna cū cadauere ſepeliūtur. Prophanum. n. eſt quæ cōſentanea ſunt his quę orphica &

Hydræ.

Aegyptiorū purgamina.

Cylleſtis.

Mortis memoria.

Phœnix Cyprus Linus.

Manerus.

Senectus veneranda.

Caſilires. Veſtes laneę.

bacchica adpellantur ab ægypto & pythagora ortũ ducẽtibus. Nã his cerimoniis partiẽpatẽ laneis indutũ veſtibus hũari religioſum eſt. De qbus ſacra reddiť rõ. Alia inſup ſunt ab ægyptiis excogitata: qs menſis dieſue cuius deorũ ſit: & quos qs die genitus qualia ſortietur: & q̃ mortẽ obibit: & qualis exiſtet. Quibus rebus qui in poeſi verſati ſunt: vſi fuerũt: plura quinetiã ab eis ꝓdigia cõperta ſunt q̃ a cæteris omnibus hominibus. Nam cũ ꝓdigiũ extitit ſcribũt id obſeruãtes quomõ euenerit. & ſi qñ poſtmodũ huius ſimile extiterit exẽplo prioris putãt euẽturũ.

Prodigia

Diuinatio Herculis Apollinis Mineruæ Dianæ Martis Iouis & Latonę oracula Butis vrbs. Medicina

Diuinatio apud eos ita eſt cõſtituta: vt eius artificiũ nulli mortaliũ vẽdicetur: ſed certis diis. Siqdẽ herculis illic oraculũ eſt: & apollinis: & mineruæ: dianæq; ac martis: & iouis: ſed qđ ꝑcipuo honore colũt ex oĩbus oraculis latonę eſt in vrbe buti. Verũ hæc vaticinia nõ eodẽ mõ ſunt oĩa inſtituta: ſed differẽter. Iam vero medicina apud eos hũc in modũ eſt diſtributa: vt ſingulorũ morborum ſunt medici. nõ plurũ. Itaq; oĩa referta ſunt medicis. Alii. n. ſunt ocularii curãdis oculis cõſtituti. Alii capiti alii dẽtibus: alii alui partib⁹ alii morbis occultis. Luctus eorũdẽ ac ſepulturæ tales ſunt. Quibuſcũq; domeſticis aliqs deceſſit hõ alicui⁹ momẽti: Ibi oĩs mulieb͞ris ſexus familia caput

Pluriũ lugentiũ mos.

ſibi & vultũ oblinit luto. Deinde relicto domi cadauere ipſę ꝑ vrbẽ vagantes ſe plangũt ſuccintæ nudatis mãmillis & cũ eis ꝓximę quæq;. Altera ex parte viri & ipſi expectorati ſe verberãt. His actis ita demũ ad cõdiendũ portãt. Sũt ãt certi ad hoc ipſum cõſtituti: qui hoc artificiũ factitãt: qui cũ ad ipſos cadauer portatũ eſt. oſtẽdunt his: qui portauerũt exẽplaria mortuorũ lignea pingẽdo adſimulata: & eorũ vnũ adcuratiſſime fabrefactũ eſſe aiunt: cuius ego nomen ſi nũcupauero: haud faciam. ſancte. Alterũ illo inferius ac vilioris præcii. Tertiũ viliſſimi ea dicẽtes ſciſcitãť ab his ad qđ exẽplũ velint effingi mortuũ ſuũ. Iſti conuento de precio illic abeunt. At hi qui relinquuntur in ædibus hunc in modum diligentiſſime condiunt corpus ante omnia in curuo ferro cerebrum per nares educũt: vt quãq; partem educentes: ita locum eius medicamentis explentes. Dehĩc acutiſſimo lapide æthiopico circa ília conſcindunt: atq; illac omnẽ aluũ protrahunt: q̃ vbi repurgarũt: ac vino phœniceo expleuerũt: rurſus odoribus contuſis referciũt: tũ omenta cõplẽtes cõtuſa myrra pura: & caſſia: & cæteris excepto ture odorib⁹ iterũ conſuunt. Vbi hæc fecere ſaliũt intro abditum ſeptuaginta dies. Nã diutius ſalire nõ licet. Exactis ſeptuaginta diebus

Lignea mortuorum exẽplaria.

Triplex ſepeliẽdi modus

Humandi mos.

cadauer vbi abluerũt ſindone byſſina totum inciſis loris inuoluunt gummi illinentes: quo egyptii glutinis loco plerũq; vtuntur. Eo deinde recepto propinqui ligneã hominis effigiẽ faciunt. In qua mox inlerũt mortuũ: incluſumq; ita teſaurizãt. id eſt reponunt. Hic autẽ qui mediocria volunt nimiũ fugientes ſumptũ ita cõparant clyſterẽ vnguine, quod e cedro gignit cõplent. Deinde ex hac aluũ mortui ipſam neq; ſcindentes: neq; extrahentes: ſed per ſeceſſum p̃henſo vi ç poſteriotis hiatu infertiunt: & tot quot dixi diebus ſale cõdiunt: quoꝝ dierũ vltimo cedrinũ vnguẽ: quod prius ingeſſerant ex aluo egerũt: qđ tantã habet vim: vt vna ſecũ aluũ atq; inteſtina tabefacta educat. Nitrũ autẽ carnes tabefacit. Mortuiq; tantũ cutis & oſſa relinquũtur. Vbi iſta fecere ex quo ſic tradidere mortuũ nihil amplius negocii ſuſpiciũt. Tertia cõditura hæc eſt adorandis eoꝝ mortuũ: qui tenuiori ſunt dilutionibus vẽtrem abſtergũt: arefaciuntq; ſale ſeptuaginta p̃ dies. Deinde tradunt reportandum. Vxores tũ inſignium viroꝝ nõ ſtatim vita defunctas tradunt cõdiendas: ac ne eas quidẽ fœminas: q̃ cõſpicuæ valde & maioris momẽti fuerint. Sed triduo atq; quatridno defunctas ea de cauſa facientes ne cũ fœminis ſalinarii cõcũbant. Deprehenſum .n. quẽdã aiunt coeuntẽ cũ recenti cadauere muliebri delatũq; ab eiſdem artificii ſocio. Quiſquis aũt vel ipſoꝝ ægyptioꝝ: vel hoſpitũ cõpertus ſit mortuꝰ: ſiue a crocodilo raptꝰ ſiue ab ipſo flumine: neceſſariũ prorſus eſt ei ciuitati: ad q̃ eiectus eſt cõdere: & q̃ honeſtiſſimo funere ſepelire ſacris monumentis: quẽ ne cõtingere quidẽ fas eſt alteri aut proximoꝝ aut amicorum: niſi ipſis nili ſacerdotibus: vtpote maius quiddã q̃ hominẽ mortuũ tractantibus ad ſepeliendũ. Græcanicis inſtitutis vti recuſant: & vt ſemel dicã nullorꝝ hominũ aliorũ inſtitutis vti volunt. Et hoc quidẽ cæteri ægyptii obſeruant. Eſt tñ chemis oppidum grande thebaicæ plagæ prope nouã vrbẽ. Quo in oppido ẽ tẽplum Perſei Danaæ filii quadratũ ac palmeto circundatũ ingẽti ſane e ſaxis veſtibulo. Stantibus deſuper duabus grandibus e lapide ſtatuis. In hoc veſtibulari ambitu eſt ſacellũ: & in eo ſimulachrũ perſei. Quem chemitani memorant ſibi adparere frequẽter e terra exiſtentem: frequenter intra templũ: eiuſq; ſandaliũ quod geſtabat inuentũ bicubitali magnitudine: quod poſtq̃ ad parucrit exuberare oẽm ægyptũ. Hæc quidẽ illi aiunt. Faciunt autẽ perſeo græcanice gymnicos ludos per omne certandi genus propoſitis premiis: tũ pecorũ: tũ palliorũ: tũ pellium: per-

Secunda cõditura.

Nitrum.

Tertia conditura.

Vxorũ conditura.

Cadaueris coitus mortui reperti.

Chemis op.

Perſei tẽplũ.

Perſei ſandalium.

Perſei gymnici ludi.

Danaus.
Lynceus.
Perſeus.
Chemitani.
Gorgonis caput.
Gymnicum certamen.

Lotos.

Panes aſſi.
Loti radix.

Iuncus eſui aptus.

Piſces gregales in fluminibus.
Piſces in ſtagnis.

conctantiq; mihi cur eis ſolis conſueſcet adparere pſeus: & cur in edendo gymnico certamine ab ægyptiis diſcreparēt: aiebāt perſeum ex ipſoꝝ ciuitate eſſe oriundū. Danaum.n. & lynceū: qui eſſent chemitani nauigaſſe in græciā: a quibus originē gradatim ducendo deucnicbant ad perſeū. Hunc in ægyptū profectū: quē & greci dicūt gratia adferēdi ex aphryca caput gorgonis: veniſſe quoq; ad ipſos: ac cognatos oēs agnouiſſe: quos poſtq̄ didiciſſet & nomen chemis ex mare audiſſet in ægyptū veniſſe: & gymnicū certamen celebrari iuſſiſſe. Hæc omnia opinantur ægyptii: qui ſupra paludes incolūt. Qui vero in paludibus vtūtur eiſdē qbus ceteri ægyptii moribus cū in aliis: tū in habēdis ſingulis vxorib⁹ quēadmodū græci. Cæterū ad vict⁹ facilitatē alia ſunt eis excogitata. Si quidē cū fluuius plenus cāpos inundauit: in ipſa aqua exorit ingēs vis liliorū: q̄ loton egyptii vocāt. Ea vbi demeſſuerunt ad ſolē exiccant. Deīde qđ mediū loti eſt papaueri adſimile poſtq̄ coxerūt ex eo faciūt panes aſſos. Eſt autē huius loti radix quoq; eſculēta etiā ſuauita te præſtāti orbiculata mali magnitudine. Sunt & alia lilia roſis ſimilia & ipſa in flumine naſcētia: quoꝝ fructus i alio calice germinans e terra ſimillimus ſpecie ē fauo veſperū. In eo eſculēta q̄dam inſtar nuclei oliuę coagmentata innaſcunt: quę & tenera comedūtur & arefacta. iam vero iuncum annuū vbi e paludib⁹ excerpſerunt ſuperiorē eius partē amputant: quā in aliud qddā conuertunt: quod relictum eſt inferius longitudine cubitali id edunt pariter: ac venundāt. Eo ſi qui admodū ſuaui vti cupiūt in luculento furno torrefactū ita comedunt. Sūt p̄terea ex eis qui ſolū piſcibus victitant: quos vbi ceperunt exēteratos adſolem deſiccant: exiccatiſq; deinde veſcūtur. In fluminibus non fere gignūtur piſces gregales. Qui nutriūtur in ſtagnis hæc faciunt. Simulac inceſſit eis libido gignēdi gregatim in mare enatāt. Ducibus maſculis genituram ſpargētibus: q̄ fœminę conſectantes recuruando ſe ex ea cōcipiunt. Eædē vbi pregnantes in mari ſunt effecte remeant oēs rurſus ad ſibi cōſueta non amplius eorūdem ductu: ſed fœminarū. Ducunt.n. ille quēadmodū fecerant mares gregatim oua fundētes inſtar milii parua: q̄ mares adcūtes deuorant. Sunt autē ea tā q̄ milii grana piſces ex quoꝝ reliquiis nō deuoratis ſed nutritis: piſces fiunt. ex his piſcibus qui capiūtur dū in mare meant hi detrita dextra q̄ ea de cauſa patiūtur q̄ in mare dū tēdūt a ſiniſtra terrā legūt: rurſus eadē via reuertētes icurſant atq; offenſant cōtingēdo ter-

ram plerũq; ne itinere aberrẽt propter aq̃ decursum. Nilo incipiente augeri cere in primis depressa terrarũ & lacunæ fluuio ꝓximæ ipleri incipiunt. Cõfestimq; redũdatæ a flumine aqua hęc plura fiunt: & cõtinuo cuncta piscículis minutis opplentur. Vñ aũt secundo loco verisimile sit eos gigni hoc mihi videor causæ intelligere: q; superiore anno postq̃ nilus abscessit: pisces q̃ oua in ceno pepererant vna cũ postremis abeũt aquis: circũacto rursus anno vbi aqua restagnauit ꝓtinus ex his ouis gignũtur pisces. Quod ad pisces adtinet ita habet: Vtũtur ægyptii: q̃ palustria adcolunt vnguento ex fructu sillicypriorũ: quod adpellant ægyptii Kiki. Hunc in modũ cõficientes sillicypria hæc: q̃ apud græcos vltro nascũtur, ad oras fluminũ stagnorũq; serũt: multũ quidẽ fructũ ferentia sed grauiolentẽ. Hũc vbi collegerunt alii contusum ad ignẽ alii in sartagine coquũt: & quod ex eo pfluit excipiũt pingue quiddã: & nihilomin⁹ ad lucernas tã idoneum q̃ oleũ: sed grauiolentiã exhibens. Sũt autẽ aduersus magnã vim culicũ hæc ab eis excogitata. Cum. n. his qui supra paludes incolunt munimento sint turres: quas dormit ascẽdũt (Nã culices ventus ꝓhibet in altũ volare) Alia sunt machinati qui intra paludes habitãt. Singuli sua optinent rhetia: quibus per diẽ pisces capiant Eisdẽ noctu vtuntur cubili in quo regescunt. Circundatis illis deinde operti somniũ capiunt: qui si in vestimento inuoluti: aut in sindone dormirẽt: eos ꝓpsa indumenta culices morderent. Per rhetia vero ne tantulum quidẽ mordere conantur. Naues eorũ onerarię sunt factæ e spino cuius figura simillima est loto cyrenæ: & cuius lachrima gũmi est. Ex hac spino ligna cõcidunt: quæ magnitudine bicubitali tãq̃ lateritio opere cõponũt hunc in modũ cõpingentes. Ligna cubitali circũdensos: ac longos stipites adpendũt. Vbi hũc in modũ cõpegerũt: desuper frequentia transtra extendũt: cõmissuris nequaq̃ vtũtur: sed introrsum cõpages iũco innectũt. Gubernaculũ scitefatiũ: & hoc per nauẽ transit. Malo quoq; spinatio & velis iunceis vtũtur. Hæc nauigia cõtra flumẽ meare nõ possunt: nisi luculẽtus ingruat vẽtus. Verũ a terra ꝓtrahũtur. Secũdũ decursũ hoc pacto ferũtur. Est ianua ex mirica facta putaminibus arũdinaceis strata: & lapis politus deoꝝ fere talẽtorũ põdo. Huiusmodi ianuã fune adligatã in anteriori parte nauis sinitur deferri: Lapidẽ vero retrorsum alio fune. Ita ianua impetu aquæ insidẽte protinus meat & trahit barim: hoc enim his ꝓuincię est nomen. Lapis autem dũ retrorsum trahitur: fundo

Sillicypria. Kiki. Culices. Naues. Vela iuncea. Baris.

admotus dirigit nauim horũ nauigiorũ ingens apud illos eſt copia: quorũ quædã ferunt multa milia talentorũ pondo cum regionẽ ſupergreſſus eſt nilus ſole vrbes adparent eatenus extantes vt inſulis ægæi maris fere adſimiles eſſe videantur. Nã cætera ægypti pelagus efficiũtur: ipſæq; vrbes: quæ ſole extãt ſtationes nauiũ faciũt: nec iam cũ hoc cõtingit per alueum fluminis ſed per medium cãpi nauigatur ex naucrate quidẽ memphim verſus non iam iuxta pyramides ipſas ſed iuxta acumen deltæ. A mari autẽ & canabo naucratem verſus per campũ: ad anthyllã vrbẽ venies: & ad vrbẽ quæ vocatur Archandri. Hanc vrbiũ anthyllã: quæ eſt inſignis datur peculiaris in calceamẽta vxori ſemper eius qui in ægypto regnat. Quod factũ eſt ex quo ægyptus fuit ditionis perſarũ. Altera videtur mihi nomen habere ab archandro danai genero phthii achæi filio. Archandri .n. vrbs nominatur. Quod ſi alius quiſq; archãder eſſet: nequaq; ægyptiũ nomen foret. Hactenus quę vidi: quę noui: quę interrogaui dicta ſunt. Hinc pergã differere de ægypto quæ audiebã addẽs aliquid quod ipſe videri. Minẽ qui primus apud ægyptũ regnauit aiebãt ſacerdotes iunxiſſe põtibus nilũ ad mẽphi. Nam eũ aphricã verſus totũ p̃terlabi montẽ pſimminũ: & ſupra memphim centũ circiter ſtadia meridiẽ verſus adgeſta humo ad amphractũ fluminis arefeciſſe priſtinũ alueũ: ita flumen facto ſibi alueo per mediũ mõtium fluere. Adeo nũc quoq; ſub perſis iſte anfractus nili tãq; coercitus fluat magnis p̃ſidiis cuſtoditur quotannis obſceptus aggeribus. Quos ſi refrigẽs flumen velit ea parte redũdare omnis memphis adibit periculum: ne aquis operiatur. Ab hoc mine qui primus extitit rex id vnde fuit amnis effectũ terreſtre: ibiq; ab eodẽ vrbẽ hanc conditam: quę nũc memphis adpellatur. eſt. n. mẽphis in anguſtiis ægypti ſita. & exteri⁹ aquilonẽ verſus & veſperũ ex flumine effoſſum eſſe ſtagnũ. Nã ab aurora ipſe nilus arcet: & ab eodẽ in ea vrbe extructũ hoc templũ vulcani tum magnũ: tũ memoratu digniſſimũ. Poſt hunc recenſebant libro ſacerdotes nominatim alios trecentos ac triginta reges. In quibus tot ętatibus hominũ decem & octo fuiſſent ęthyopes: & vna mulier alienigena. Cęteri viri indigenæ. Mulieri q regnauit fuiſſe nomen idem qđ reginę babylonicę Nitocrim: q̃ dicebãt vltã fuiſſe fratrẽ: ab ægyptiis apud quos regnabat interemptũ: & ſi vbi hunc interemerãt regnũ ad hãc detuliſſent. Vltã aũt fratrẽ dolo multis ægyptiorũ abſumptis. Nã extruxiſſe cã permagnũ ædificium ſubterraneũ

Naucrates.

Anthylla vrbs.

Archandri vrbs.

Menã diodorus in 2. lib. nõ omnium primũ apud ęgyptios tegnaſſe dicit: ſed poſt deos

Mines rex.

Pſimminus mons.

Memphis.

Vulcani templũ.

Nitocris regina.

per cauſam quidē noui operis: animo autē aliud agitantem & conuocatis ad cōuiuiū multis: quos precipue nouerat fraternæ cædis auctores fuiſſe per oraculū quēdā ſpecum immiſiſſe flumen diſcūbentibus. Hæc demū de illa referebant præterq; q̄ vbi hoc feciſſet conſperſiſſe eā multo cinere ædificiū: quo impunita eſſet. Aliorū autē regum nullū referebāt clarū opus editum niſi vnius: qui poſtremus horū extitit mœris. hūc.n. ædificaſſe memoratu digna vulcani veſtibula ad ventū aquilonem vergentia: & ſtagnū effodiſſe cuius quot ſint in ambitu ſtadia poſterius aperiā: & pyramides in ea extruxiſſe: de quarū magnitudine ſimul cū ipſius lacu mentionē faciam. Hunc itaq; tantū operū edidiſſe alios autē nihil prorſus. Quos ego p̄tergreſſus eius qui his ſucceſſit nomine Seſoſtris mētionē habebo. Iſtum dicebant ſacerdotes primū longis nauibus ex arabico ſinu p̄fectū rubri maris adcolas in ſuā poteſtatē redegiſſe: pgreſſumq; lōgius veniſſe in mare iā vadoſum & proinde nō nauigabile. illinc vbi retro ſe ad ægyptū recepiſſe ſecūdum ſacerdotū cōmemorationē coacto ingenti exercitu per continentē prexiſſe: oēſq; gentes vt in quāq; incidebat ſubegiſſe. Et quaſcunq; earū nanciſcebatur feroces & vehemēter ſtudioſas libertatis in earū regionibus cippos ſtatuebat inſcriptos literis ſui nominis: & patriæ & q̄ referrēt ipſum illos vi ſubegiſſe. Quarū vero vrbes nullo prælio nulloq; negocio cepiſſet: his cippos inſcripſit: tū eiſdē literas: quas ſcripſerat ei gentibus quę viriles extiterant: tū muliebria genitalis planū facere volens illos haud quaq̄ viriles extitiſſe. Hæc faciendo peregit continentē donec ex aſia in europā tranſgreſſus ſcythas ſubegit & thraces: ad quos vſq; & non vlterius mihi videtur ægyptius exercitus pueniſſe quoniam in iſtorū terra tituli non vltra poſiti demonſtrātur. Hinc digreſſus retro abiit & poſteaq; ad phaſim ſubſedit: quid deinceps nō habeo quod dicā: an ipſe rex Seſoſtris diuiſo ſuo exercitu aliquantulū copiarū reliquerit ad eam regionē incolendā: an aliqui militū perteſi peregrinatiōis circa fluuiū phaſim ſubſtiterint. Nam colchi videtur ægyptii eſſe: quod ipſe prius notum q̄ ex aliis auditū refero. cuius rei cū mihi cupidō inceſſiſſet vt vtroſq; perconctarer: magis colchi reminiſcebantur ægyptiorum q̄ ægyptii colchorū. Dicebāt tamen ægyptii ſe opinari colchos e ſeſoſtris eſſe exercitu. Ipſe ex hoc coniecturā capiebam q̄ atro colore ſunt & criſpo capillo tam & ſi hoc p̄ nihilo putari poſſet: cum & alii ſint huiuſcemodi: ſed quod iſti p̄cipue:

Meris rex.

Vulcani veſtibula.

Seſoſtres rex Hūc ſeſoſim diodorus ſiculus in ſcdo adpellat non āt ſeſoſtrem.

Cippi ſeſoſtris nomine inſcripti.

Scythæ thraces.

Phaſis.

Colchi.

Circuncisio

Macrones.

Linū colchicum.

Sardonicū linum.

Aegyptiacū linum.

Sesostris epitaphiū & imago nō autem mēnonis.

Sesostres apd diodoꝝ sicu lū nō legitur: sed semp sesostris.

præter ea q̄ soli omniū hominū colchi & ęgyptii: & æthiopes ab initio statim pudenda circūcidūt. Nā & phœnices & syrii: q̄ sunt in palestina didicisse id ab ægyptiis & ipsi cōfitētur. Syrii vero qui fluuiū thermodōtē: & parthenīū adcolūt: & horꝝ confines macrones a colchis didicisse se aiunt. Hi.n. ex hoibus soli sunt: q̄ circūcidūtur: & in hoc faciēdo agnoscūtur ægyptii esse. Tñ ægyptii atq̄ ęthyopes nō queo dicere vtri ab vtris didicerint. Nā videt esse p̄ antiquū. Sed q̄ ex ægypto q̄ illic cōmerciū habuerūt didicerint: magnū mihi fit hoc testimoniū q̄ phœnices q̄ cū græcia cōsuetudinē hñt nō ąplius circa virtilia imitant ægyptios: sed eoꝝ q̄ postea p̄creant: virilia nō circūcidūt. agedū & aliud de colchis dicā eos eē similes ęgyptiorū. Hi soli atq̄ ęgyptii linū eadē rōe opant: ois vtrorūq̄ vita piter & lingua cōsētanea ē. Linū ãt colchicū a græcis sardonicū appellat: cū illud q̄d ab ęgypto venit adpellet ęgyptiacū. Titulorū quos sesostris rex ęgypti regiōatim erexit pleriq̄ iā icolūes nō extāt. Quos dā in syria palestina ipse vidi inscriptos: tū quos dixi lr̄is: tū mulieribus genitalibus. Circa ioniā quoq̄ due hui⁹ viri figurę visunt in petris incisę: vna q̄dē q̄ ex epheso i phoceā itur. Altera vero: q̄ e sardibus smirnā versus. in quarū vterq̄ insculptus est vir magnitudine q̄ nū palmorū dextra spiculū tenēs: sinistra arcus: cęterāq̄ itē armaturā. Etenim ægyptiacā & æthiopiā gestās: & ex altero ad alterū humerū eūtes sacræ lr̄æ ægyptiace sunt incisę in hęc verba. Hāc ego regionē meis optinui hūeris. Quis tñ aut cuias fuerit ab hac parte nō indicant: sed ab altera eā q̄dē cōspicati mēnonis imaginē esse cōiectant multū a veritate deficiētes. Sesostrim ægyptū sacerdotes hūc eē dicebāt redeuntē: multosq̄ mortales earū gētiū ac regionū: quas subegerat reportātē. Eūd posteaq̄ ad daphnas pelusias se receperat fuisse a fratre: quē ęgypto p̄fecerat vna cū liberis inuitatū: & cū ille domū exterius materia circūstipasset: struēq̄ incēdisset: re hūc intellecta ex tēplo cū vxore deliberasse (Nā & vxorē secū duxerat) & ea suadēte vt duos e sex liberis suis ardētē pyrā extēdēs pōtē faceret sup quos ipsi trāseūtes euaderēt: ita feciſſe: & duobus filiis ita incēsis cæteros vna cum patre fuisse seruatos. Sesostrē in ægyptū reuersum vltionē de fratre sumpsisse: q̄ vero multitudinē e terris in potestatē redactis abduxerat: ea vsum in hæc fuisse. Siquidē isti fuerūt: q̄ sub hoc rege immēsę magnitudinis lapides in tēplū. Vulcani portatos p traxerunt: quiq̄ ad diuortia aquarū: quæ nunc in ægypto sunt

cũcta effodiẽda ſunt adacti: quia inuiti faciebãt vt ægyptũ pri⁹ equis & paluſtris agẽdis vbiq; idoneã redderent nõ idoneam. Nã ab eo tẽpore ęgyptus q̃ omnis plana eſt: tñ inequitabilis & paluſtris inhabilis extitit pp multiplices foſſas & vniuerſa loca occupãtes: quas iõ rex fodiendas putauit: vt ciuitates q̃ non adcolerẽt flumen: ſed in medio ęgypti eſſent refluo flumine nõ laborarẽt penuria aquæ ad potãdũ: ſed ea ſuppediteret e puteis. Hac de cauſa ægyptus intercĩſa eſt: & ab hoc rege vt dicebãt in oẽs ægyptios diſpartita ſoli quadrati æqua portiõe viritim p ſortẽ data atq; hĩc ꝓuẽtus inſtituti impoſita certa pẽſione: q̃ illi quotannis ſoluerẽt. Qđ ſi cuius portionẽ adluuione flumen decurraſſet is adiens regem rei q̃ cõtigerat certiorem faciebat. Rexq; ad p̃diũ inſpiciẽdũ mittebat qui metirẽtur q̃to deterius factũ eſſet: vt ex reſiduo ꝓportione taxatũ vectigal pẽderetur: atq; hinc geometria orta videtur in græciã trãſcendiſſe. Nam poſũ & gnomonẽ .i. normã & duodecim diei partes a babyloniis græci didicerũt. Solus hic ægyptius rex imperio potitus eſt: æthyopiæ monumẽtũ quoq; ſui reliquit ante æ dẽ Vulcani lapideas ſtatuas duas quidẽ tricenũ: vnã ſuã alterã vxoris: quattuor ãt vicenũ cubitoꝝ: totidẽ filioꝝ. Huius ſtatuæ longo poſt tpe cũ darii perſæ ſtatua anteponeret: nõ tulit id ſacerdos vulcani negãs dariũ tales res geſſiſſe: q̃les geſſiſſet Seſoſtres ęgyptius: qppe q cũ alias natiões nõ pauciores q̃ darius: tũ vero ſcythas ſubegiſſet: eoq; iniquũ eẽ huius añ illius ſiſti donaria: q rebus geſtis nõ eẽt illũ ſupgreſſus. Hæc locuto ſacerdote tñ igne eius filiũ: & hñc nullã ſumpſiſſe expeditionẽ: ſed ei cõtigiſſe vt luminibus caperetur. Idq; hac de cã cũ flumẽ eo tẽpore copioſiſſimũ maneret: ita vt ſupra decẽ & octo cubitos rura trãſeẽde ret vẽto ingruẽte: q fluctus cieret. ferũt hũc regẽ facinus admiſiſſe q; ſumptũ ſpiculũ in medios fluminis vortices cõtorſerit ſtatimq; laboraſſe ex oculis: ac viſum amiſiſſe: decẽnioq; cæcũ fuiſſe. Vndecimo aũt anno ex vrbe buci ei oraculum aduenĩſſe iam exactum eſſe tẽpus calamitatis viſumq; ei rediturũ ſi oculos abluiſſet lotio mulieris: q̃ ad ſuũ ſolius virũ adceſſiſſet alioꝝ virorꝝ expers: & ante oĩa vrinã vxoris expertus cũ nihil amplius cerneret: cæterarũ deinceps vrinã expertũ tãdẽ vidiſſe. Ibiq; oẽs mulieres: quas fuiſſet expertus ꝓter eã: cuius lotio lotus viſum recepiſſet: vnã in vrbem coegiſſe: quæ erythrabolus: id eſt rubra gleba dicitur & eas illic coactas cũ ipſa vrbe omnes

Diodorus ſiculus in .2. herodotũ multa hic ꝓterveri opinionem voluptatis gra fingere cæteroſq; ægyptios tradit.

Geometriæ ortus.

Lapideę vulcani ſtatuæ.

Darii ſtatua.

Seſoſtres.

Pheron rex cecus.

Diodor⁹ nõ pheronẽ hũc ęcũ ſed Seſoſẽ pris nominis adpellat q pater ſeſoſtres tñ vel Strabonis lectione in .16. legẽdus ẽ & Plinii in .36. lib. cap.11.

Bucus vrbs.

Nõ ſic diod. in .2. li. hiſtoſcribit.

Lotium mulieris.

Erythrabolus vrbs.

cõcremaſſe: & eã cuius lotio lotus viſum recepiſſet vxorẽ duxiſſe. Atq; ea ciade liberatũ cum alia in aliis tẽplis donaria poſuiſſe omnia memoratu digna: tũ maxime memorabilia: ac ſpectaculo digna in tẽplo ſolis gemina ſaxa. quos obelos vocant a figura veru cẽtenũ cubitorũ lõgitudinis: octonũ latitudinis. Huic in regno ſucceſiſſe aiebant virũ mẽphitem: cui nomẽ eſſet lingua græca proteus: Cuius nunc mẽphi viſitur fanũ decorũ ſane: ac valde adornatũ ad auſtralẽ partẽ templi vulcani poſitũ cirçũquaq; phœnicibus tyriis habitãtibus: qui locus omnis caſtra tyriorũ adpellatur. In hoc fano protei eſt ædes: quæ vocatur Veneris hoſpitę. q̃ coniicio eſſe helienes tyndari filiæ quia & apud proteum fuiſſe diuerſatã audiui: & cognomine veneris hoſpitę adpellatam. Nã quæcunq; ſunt alterius veneris tẽpla neutiq̃ hoſpitæ adpellantur. Et ſane perconctanti mihi ſacerdotes de helena referebant ita rem eſſe geſtã. Alexandrũ rapta e ſparta helena cũ renauigaret domũ in mari ægeo ventis curſu excuſſum in ægyptiacũ pelagus: atq; illinc non remittentibus flatibus adpulſum in ægyptũ ad oſtiũ nili quod vocatur canobicũ atq; ad taricheas. Erat in eo littore quod nunc quoq; eſt. Herculis tẽplum: ad quod ſiquis cuiuſcunq; hominis ſerus confugiens capiat ſacras notas ſeſe deo tradens eũ nefas eſt tã gere: quæ ſanctio ad meã vſq; ætatẽ prorſus immutata perſeuerauit. Eã tẽpli legẽ mancipia alexandri cũ audiſſẽt: ab eo profugerunt. Adidenteſq; deo ſupplices alexandrũ inſimulabãt eũ deſtructũ volentes: remq; omnẽ exponebant: vt circa helenam geſta erat & illata Menelao iniuria. Inſimulabant autem de his apud ſacerdotes & apud huius oſtii nili prefectum nomine thonim. His auditis thonis q̃ raptiſſime mẽphim ad proteum mittit hæc nunciatum his verbis. peregrinus quidã genere teucer: qui rẽ nefariam in græcia perpetrauit: quippe ſeducta hoſpitis vxore: q̃ ſecũ ducens cum multis admodum opibus in tuã terram ventis adpulſus eſt. Vtrum ne ſinamus eum abire impunẽ: an ea quæ adtulit ſecum eripiemus. Ad hæc remiſit proteus q̃ diceret virum iſtum vndecũq; is ſit qui rem nefariã in hoſpitẽ ſuum perpetrauit cõprehenſum ad me deducite: vt quidnã dicturus eſt ſciam. Hoc vbi adcepit thonis alexandrũ compræhẽdit nauiq; eius diſtinet: dehinc illum helenãq; cum opibus: atq; etiam ſeruos memphim ducit. Quibus omnibus repreſentatis Proteus perconctatus eſt Alexandrũ quiſnam eſſet & nũ cũ nauibus profectus: Alexander illi & genus ſuũ cõmemorauit &

Obeli quorũ meminit pli i .36. li. cap. II.

Proteus.

Multos regeſ huic ſucceſiſſe añ proteũ dicit diodorus in .2. li.

Venus hoſpita.

Helene raptꝰ Paris.

Herculis aſylum.

Thonis.

Paris alexander ad ꝓteũ ductus.

patriæ nomen & vnde nauigaſſet: & quo. Sed interrogante p-teo vnde helenã adcepiſſet titubantẽ in loquendo ac tergiuerſantem coarguebant hi qui fuerant ſupplices exponentes oia quæ in ſcelere admittendo geſta eſſent. Tandem proteus apud eos hanc ſententiã tulit inquiens. Ego niſi magni intereſſe arbitrarer de peregrino aliquo ſupplicũ capitis ſumere ad terrã meam ventis adpulſo: ſupplicũ pro græco illo de te ſumerem omniũ hoſpitum deterrime: ſceleſtiſſimum facinus admiſiſti a tuo ipſius hoſpite ereptavxore: neq; his contentus cũ ea abiſti. Ac ne his quidẽ ſatis habens cõpilata hoſpitis domo veniſti. Itaq; quoniam magni momenti eſſe duco necare hoſpitem: mulierem hanc atq; opes tibi vt abdicas non ſinam: ſed ego hæc græco hoſpiti reſeruabo: dum ille ipſe conſtituerit venire ad iſta reportanda. Tibi vero ipſi: tuiſq; cõuectoribus vt e mea terra in aliã triduo tranſfretetis præcipio: alioqui vos pro hoſtib⁹ perſecuturus. Hunc helenæ ad protea aduentũ fuiſſe ſacerdotes referebãt. Quã famã videtur mihi & homerus adcepiſſe: ſed quia nõ perinde decora res erat in carmine: alio loquendi modo eſt vſus: in quẽ tranſtulit declarans ſe hunc famæ ſermonẽ notũ habuiſſe. Id manifeſtũ eſt q; in iliade facit mentionẽ eiuſdem erroris Alexandri: nec vſq; alibi retractat alexandrũ ferentem helenã fuiſſe abductũ: & alibi errabundũ ſidonem phœniciæ adplicuiſſe. Meminit enim huius rei in laudãda virtute diomedis: ita verſibus inquiens.

Picturata inerãt ibi pallia opus mulierum.
Sidonidum: quas ipſe Paris formoſus ab vrbe
Sidonia duxit ſulcans freta lata carinis:
Cũ retulit magnis helenã natalibus ortam.

Meminit quoq; in odyſſea his verſibus.

Hoc habuit ioue nata probũ: præſenſq; venenum.
Quod polydana ſibi thonis donauerat vxor:
Aegypto quæ terra ferax fert plurima mixtim:
Multa quidem proba: multa autem damnoſa venena:

Hæc quoq; alia ad Thelemachũ Menelaus inquit.

Hunc etiã ægypto dii me tenuere reuerti
Conantẽ: quibus haud tuleram ſolemnia ſacra.

In his carminibus homerus declarat ſe noſſe errorem alexãdri in ægyptum. Eſt enim ſyria ægypto cõterminata & phœnices (quorũ Sydon eſt) in ſyria incolunt. itaq; cũ hi verſus: tũ vero locus nõ minimum imo maxime probant cyprios verſus non.

Proteus pari dẽ arguit.

Philoſtratus in quarto vitę apollonii tyanei philoſophi pithagorici li. (qđ varii ſcriptores negãt) rem Ita fuiſſe geſta tradit.

Homerus. In iliade carminis decorum obſeruãs ſub obſcure hãc tetigit famã.

Syria.

Sydon.

Helena in troiã iuit.

homeri ſed cuiuſpiã alteri⁹ eſſe. In qbus dicit alexãder ex ſparta helenã ducẽs triduo iliũ pueniſſe ſecũdo vẽto vt⁹ ac trãquillo mari cũ id in iliade dicat illũ cũ helenã duceret erraſſe. Sed homer⁹ vt cypriũ carmẽ valeto. Cæterũ nũqd græci vana q̃ circa iliũ geſta memorarẽt necne ponctãti mihi ſacerdotes ita reſpõ

Troia a grẽcis obſeſſa.

debãt ſe nouiſſe ab ipſo Menelao rapta helena magnas græcorũ copias auxilio veniſſe Meneleao in regionẽ teucriã q̃ i terrã egreſſæ locoq̃ cõmunito miſerunt iliũ legatos cũq̃ eis & ipm Menelaũ iſſe. Hos poſtq̃ ingreſſi ſunt mœnia tum helenã opeſq̃ quas alexander furto abſportaſſet repoſciſſe: tũ iniuriæ ſatisfactionẽ. Teucros autẽ tũc eadẽ narraſſe. Deinde & iuratos negaſſe habere ſe helenã: atq̃ opes: de qnibus arguerentur. ſed ea i ægypto eſſe oĩa neq̃ ſe iure reatũ ſuſtinere earum rerũ: quas pro

Menelaus ad proteum.

teus ægyptius rex teneret Græcos cũ ſe ab illis derideri arbitrarentur: ita obſediſſe iliũ: donec expugnauerunt Vrbe capta cũ helena non exiſteret: & eandem orationẽ: quã prius audierant græci ita demũ habita prioribus verbis fide ipſum Menelaũ ad Proteũ mittunt. hic vbi ad ægyptũ peruenit: & ad mẽphim nauigauit expoſita rei geſtæ veritate honorificentiſſimo hoſpitio exceptus: helenãq̃ malo⁹ immunẽ recepit: & inſuper omnes pecunias ſuas: Et cũ hæc adſecutus eſſet Menelaus tã iniurius in ægyptios extitit. Nã cũ proficiſci conaret: nec p vẽtos poſſet. idq̃ iãdiu: rẽ indignã excogitauit. Sũptis. n. duobus pueris quorũdã idigenarũ filiis: exectiſq̃/hauruſpicinã fecit: Qđ

Menelai ex ægypto fuga.

vbi eũ feciſſe reſcitũ eſt inuiſus & exagitatus fuga in inſulas aphricæ obiacẽtes. Eo poſteaquã ſe cõtulit nihil ãmplius qđ referrẽt ægyptii habebãt. Atq̃ horũ alia q̃ ex hiſtoriis noſſe dicebãt: alia apud ipſos geſta vel magis habere cõperta. Hæc aiebãt

Herodoti de helena grẽcis reddẽda Iſocrates videt cõiecturę refragari in oratiõe de helenę laudibus. Poetæ verſificatores.

ægyptiorũ ſacerdotes. Ego vero ad ea q̃ de helena cõmemorata ſunt & ipe adiicio hoc cõiecturæ ſi itra iliũ fuiſſet helena vti q̃ fuiſſet grẽcis tradita ſiue volẽte alexãdro: ſiue inuito. Neq̃. n. ita deſipiebat priam⁹: aut alii ei⁹ ,ppĩq: vt ſuis ac liberoꝝ corpib⁹: atq̃ ẽt vrbe piclitari vellẽt quo alexãder helenæ cõtubernio

Hector.

tiret. Qđ ſi inter initia ita ſenſiſſẽt: nõ tñ id feciſſẽt poſteaquã cũ multi alioꝝ troianoꝝ: tũ vero priami filioꝝ duo: treſue aut plures pierãt cũ grẽcis p̃liãtes. Si qđ referẽtib⁹ credi verſificatorib⁹ debet. Quę cũ cõtigerẽt ego crediderĩ priamũ vel ſi ipe in cõtubernio habuiſſet achæis redditurũ fuiſſe cupiditate p̃ſẽtia mala deuitãdi. Neq̃ vero regnũ ad alexandrũ erat puẽturũ: vt iã ſub eo res eſſẽt ſeniore priamo: cũ hector & natu maior: &

virtute præſtãtior q̃ ille regnũ eſſet defũcto priamo ſuſceptur⁹: quẽ haud q̃quã fratri iniuſte egẽti indulgere: cũ pręſertim tãta mala ꝓpter eũ: tũ priuatim ipſi: tũ cæteris troianis oĩbus euenirẽt. Sed qa nec poterãt reddere helenã: nec verũ dicẽtib⁹ eis græci fidẽ habebãt: demonio (vt quod ſentio dicam) diſponente. vt funditus euerſi planum facerẽt hominibus magnarũ iniuriarum magnas a diis eſſe vltiones. Et hæc quidem vt mihi videntur dicta ſunt. Paris. Magna deorũ vindicta.

PRotei autẽ regnũ dicebãt ſuſcepiſſe Rhapſinitũ: q memoriã ſui reliquit veſtibula ab occaſu ſpectantia templũ Vulcani: & e regione veſtibulorũ ſtatuit duo ſimulachra quinũ & vicenũ cubitorũ longitudinis: quorũ qđ aquilonẽ ſpectat id æſtatẽ: quod auſtrũ id hyemẽ ægyptii vocãt præpoſtere facientes. Huic regi ingẽtẽ etiã pecuniarũ vim fuiſſe: quam nemo regũ qui deinceps ſcripti ſunt ſuperare potuerit: ac ne ꝓxime quidẽ adcedere. & cũ in tuto eam pecuniã collocare vellet: ædificiũ extruxiſſe lapideũ: cuius parietũ vnus in exteriorẽ ædiũ partem pertingebat: ſed ſtructorem inſidiantem hoc fuiſſe machinatum. Is vnum e lapidibus ita ſtruixt: vt e pariete facile tolli a duobus viris: atque adeo ab vno poſſet: Aedificio abſoluto regem in eo pecuniam repoſuiſſe. interiecto tempore ſtructorem illum cum eſſet vita exceſſurus vocaſſe ad ſe filios. Nam duos huic fuiſſe: eiſque narraſſe ſe illi proſpicientẽ vt adfluenter vitam degerent aſtute edificaſſe regis erarium: Deniq; omnia illis expoſuiſſe plane: mẽſuraſq; ad lapidem amouendum docuiſſe: ac tradidiſſe: quę filii obſeruãtes regii ærarii quæſtores forent. Patre vita functo haud in longũ filios rem diſtuliſſe. Noctu enim ad regiã adcedentes lapidẽ ædificii inuentum nullo negocio amouiſſe: multũq; pecuniæ expilaſſe. Cũ ãt rex forte fuiſſet ædificiũ ingreſſus videretque vaſa nũmorum imminuta obſtupuiſſe: nec habuiſſe quem inſimularet: cũ & ſigna ſalua: & ædificiũ obſeratũ eſſet. Vbi iterũ ac tertio aperienti minor aſſidue pecunia adparebat: hoc feciſſe ne fures cũ furto abirent Laqueos faciendos curaſſe: & eos circa vaſa: in qb⁹ pecuniæ inerant collocaſſe. Fures quẽadmodũ ſupiori tpe cũ vẽiſſẽt: & alter eor⁹ penetrãs ad vas recta prexiſſet: eũ fuiſſe laqueo retẽtũ: & vbi agnouit quo ĩmalo eẽt, ꝓtin⁹ fratrẽ vocaſſe & p̃ſentis cõditionis ſuę certiorẽ feciſſe: iuſſiſſeq; vt q̃ celerrime itrogreſſus ſibi caput abſcideret. Rhãpſinitus rex. Acſtatis & Hyemis ſimulacra. Rhãpſinitus pecuniarũ ditiſſimus. Structoris regii ærarii. Calliditas. Rhãpſiniti ærarium. Fures ęrarii regii.

ne ipſe conſpectus agnituſq; quis eſſet: etiam illū vita perderet:
Furis laqueo retēti cōſiliū qui cum viſus eſſet probe dicere fratrem ei obſequentem ita fe
ciſſe. & adaptato lapide domum abiſſe fratris caput aſportan-
tem. Vbi dies illuxit ingreſſum in edificiū regem expauiſſe cer
nentem corpus furis in laqueo ſine capite: & ędificiū incorup-
tum: nullūq; neq; ingreſſum: neq; egreſſum habēs. Ita abiſſe: at
Furis cada- uer ſuſpenſū. q; ita faciendū ſtatuiſſe vt furis cadauer e muro ſupenderet: cu-
ſtodeſq; illic adpoſuiſſe iuſſos vt ſi quē plorantem aut miſeran-
tem animaduertiſſent: eū ad ſe perducerent. Suſpenſo cadaue-
re matrē indigne tuliſſe: adlocutāq; filium qui ſupererat impe-
traſſe vt quacunq; ratione machinari poſſet corpus fratris reſol
ueret: aſportaretq;. Id ſi negligeret minatam ſe regem eſſe adi-
turam ad eū indicandum quod pecunias regias haberet. Aduer
ſus hanc cū filius multa verba faceret: nec perſuaderet quod il-
Furis germa- ni calliditas. la rem grauiter adcipiebat eū talem rem fuiſſe commentum. in-
ſtratis aſinis vtres vino cōpletos impoſuiſſe: & poſtquam agē-
do aſinos iuxta cuſtodes fuit ante ſuſpenſum cadauer reuulſis
ligaculis duos treſue pedes reſoluiſſe: & cū vinū proflueret: tū
caput cædentem vehæmenter vociferatum tanquā neſcientem
ad vtrū prius aſinorū ſe cōuerteret. Cuſtodes cum multū vini
pfluere viderent concurriſſe cū vaſis inviam: & id quod pro-
flueret lucrifacientes cōportare. iſto ſimulata iracūdia omnib⁹
maledicente: aliquantoq; poſt illis conſolantibus hunc finxiſſe
ſe mitigatum: & ab iraſcendo deſiſſe. Tandē ſe duxiſſe e via aſi-
nos: atq; inſtruſiſſe: & cum plura verba inter eos fierent: & qui-
dam faceto dicto hominem laceſſeret: vt riſum eliceret: donaſ-
ſe illis vinum ex vtribus. Atq; eos illic vt erant diſcūbentes po
tare conſtituiſſe præhenſantes hoiem ac iubentes vt ſecū ad cō
potandū maneret: Atq; iſtum obſecutum remanſiſſe: & cū in-
ter potandū comiter adciperetur: donaſſe inſuper alterum vtrē
m. ita ſe vino ingurgitantes cuſtodes admodū temulentos eē
factos: ſōnoq; oppreſſos: ibidē vbi potauerāt obdormiſſe iſtū
vbi multū noctis erat: tūc corpus fratris diſſoluiſſe: & cuſtodū
Dextrę malæ temulentorū cuſtodū eraſę malas dextras in contumeliam deraſiſſe: & aſinos impoſito
cadauere domum verſus agitaſſe: executūq; imperia matris: Re
Regis filia proſtituta. gem vbi ei renunciatū eſt furem cadauer ſurripuiſſe acerbe tuliſ
ſe. & cū vellet quo quomō inuenire quiſnā eſſet iſta machinat⁹
hoc feciſſe quod apud me caret fide. Filiam ſua domi proſtitiſ-
ſe iuſſam omnes indifferenter excipere: ſed priuſquā coirēt adi
gere ad ſibi dicendū quidnam invita eſſet actū a ſe ſolertiſſimū

ac ſceleſtiſſimũ:& qui narraret quę circa furem acta eſſent eum cõpræhenderet:neq; exire permitteret.Cũ itaq; filia patris imperia faceret:furem quod audiũet quamobrẽ illa fierent cupiẽtem euadere verſutiam regis hoc egiſſe recẽtis mortui amputatam ex humero manũ ſub pallio ferentẽ iſſe: atq; ingreſſum ad filiam regis cũ interrogatus eſſet eadẽq; cæteri enarraſſe ſceleſtiſſimam perpetraſſe: q; fratris in ærario regis laqueo capti caput amputaſſet. Solertiſſimam aũt q; cadauer fratris ſuſpẽſum reſoluiſſet cuſtodib⁹ prius ebriis factis.illã cũ hæc audiſſet manum in hunc iniecíſſe:eiq; furem in tenebris manũ mortui porrexiſſe:quam mulier cũ adprehendiſſet manũ ſe huius iſtius tenere rata:iſtũ per fores ſe proripuiſſe muliere deluſa.Poſtquam & hæc renunciata ſunt regi ſtuporẽ incuſſiſſe:tũ aſtutiam: tũ audaciam hominis.Ad extremũ dimiſſis per omnes vrbes nũciis regẽ edixiſſe nõ mõ veniã:ſed etiã magna munera manere furem ſi in conſpectũ ipſius veniret: ita furẽ fide habita ad eũ veniſſe:eiq; ab rhampſinitum magna viri admiratione ductũ filiã ſuam collocaſſe tanq; ex omnibus mortalibus plurima ſcienti. Nã ægyptios quidem cæteris hũc autem egyptiis antecellere. Poſt hæc aiebant regẽ hunc deſcendiſſe viuũ ſubter eã: eo vbi græci opinantur ſedes infernas eſſe:& ibi cũ cerere alea luſiſſe: & aliquando victorẽ:aliquando victũ fuiſſe:& iurſum iterũ fuiſſe reuerſum:munus ab ea obtinente mãtile aureũ:quod tẽpus a rhampſiniti deſcenſu ad reditũ dicebãt feriatũ eſſe apud ægyptios:idq; ego ad meã memoriã ſcio obſeruatũ.veq; an ob id ſic feriati ſint ægyptii afferere nõ poſſum:ſed ſacerdotes: pallium quoddã quod intra vnũ diem detexuerunt vni ex ſuis induere & oculos mitra obducere: quẽ geſtantem palliũ vbi in viã deduxerunt:quæ fert cereris templũ ipſos redire illo relicto. Hũc autem ſacerdotẽ oculos velatos habentẽ aiunt a geminis lupis agi ad cereris tẽplum:quod ab vrbe viginti ſtadia abeſt: & rurſus a tẽplo in eundẽ locũ a lupis reduci. Quæ ab ægyptiis referũtur:cuicũq; credibilia videntur is eis vtatur.Mihi autem in omni ſermone cõſtitutum eſt ea ſcribere quæ auditu cognoui.inferoq; principatũ tenere cererem & liberũ ægyptii aiunt. Hi deniq; primi extiterunt q dicerẽt animã hominis eſſe imortalem: quæ de mortuo corpore ſubinde in aliud atq; aliud corpus:vt quoq; gineretur immigraret:atq; vbi per omnia ſe circũtuliſſet.Terreſtria marina: volucria rurſus in aliquod genitum hominis corpus introire atq; hunc ab ea circuitum fieri intra

Mira hominis & audacia & aſtutia.

Aegyptii cæteris ãcellunt.

Sacerdos palliũ geſtãs velatis oculis ad cereris tẽplum a lupis ducitur.

Magna ſcriptoris fidelitas Cereris ifernapoteſtas.

Liberi patris infernapoteſtas.

annoꝝ tria milia. Hanc rationẽ ſunt e græcis qui vſurpauerint tãquã ſuã ipſorum. Alii prius: alii poſterius. Quoꝝ ego nomina ſciens nõ duco feribenda. Ad rhampſinitũ vſq; regem aiebant in ægypto viguiſſe ſane ius omne. Poſt hunc autẽ qui in regno ſucceſſit Cleopem in omne flagicium fuiſſe prolapſum. Omnibus nãq; eum templis obſeratis ante omnia ægyptiis ne ſacrificarent interdixiſſe. Deinde iuſſiſſe vt in ſuis ipſius operibus exercerentur. Alii vt ex lapidicinis arabici mõtis ſaxa exciperent: & illinc ad nilum vſq; protraherent. Aliis vt tranſmiſſo

Animarum circuitus.

Cleopes rex

Aphricus mons.

flumine illa adciperent: & ad montem (qui dicit aphricus) traherent. Faciebant autem opus circiter decẽ myriades: ideſt cẽtum milia hominũ ternis ſemper mẽſibus ſingule. in ea via populus dũ trahẽdis ſaxis ad[illegible]itur: decẽne tẽpus triuit: quod nõ multo minoris operis mihi videtur q̃ pyramidẽ extruxiſſe: cuius lõgitudo eſt quinque ſtadioꝝ. Latitudo decẽ paſſuũ altitudo vbi maxima eſt octo paſſuũ. Lapide polito & animalib⁹ inſculpto. in hac decẽ annos fuiſſe cõſumptos: & in ſubterraneis ædibus in timulo: ſupra quẽ pyramides ſtant quas fecit ſibi pro ſepulchro in inſula intromiſſo per foſſam nilo. Verũ in pyramide hac annos viginti abſumptos: cuius ſingulę frontes. (Nam eſt formæ quadratæ) ſunt octogenũ iugerũ pari altitudine ſaxis dolatis: decẽtiſſimeq; coagmentatis: quorũ nullũ eſt minus triginta pedũ. Eſt aũt extructa hæc pyramis in ſpeciẽ graduũ quas quidã ſcalas: quidã arulas vocãt: poſteaq̃ eã principio talem fecerant: adtollebãt reliquos lapides breuibus machinis e ligno factis ex humo in primũ ordinẽ gradatim leuantes. Vbi ſuper hũc gradũ lapis erat: ſuper alterã machinã imponebatur: quæ in ipſo primo gradu ſtabat. Ab hoc deinde in alterũ ordinẽ trahebatur ſuper alterã machinã. Nã quot ordines graduũ totidẽ machinæ erãt: ſiue eãdẽ machinã: quæ vna & facilis ad ferendũ eſſet trãſferebãt ad ſingulos ordines. Quoties ſaxũ amoliebãtur dictũ ſit a nobis de vtroq; quemadmodũ refertur. Effecta ſunt igitur ita prima quæq; ex pyramide vt erat altiſſima. Deinde gradatim ſequentia: nouiſſime vero quæ ſolo ſunt iuncta ex infinita. in ipſa pyramide litteræ ægyptiacæ ſcriptæ indicãt q̃tũ ſit erogatũ in operarios pro apio: cæpis: & aliis: qđ interpres earũ litterarũ (vt probe reminiſcor) aiebat in ſumma mille & ſexcẽta talenta pecuniæ eſſe. Quod ſi ita ſe habet quãtũ in alia credibile eſt fuiſſe cõſumptũ vel in ferramenta: vel in cibos vel in veſtiarium operariorũ. Atq; per id quod dixi tem-

Myriades quid.

Pyramis ingens

Hic rex a Diodoro Chẽmis dicit nõ Cheopes.

Pyramides hæ regũ pecuniæ ocioſã ac ſtultã oſtẽtationẽ indicant.

Plinius li. 36. capite. 12. vbi multa de pyramidibus et eoꝝ ſtructoribus.

pus opera extruebant. Alio item tempore (vt ego opinor) lapi-
des excidebant atq; portabant & alio nō exiguo ſubterraneam
foſſam effecerūt. Propter quod eo flagitii deueniſſe Cheopem
vt pecunia defectus filiā ſuā in quodam ædificio proſtituerit
Imperās quātūcūq; faceret quæſtū. Nō enim quātū dicebatur.
Eāq; cū patris iuſſa feciſſe: tū vero priuatim de relinquenda ſui
memoria cogitaſſe. Itaq; ſingulos ad ſe intrantes oraſſe vt ſibi
ad opera ſingulos lapides donarent. Ex his lapidibus aiebant
extructā fuiſſe pyramidē: quæ ſtat in medio triū in conſpectu
pyramidis magnæ cuius vnū quodque latus ſeſquiiugerū eſt.
Quinquaginta annos regnaſſe hūc Cleopē ægyptii dicebant:
eoq; defuncto adcepiſſe regnū fratrē Chebrenē: & hūc eodem
inſtituto vſum cū in aliis: tūvero in faciēda pyramide: nō tamē
quę ad magnitudinē fraternæ adcederet. Eas nāq; & nos fui-
mus dimēſi. Nā ſubterranea nō ſubſunt ædificia: neq; p foſſam
deriuatus in eā nilus: quēadmodū in alterā influit: ſed extruc-
to anfractu introrſum inſulā circūluit in qua ſitū eſſe ipſū Che-
opē aiūt. Fulſiſſe tū ex æthiopico lapide verſicolore primū do
mū quadraginta pedibus depreſſiorē altera: ſed habentē idem
quod grande ædificiū magnitudinis. Stant autē ſuper eundē
tumulū ambæ centū fere pedū celſitudinis. Sex & quinquagin
ta annos regnaſſe Chebrenem aiebāt. ita centū & ſex anni ſup-
putātur: quibus & ægyptii in omni calamitate verſati ſunt: nec
tēpla aperta: ſed ſemper fuerint occluſa. Hos reges ægyptii pre
odio ne nominare quidē volunt: ſed eoꝝ pyramides vocāt pa-
ſtoris philitis qui ea tēpeſtate pecudes per hæc loca paſcebat.
Poſt hūc regnaſſe in ægypto dicebāt mycerinum Cheopis fi-
liū: eūq; paterna peroſum facta & templa reſeraſſe: & populo ad
vltimū calamitatis adflicto feciſſe poteſtatem res agendi & ſa-
crificandi: quietiā ſuper oēs reges iuſticia exercuiſſe. Quo no
mine ex vniuerſis regibus hūc ægyptii maxime p̄dicabāt: tum
ob alia quæ bene iudicabat: tū vero q̄ cōquerenti de ipſius ſen
tētia de ſuo donabat: vt indignationi hominis ſatisfaceret Cū
eſſet in ciues ita clemēs Mycerinus: atq; ita ſtudioſus: princi-
piū ei malorū cōtigiſſe obitum filiæ: quæ domi vnica ſoboles
erat: qua clade ſupra modū dū doleret: velletq; filiā excellētio-
ri aliquo genere ſepelire quā cęteri feciſſe ligneā boue vacuam:
quam cum inauraſſet in ea filiā ſepeliſſe defunctam. Neq; hu-
mo bos hæc cōdita eſt: ſed ad meā vſq; memoriā in propatulo
fuit in vrbe ſai apud regiā in conclaui quodā exornato poſita.

Pyramis.
Cleopis regnum.
Chebrenes rex.
Diodor⁹ nō chebrenē ſed cephū hūc vocat q (vt ipe ait) ab aliqb⁹ regno nō ſuceſſiſſe putat ſed chabreus ſuperioris regis filius qua propter ſcite dicit Plinius in. 36. li. cap. 12. nō cōſtare inter ſcriptores aliqb⁹ fac tę ſint pyramides cum & ipſi ægyptii regū eē monumenta negent.
Philites.
Paſtor.
Mycerinus rex.
Mycerini regis filiæ ſepulchrum.

Cui ſingulis diebus omnifarii odores inferũtur noctibus autẽ perpetuo incẽſa lucerna adſtat. in altero contiguo cõclaui ima gines ſtant concubinarũ mycerini: vt in vrbe ſai ſacerdotes aie bant. Stant enim coloſſi: ideſt grandia ſimulachra circiter vi ginti e ligno fabricati nudi plerq; quarũ ſint mulierum non poſſum dicere: præterquã quæ narrãtur. Sũt qui de hac boue & coloſſis hæc referant mycerinũ amore filiæ ſuæ captum vim ei intuliſſe. Deinde illã cũ præ mærore ſe ſuſpendiſſet patrẽ in hac boue ſepeliſſe. Matrem autẽ manus miniſtrarũ: quæ filiam patri prodidiſſent præcidiſſe: & nunc earũ hæc eſſe ſimulachra eius mali q; viuæ paſſæ fuiſſent. hæc (vt ego opinor) dicũt nu gatores: vt alia: ita & de manibus coloſſorũ: quippe quas ipſi vidimus tẽporis diuturnitate delapſas: quæ ad meã vſq; ætatem ad pedes eorũ ſtratæ viſebantur. Bos quoq; cũ cæterũ cor pus operta eſt phœniceo pallio: tum vero ceruicẽ & caput craſſo admodum auro. cuius inter media cornua circulus annexus ineſt ſoli adſimulatus. Neq; ſtans eſt bos ſed ingenua cubãs ma gnitudine quanta eſt grandis vacca. Effertur autem e conclaui quotannis: & poſtquã ægyptii verberarunt deũ quendã: quẽ in tali negotio nõ puto mihi nominandũ tũc & bouem in lu cem proferũt aiunt eã oraſſe patrẽ mycerinũ: vt defũcta quot annis ſemel Solẽ intueretur. huic regi poſt calamitatẽ filię ſecũ do loco hæc adcidiſſe. Ex vrbe buti veniſſe ei oraculũ fore: vt ſex omnino ãnos viueret: ſeptimo defuncturus. id hunc ægre ferentẽ vicißim miſiſſe ad oraculũ cõtumelioſas querimonias: quod cũ pater ſuus: & patruus qui deoq; immemores tẽpla clau ſerant: hominesq; perdiderant tã diu vixiſſent: ipſe pie faciẽs tã cito foret vita defuncturus. Rurſus ei veniſſe dicũtur ex o raculo reſponſa: ea propter ipm propere vitã finiturũ: q; non id faceret quod deberet. Oportere enim ægyptũ centum quin quaginta annis adfligi idq; duos q ante eũ fuiſſent reges didi ciſſe. Ipſum vero nequaquã: Hæc vbi adcepit mycerinus ſe iam numinibus dãnatũ lucernas feciſſe permultas: quibus cũ noctes ceret adcenſis potaret ac ſe oblectaret: neq; diu neq; noctu in termittens quin per paludes: perq; nemora vagaretur vtq; audi retur iuuenilibus in rebus ſtudioſiſſime verſari. Hæc iccirco ex cogitauit q; vellet oraculũ conuincere mendacii: vt duodecim pro ſex fierent anni diebus factis ex noctibus. Pyramidẽ & hic reliquit longe minorẽ paterna vicenis pedibus ex omni parte. (Nã eſt quadrigularis) Breuiorẽq; triũ iugerũ ad medium vſq;

Mycerini cõ cubinę. Coloſſi.

Mycerini o racułum.

Stulta myce rini excogi tatio.

æthiopico ex lapide. Hãc quidã græcorũ volũt eſſe rhodopis mulieris proſtantis nõ recte ſentientes: qui ne noſſe quidẽ videtur quænã fuerit rhodopis: de qua loquũtur. Neq; enim talẽ pyramidẽ illã ſibi facere deſtinaſſet. in qua talento⁊ infinita (vt ſic dicã) milia cõſumpta ſunt. Ad hæc non iſtius ſed amaſis regis tẽporibus rhodopis floruit. Multis enim poſt hos reges annis q iſtas pyramides reliquerũt rhodopis extitit genere thracia ancilla iadmonis ſamii ex vrbe vulcani cõſerua Aeſopi fabularũ ſcriptoris. Nã & hic iadmonis fuit: poſtquã is huic mulieri non minimũ cordi fuit: Si quidẽ cũ ſæpenumero delphi ex oraculo pronũciarent ſiquis ſumere pænas vellet animę aeſopi: alius nullus extitit q ſumere vellet niſi iadmonis ex filio nepos alius iadmon. ita & aeſopus iadmonis fuit rhodopis autẽ in ægyptũ abiit portata xantheo ſamio ꝓfecta illuc ad q̃ſtum faciendũ: magna pecunia fuit redẽpta a charaxo viro mitylenęo ſcamandronymi filio ſapphus poematũ cõditricis fratre. Hũc i modũ rhodopis libertatẽ nacta eſt: & in ęgypto remã ſit: gratioſaque vehemẽter effecta ingẽtes opes cõparauit: quę rhodopẽ tranſcenderent: non quę ad talẽ pyramidẽ faciendã aſcenderent. Ex quarũ opum decima parte cuicũq; etiam hoc volenti cognoſcere licet non magnam ab illa pecuniam fuiſſe repoſitam. Nam cũ optaret memoriã ſui in græcia relinquere: fecit opus: quod ab alio excogitatũ non eſſet neq; donatũ: idq; donauit in tẽplo delphico monumentũ ſui. E decima enim ſuarũ opum tot e ferro verua ad boues torrentos fecit ad quot faciẽda ſufficeret decima ipſa: quã delphos miſit quæ nũc quoq; poſita ſunt e regione tẽpli poſt aram: q̃ chii donauerunt. Gaudẽt autem quodã modo in naucrate proſtribula fieri gracioſa. Nam hæc de qua mentio habetur adeo nobilitata eſt fama: vt nemo græcorum edidicerit rhodopis nomen. Alterius quoq; quæ poſterior fuit nomine archidice fama per græciã celebris extitit: ſed minus quam prioris: cuius amore charaxus inſaniens mitylenem rediit: vt meminit ſappho conuiciis eum inſectata. Et de rhodope quidem hactenus. Poſt mycerinũ autem ægypti regem dicebãt ſacerdotes aſychin: eũq; feciſſe Vulcano porticũ ad ſolẽ oriẽtẽ: lõge pulcherrimã longeq; maximã. Habere .n. vbiq; cũ figuras inſculptas: tum aliam infinitã ædificiorũ ſpeciẽ. illud vero maximũ ab hoc rege fuiſſe factũ. Vt cũ vehementer laboraret ex ære alieno legẽ hanc ægyptiis promulgauerit: vt ita demum quis pecuniam mutuo adciperet ſi.

Rhodopis. Pyramis. Plinius i. 36. lib. cap. 12. Strabo i. 17. diodor⁹ i. 2. multiq; alii ſcriptores putant hãc eſſe rhodopis pyramidem. Rhodopis quenã Iadmon. Charaxus. Sappho. Delphica Verua. Archidice. Sappho in fratrem. Aſychis rex. Poſt myceriꝰnũ diodorus Bocchorum regnaſſe ait.

cadauer patris pignori traderet. itaq; ad hãc legẽ adieciſſe vt penes creditorẽ eſſet poteſtas omnis ſepulchri debitoris: vtq; hæc ĩrrogaretur mulcta pignus deponẽti: cui ſi diſſoluere æs alienũ recuſaret: fas nõ eſſet ſepeliri: aut in paterno: aut vllo in alio ſepulchro: ac ne aliũ quidẽ ex ſeipſo progenitorũ ſepulturę mãdare: Hũc pręterea regẽ ſuperiores antecellẽdi cupidũ reliqſe memoriã ſui pyramidẽ lateritiã inciſis lapide litteris in hęc verba ne me lapideis pyramidibus cõgreges: q̃ tm̃ illis p̃cello quãtũ iuppiter ceteris diis. Nã fundũ lac⁹ cõto verberãtes: qđ luti cõto adhæreſcebat. Id colligentes me cõpoſuerũt: & in talem menſurã redegerũt. Atq; id demũ operis hunc regẽ edidiſſe. Poſt hunc regnaſſe cæcũ quendã ex vrbe anyſi nomine anyſim: atq; eo regnante excurriſſe in ægyptum magna cum manu æthiopũ ſabacum regẽ: & cũ cæcus hic fuga ſe in paluſtria peripuliſſet: illũ regnaſſe in ægypto quinquaginta annos: idq; intra tẽpus iſta edidiſſe. Quoties ægyptiorũ quiſpiã aliquid deliquiſſet: neminẽ voluiſſe morte adficere: ſed pro ſuis quẽq; delicti magnitudine dãnare ad agendã certã menſurã aggerũ ad vrbẽ. Vnde quiſq; incolentiũ erat atq; ita vrbes ſunt etiã ſublimiores effecte. Nã primũ humus aggeſta fuerat ab his quæ ſub rege Seſoſtre ritios effoderant: iterum ſub rege aethiope valde ſunt vrbes factæ excelſæ cũ cæteræ quæ in ægypto ſunt tũ vero (vt mihi videtur) bubaſtis vrbs ibi præcipue terra exaggerata. in qua vrbe tẽplum eſt bubaſtis: quæ noſtra lingua dicit Diana oĩum maxime memorabile. quo & ſi alia ſunt tum grãdiora: tũ ſumptuoſiora: nullũ tñ eſt aſpectu iocũdius. id ita ſe habet. Cætera p̃ter adceſſum inſula eſt: cuius ad ingreſſum vſq; duo e nilo fluenta vicina curruut: nec cõfluunt. hinc atq; illinc præter terfluentia centenũ vtrũq; pedũ latitudinis arboribus inũbrata. Eius veſtibulũ decẽ paſſibus ſublime eſt. Figuras ſenũ cubitorũ ad arnatũ. id tẽplũ in media vrbe ſitũ vndiq; cirũentiũ oculis ſubiicitur. Nã cũ vrbis ſit aggeſtu terræ ſublimis: tẽplũ quẽ admodũ a principio cõditũ: nec loco motũ pro ſpeculo eſt: illud maceria figuris exculpta. interius delubrũ ingenti ꝓceriſſimis arboribus manu cõſitis luco ambiente. in quo delubro ſtatua eſt. Lõgitudo tẽpli quoquo verſus vnius eſt ſtadii: ab eius ingreſſu via per forũ orientẽ verſus: quę fert ad mercurii templũ tria circiter ſtadia lõgitudinis: & quatuor iugerum latitudinis ſtrata lapide eſt. vtrinq; arboribus manu conſitis in cælũ euntibus. Atq; hunc quidem in modum templum habet. Verum ſe

Pyramis lateritia.

Anyſis rex.

Sabach⁹ rex

Sabachi iuſtitia.

Bubaſtis vrbs.

Bubaſtis diana.

ita ad extremum liberatos æthiope referebant: q̄ ille per quie- tem oblata ſibi viſione fugæ ſe mandauerit. Viſus eſt ſibi vide re quēdam aſtantē: qui ſuaderet ipſi: vt congregatos cūctos æ gypti ſacerdotes incideret medios. hac eū viſione cōſpecta di xiſſe videri ſibi deos demōſtrare cauſam vt piaculo in ſacra cō miſſo aliquid cladis aut a diis: aut ab homiutb⁹ adciperet: ſe ve ro nequaq̄ iſta facturū: ſed abiturū: quoniā exceſſiſſet iā tēpus q̄ ipſi a diis vaticinatū eſſet quouſq̄ foret in ægypto regnatu- r⁹. Etenim cū i æthiopia ageret oraculis: q̄bus vtūtur æthiopes reſponderat deus fore vt is ægypto quinquaginta regnaret an nos. id tēpus cum exceſſiſſet: & viſo inſomnu perturbatus eſſet Sabacus vltro ex ægypto cōceſſit. Eo profecto ex ægypto rur- ſus cæcū e paluſtribus egreſſum adcepiſſe imperium: vbi quin- quaginta annos habitans inſulam cinere atq̄ humo exaggera uit. Nam vt quiſq̄ ægyptiorum iuſſus illuc ibat portans frumē tum ei mandabat: & clam æthiope ad ſe dono etiam cinerem ferret. hanc inſulam nemo ante Amyrtæum inueſtigare potuit ſed ſeptingentis & āplius annis ſuperiores amyrtæo reges ne- quierunt eā inuenire: cui inſulę nomen eſt elco decem omnino ſtadiorū magnitudinis. Poſt hunc regnaſſe ſacerdotem vulca- ni nomine ſethon: eūq̄ bellatoribus ægyptiis abuſum fuiſſe cō temptui habens tanquā ſibi non opportunos: & cū aliis igno- miniis adfeciſſe: tum vero agris exuiſſe: quibus fuerant a ſupe- rioribus regibus ſinguli donati duodenis. Ex quo factū eſt vt cum poſtea ſauacharibus arabum aſſiriorūq̄ rex cum magnis copiis inuaſiſſet ægyptum noluerint ei opitulari. Tūc ſacerdo- tem cōſilii inopē in cœnaculum ſe cōtuliſſe: ibiq̄ apud ſimula chrum cōploraſſe q̄ta pati periclitaretur: eiq̄ inter lamentatio- nē obrepſiſſe ſomnū: & inter quietē viſum aſtare deū exhortātē nihil eum moleſti paſſurū ſi copiis arabū obuiā iret. ſe. n. auxili arios ei miſſurū his in ſomnis fretū ſacerdotum ſumptis ægy- ptiorum his qui ſecum vellent caſtra in peluſio poſuiſſe. Hęc e nim ægyptus inuaditur: nec eum fuiſſe quēpiam bellatorum ſe cutum: ſed inſtitores: & operarios & forenſes homines: & cum perueniſſent noctu effuſam ipſis hoſtibus vim agræſtium muria- um: qui illorum tū pharetras: tū arcus: tum ſcutorū habenas ab ederunt. Ita vt poſtea die boſtes armis exuti fugā fecerint mul tis amiſſis. Eoq̄ nūc iſte rex in tēplo Vulcani lapide⁹ ſtat manu murē tenēs: atq̄ hæc per litteras dicēs. in me q̄s ituēs pri⁹ eſto Ad hūc yſq̄ narratiōis loq̄ū & ægyptii & ſacerdotes referebāt

Sabaci abi- tio.

Diodor⁹ ait ęgyptios poſt Sabaci abiti onem duos ānos rege ca ruiſſe ſed pro eo duces. 12. Amyrtæus. Elcus inſula. Sethon rex. Sauacaribus rex.

Mures in ſcuta.

Sauacabari regis imago murē tenēs.

demonſtrantes a primo rege ad Vulcani ſacerdotem hunc qui poſtremus regnauit ꝓgenies hominũ fuiſſe trecentas quadraginta vnã: & totidẽ interea pontifices/totidẽq; reges tercentæ progenies idẽ quod decẽ milia annoꝝ pollent. Nã tres virorũ progenies centũ anni ſunt. Ex quibus vna & quadraginta quę reliquę ſunt vltra trecẽtas ſunt anni mille trecenti quadraginta. ita intra decẽ milia trecentoſque & quadraginta annos negabant vllũ deũ forma humana extitiſſe: ac:ne in regibus qdẽ ægypti:qui aut prius:aut poſterius extiterint: aliquid tale dicebant fuiſſe: ſed intra hoc tempus quater ſolem pręter cõſuetudinem ſuiſſe ortũ. Bis quidem illinc exortũ vbi nũc occidit. bis aũt vnde nũc oritur illic occidiſſe: nec tamen ſub hæc aliquid in ægypto eſſe immutatum: nõ ea quæ e flumine ipſis proueniunt: non ea quæ circa morbos: aut quæ circa mortes eueniunt Atq; ante hæcatæum ſermonũ ſcriptorẽ apud thebas originem generis ſui recenſentẽ ac progenitores familiæ ſuæ repetẽtem ad ſextũdecimũ deũ ſacerdotes Iouis tale quiddã fecerant: & mihi nõ recẽſenti originẽ familiæ meæ introducto in quoddã grande cœnaculũ enumerando demonſtrabant tot e ligno coloſſos quot dixi. ibi nãq; ſtabant pontifices ſub imagine vitæ: qua quiſque vixerat. Enumerantes itaq; ſacerdotes oſtendebãt mihi vnũquẽq; eorum eſſe filium proxime defuncti ſacerdotis imagines eorum ſingula gradatim percenſendo: donec omnes expoſuerunt: atq; hæcatæo originẽ ſuã recenſenti: & ad ſextũ decimũ deum referenti occurrebant e diuerſo progeniẽ recenſentes: & in enumeratione non admittentes id quod ab illo diceretur hominẽ progenerari e deo. Occurrebant autem in repetenda progenie hũc in modum q̃ dicerẽt vnicuiq; coloſſorum fuiſſe Pyromin ex pyromi genitum: donec trecentos quadraginta quinq; commemorarent. Pyromin aſſidue ex pyromi procreatum: non referentes ad deum illos aut ad heroa. Eſt autem Pyromis græca lingua expoſitũ καλλοσ ideſt honeſtus et bonus. Eos itaq; quorũ imagines erant demonſtrabant tales omnes extitiſſe: ſed multum a diis diſtãtes priores tamẽ his viris fuiſſe deos in ægypto principes vna cum hominibus habitantes & eorum ſempvnũ extitiſſe dominatorem: & poſtremum illic regnaſſe eorum Oſiris filium: quẽ græci apollinem nominant Huc poſtquã extinxit typhonem regnaſſe in ęgypto poſtremum. Oſiris græca lingua eſt Dionyſi9: ideſt Liber. Atq; apud græcos nouiſſimi deorũ eſſe cẽſentur Hercules. Dionyſ-

Aegyptiorũ progenies.

Sol p̃ter cõſuetudinẽ q̃ter ortus.

Hecatæus mileſius geographię ſcriptor cui9 in primo Strabo meminit.

Pyromis.

Orus rex Apollo Oſiris Dionyſius Hercules.

ſius:& Pan:At apud ægyptios Pan vetuſtiſſim⁹ eſt etiã ex octo diis:q primi dicũtur. Hercules ex his qui duodecim Dionyſi⁹ ex his qui tertii vocãtur ab illis duodecim ꝓcreati. Ab Hercule aũt quãtũ annorũ ad Amaſim regẽ eſſe ipſi ægyptii aiũt: ſuperius a me patefactũ eſt. A pane vero plus annorũ eſſe dicitur: minimũ inter hos a Dionyſio: q̃q̃ ab hoc ad Amaſim regẽ qndecim milia annorũ ſupputãtur. Et hęc ęgyptii ꝓ cõpertis aſſeuerãt: ſecꝫ ſcire aſſidue ſupputãdo: ſempꝫ annos deſcribẽdo igit̃ a Dionyſio quidẽ: qui ex Semele Cadmi genitus fertur ad meã ætatẽ ſunt anni ferme mille ſexcẽti. Ab Hercule vero Alcmenæ filio ferme nongenti. A Pane aũt Penelopes (Ex hac.n. & Mercurio Pan genitus dicit̃ a græcis) minus annorũ eſt: q̃ a bello troiano octingẽti fere ad me anni. Vtrũ horum ꝓbabilius ſibi videt̃ eo quiſꝫ vtat̃ licet. Mihi aũt de his recepta opinio ꝓbat̃. Nã ſi & iſti in græcia cũ celebres fuiſſent: tũ ſenuiſſent quẽ admodũ hercules ex Amphitryone genit⁹: Dionyſi⁹ ex Semele & Pan ex Penelope natus dixiſſet aliqs & hos alios habere illorũ deorũ noia: q pri⁹ geniti fuerãt. Nũc græci aiũt Dionyſiũ ſtatim editũ ab Ioue iuſutũ in femore: portatũꝫ in nyſam: q̃ ẽ ſup ægyptũ æthiopia. De pane ne hñt qdẽ qđ dicãt vbinã a partu ſit educatus. Ex quo ſit mihi manifeſtũ græcos audiuiſſe poſterius horũ q̃ aliorũ deorũ noia: & ex eo tpe illorũ ꝓgenies recẽſuiſſe: quo primũ eos audierãt: atꝫ hęc qdẽ ægyptii aiũt. Quæ vero cæteri homines cũ ægyptiis cõſentiẽtes memorãt in hac regione fuiſſe geſta: hæc ſi explicabo aliqd ẽt his q̃ ego vidi cõferẽtibus. Poſt Vulcani ſacerdotẽ regẽ ſuũ ægyptii libertatem adepti duodecim ſibi reges (.Nullo.n.tẽporis momẽto poterat ſine rege viuere) deligũt in totidẽ partes oẽm ægyptũ diſtinguẽtes. Iſti iũctis inter ſe adfinitatibus regnabãt pactionib⁹ initis: ne mutuo auferre imperiũ conarent: ne ue quis plus alio quippiã optinere q̃reret: ſed vt eſſent inter ſe q̃ amiciſſimi. Atꝫ ea de cã has pactiões arctas: adcuratasꝫ inierũt: q⁹ eis inter initia ſimul atꝫ tyrãnides inuaſerũt reſpõſũ fuerat q̃ in tẽplo Vulcani ærea phiala libaſſet: eã totius ægypti regno potiturũ. Vbi oia ſacra executi ſunt placitũ eſt eis aliquod relinquere ſui cõs monumẽtũ: ex eoꝫ placito fecerũt labyrinthũ paulo ſupra ſtagnũ myrios maxime vrbẽ verſus quę dicit̃ crocodilorũ: quem ego aſpexi fama maiorẽ. Si qs.n. ex græcorũ narratione muros & operis ſpeciẽ ratiocinetur minus cõcipiet q̃ pro labore & ſũptu huius labyrinthi. Tametſi & epheſi tẽplũ eſt memoratu di-

Hercules.

Pan.

Amaſis rex.

Dionyſius Semeles filiꝰ falſo dꝛis .n. quem ſemele pepit Oſiri ſimilẽ diu non vixit vt teſtis eſt Diodorus in primo.

Hercules.

Pan.

Dionyſii ortus.

Nyſa vrbs.

Aegypti partes. xii.

Labyrinthus

Crocodilorũ vrbs.

gnũ & in ſamo tamen pyramides erãt ad narrandum maiores: quarũ ſingulę multis ac magnis operibus græcis æquiparandæ ſunt. Sed eas quoq; Labyrinthus antecellit. Etenim duodecim eius aulæ ſunt tecto opertæ: portis oppoſitis altrinſecus: ſed ad aquilonẽ cõtiguæ totidẽ ad auſtrũ vergẽtes eodẽ extrinſecus muro præcluſe. Bifaria in eo ſunt domicilia: vna ſubterranea: altera ſuperiora illis impoſita: vtraque numero tria milia quingenta. Quorum ea quidem quæ ſuperiora ſunt ipſi vidimus: & quæ aſpeximus enarramus. Subterranea vero auditu didicimus. Nã prepoſiti ægyptiorũ nolebãt vllo pacto illa mõſtrari q; dicerẽt illic ſepulchra eſſe tã eorũ regũ qui ædificandi labyrinthi fuere auctores: tũ ſacrorũ crocodilorũ: ita de inferioribꝰ ædificiis fando cognita referimus. Superiora ipſi aſpeximꝰ humanis operibus maiora. Nam egreſſus per tecta: & regreſſus per aulas diuerſiſſimi infinita mẽ admiratione adficiebãt. Ex aula in cõclauia trãſitur: ex cõclauibus in cubicula: e cubiculis in ſolaria alia: e cõclauibus in alias aulas. Horũ omniũ lacunar quẽ admodũ parietes lapideũ eſt ſculptilibꝰ paſim figuris ornatũ. Singulæ aulæ maxima ex parte digeſto lapide albi columnarũ ambitu redimitæ. Angulo quo finitur labyrinthus adheret pyramis quadraginta paſſuũ: in qua grãdia ſunt inſculta animalia ad quã iter ſub terra fit. Et cum talis ſit labyrinthus: tñ ſtagnũ myrios: ad quam labyrinthus ædificatus eſt plus præbet admirationis. Cuius in circuitu menſura trium milium & ſexcẽtorũ ſtadiorum eſt ſchœnorum ſexaginta: quãta videlicet ipſius ægypti ad mare menſura eſt. iacet autẽ ſtagnũ longo ſitu aquilonẽ verſus auſtrũque. Altitudine vbi eius profundiſſimũ eſt quinquaginta paſſuũ. Quod autem manu facta ſit ac depreſſa: indicat qđ in eius ferme medio ſtant duæ pyramides quinquagita paſſus ab aqua extantes: altero tanto ædificii aquis tecto. Supquarũ vtraque lapideus eſt coloſſus in ſolio ſedens: ita pyramides ſunt centum paſſuũ. Centum ãt iuſti paſſus ſunt ſtadiũ vnũ ſex iugerũ. Paſſus inquã menſuræ ſex pedũ ſiue quattuor cubitorũ: pedes autẽ quattuor palmorum: cubiti vero ſex palmorũ. Aqua ſtagni natiua non eſt vtpote ſolo illo admodũ arido: ſed e nilo deriuata: ſex menſibus in ſtagnũ fluẽs. Totidẽ retro in nilũ refluẽs illiſq; ſex mẽſibus qbus efluit augẽs regiũ fiſcũ talẽtis argenti ſingulis in ſingulos dies, puẽtu piſciũ cũ influit viginti mnis. Hoc ſtagnũ dicebant indigenæ euadere in ſyrtim aphricæ pforato ſub terrã meatu in mediterranea heſperã ver-

Labyrinthi ſitus.

Herodoto refragãt Plinij in. 36. li. cap. 13. multa ibidẽ de labyrinthis & eorum ſtructoribus ſcribẽs nec nõ Strabo in .17. & Põponij mela i primo coſmog. fuerũt ãt labyrinthi. 4. vt idẽ plinij ait.

Crocodili ſacri.

Myrios ſtagnũ.

Paſſus menſura.

Cubitus cõſtat ex ſex palmis digitiſq; .24. inqt Vitruuius in. 3. lib. ideo falſa hic ẽ mẽſura.

ſus ſecũdũ montẽ mẽphi imminẽtẽ. Verũ cũ humũ e lacu egeſtã nuſq; viderẽ (Hoc.n. mihi indagare curæ erat) percõctabar pximos adcolarũ vbi nã eſſet humus illinc de foſſa. Illi dicere fuiſſe deportatã: facile id mihi pſuadẽtes. Quippe q ſimile qdã factũ eſſe apud Ninũ vrbẽ aliyrioꝝ auditu cognouerã. Siqdẽ fures qdã magnã vim pecunię Sardanapali: q Nini rex erat in theſauris ſubterraneis abſtruſam cõpilare cũ conſtituiſſent a ſuis dõibus fodere exorſi ſunt: dimenſi viã ſub terra ad regias ædes: eãq; humũ e cuniculis effoſſam vbi nox aderat in flumen tygri: q Ninũ pterfluit exportabãt: donec id qđ optabãt pfecerẽ. Eodẽ mõ audiui in ægypto hãc alterã fuiſſe factã lacunã: pterq; q nõ noctu hęc: ſed interdiu eſt facta. Aegyptios.n. humũ q effodiebant in nilũ extuliſſe: q ille adceptã diſſiparet. Et hic quidẽ lacus ita ferẽ fuiſſe depreſſus. Duodecim ãt reges cũ iuſte degerent: ac ſtato tẽpore in tẽplo Vulcani ſacrificaſſent: & vltimo die feſto libaturi eſſent: porrexit eis põtifex aureas phialas: qbus libare cõſueuerãt: aberrãs numero duodecim videlicet viris vndecim phialas. Ibi Pſammietichus q poſtrem⁹ eorũ ſtabat cũ nõ haberet phialã detractã ſibi æreã galeã tenuit: libauitq;. Ferebãt ãt & cæteri oẽs reges & tũc quoq; geſtabant galeas. Nec dolo malo Pſammietichus galeam tenuit. Cæteri tamẽ id cõſulto factum eſſe a Pſammieticho exiſtimantes: & in memoriã redeũtes oraculũ ipſis eſſe redditũ: qui ærea in phiala libaſſet eum ſolum regem ægypti futurũ nõ cenſuerũt æquũ eſſe Pſammietichũ morte mulctari poſtq; rimando cõpererunt non ad illum feciſſe induſtria: ſed maxima potentiæ ſuæ parte exutum in plauſtria relegãdũ ne illinc egreſſus cæteræ ægypto ſe immiſceret. Hunc Pſammietichũ cum Sabacum æthiopem qui patrẽ eius Necõ interemerat: fugiſſet in ſyriã poſt habitum æthiopis ex inſomnii viſione reducerunt hi ægyptii qui ſunt e tribu Saitana. Deinde cum regnaret vna cum vndecim regibus cõtigit ei vt fugeret iterum ꝓpter galeã in paludes. Igitur intellegens q ignominioſe tractatus ab illis eſſet: ſtatuit vltũ ire q ipſum pſecuti ſunt. Sed ex oraculo Latonæ: quod in vrbe Buti apud ægyptios veraciſſimũ eſt: ad quod ipſe miſerat: redditum eſt reſponſum adfuturam vltionem ei e mari viris æreis exiſtẽtibus. Quod reſponſum ei magnã incredulitatem effudit viros æreos fore auxiliarios. Nõ lõgo tẽpore interiecto Iones quoſdam & cares prædandi gratia nauigantes neceſſitas compulit adplicare ad ægyptum. hi cum in terram exiſſent ferro armati:

Sardanapal⁹ Sardanapali theſaurus.

Foſſa ſubterranea noctu facta.

Foſſa ſubterranea inter ⁊ diu facta.

Pſãmiethic⁹.

Latonæ oraculum.

Butis vrbs.

Iones.

Cares.

ægyptiorũ quidã nũciũ fert Pſammiethico ad paludes. & quia nunq̃ viderat aliquos ære armatos ait egreſſus e mari æreos viros campeſtria populari. Ille agnoſcẽs oraculum eſſe perfectum amicitiã cũ Ionibus & caribus facit: eoſq; magnis pollicitationibus hortatur ad ſecũ manendum. Vbi perſuaſit ita demũ vna cũ his ægyptiis qui ſecũ ſentiebãt: cũq; auxiliariis reges ſuſtulit. Omni potitus ægypto fecit in mẽphi tũ Vulcano veſtibula ad ventũ auſtrũ vergentia: tũ e regione veſtibulorũ aulã Api: in qua cũ adparuit Apis educatur vndique columnis cinctam: ac figuris refertã: in qua aula loca ſtant columnarũ coloſſi: duodenũ cubitorũ. Apis aũt græca lingua Epaphus eſt. His Ionibus caribuſq; quibus fuerant vſus adiutoribus Pſammiethicus dedit ad habitãdum poſitã altrinſecus prædia nilo medio direpta: quibus nomen impoſitũ eſt caſtra. Et cum hæc eis loca dedit: tũ vero cætera quæ fuerat pollicitus reꝑſentauit: pueros quinetiã ægyptios cõmiſit lingua græca imbuendos: a quibus linguã græcã edoctis oriũdi qui nũc in ęgypto interꝑtes ſunt. Incoluerũt ãt Iones & cares diu hęc loca cõtra mare aliq̃tulum ſupra vrbẽ bubaſti ad oſtiũ nili (qđ dicit peluſiacũ) ſita. Vnde poſtea Amaſis rex mẽphi trãſtulit in ſui tutelã aduerſus ægyptios. Poſt ſedes ab iſtis in ægypto collocatas ita græci cũ illis ita cõmerciũ habuerũt: & nos res in ęgypto geſtas a Pſammiethico rege exorſi & q̃ deinceps extiterunt oĩa ſine ambiguitate nota habemus. Hi. n. primi ęgyptũ q̃ diuerſę linguę eẽnt incoluerũt. Atq; vñ demigrarũt illic & veſtigia naualiũ & domorũ rudera ad meã vſq; ætatẽ oñdebant. Atq; hũc qdẽ in modum Pſammietichus ęgypto potitus eſt. De oraculo ãt qđ eſt in ęgypto cũ feci multa verba: tũ faciã de re memoratu digna. Eſt. n. oraculũ hoc in ęgypto tẽplũ Latonæ poſitũ in magna vrbe: cui nomẽ eſt (vt ſupi⁹ a me dictũ eſt) buto cõtra oſtiũ nili: qđ ſebẽ nyticũ adpellãt a ſupiori parte maris flumẽ ſubeũtibus. In hac vrbe tẽpla ſunt Apollinis Dianęq;: & in quo redduntur oracula Latonæ grãdẽ illud & porticũ hñs decẽ paſſibus ſublimẽ. Vbi qđ mihi ex his q̃ in apto erãt maximo oraculo fuerit referã. Eſt in hoc plano. Latonæ delubrũ ex vno factũ lapide: cui⁹ parietes æquali celſitudine ad lõgitudinẽ quadragenũ cubitorũ: cuius lacunari ꝓ tecto impoſitus eſt alius lapis quattuor cubitorũ per oras craſſitudinis. Itaq; eorũ q̃ circa tẽplũ hoc ſunt in ꝓpatulo poſitorũ admirabiliſſimũ apud me fuit id delubrũ. Secũdo loco inſula: quę vocatur echẽmis in lacu ꝓfundo ac ſpatioſo ſita

Pſammiethichus rex.

Apis Epaphus.

Bubaſtis. Amaſis.

Latonæ tẽplum. Butos vrbs.

Echẽmis inſula.

prꝫter tẽplum quod in buti eſt: quæ inſula ab ægyptiis ferẽ innare. Ego tñ eã neq; innantẽ vidi: neq; ſe mouentẽ: & hoc audire admiratus ſum: ſi verũ eſt inſulam natare poſſe. In hac igit templũ Apollinis eſt: & aræ trifariæ extructæ: & palmæ frequẽtes enatæ. Aliæq; partim fructiferæ: parti ſteriles arbores. Cur autẽ ea innatans ſit: hanc ægyptii rationẽ reddunt q; Latona q̃ ex octo numinibus quæ prima extiterũt vnum eſt: cũ in vrbe buti vbi hoc eius oraculũ eſt habitaret: Apollinem ab iſide ſibi commendatum occultauit in hac inſula nondum innatanti ac ſoſpitẽ reddidit: quo tẽpore Typhõ oĩa indagans (vt Oſiris filium inueniret) aduenĩſſet. Nã Apollinẽ & Dianã aiunt Dionyſii & Iſidis filios eſſe. Latonam vero nutricẽ horũ: ac liberatricem. & Apollo quidẽ ægyptiace Orus dicitur: Ceres autẽ Iſis Diana vero Bubaſtis. Atq; hinc ſolũ non aliũde Aeſchilus Euphranoris filius rapuit: quod dico vt ſolus omniũ qui poetę dicuntur fecerit Dianã Cereris filiã. Ob hoc igitur inſulã reddĩtam eſſe natãtem: hæc illi ſic aiunt. Pſammietibus in ægypto quattuor & quinquaginta regnauit annos: per quos vnde triginta magnã ſyriæ vrbem obſidens oppugnauit donec expugnauit. Hæc eſt azotos: quę diutiſſimã inter oẽs vrbes dũtaxat (quas nouimus) ſuſtinuit obſidionẽ. Pſammietichi filius: qui regnũ ægypti ſuſcepti extitit Necos Idem foſſam ad rubrũ mare ferentẽ primus adgreſſus eſt: q̃ Darius perſes ſecundo loco depreſſit. Lõgitudinis quidẽ quattuor dierũ nauigationis: latitudinis vt per eam duę poſſent ſimul agit ĩremes. Aqua quæ in hanc e nilo deducitur paulo ſupra bubaſtis vrbẽ iuxta opidũ arabiæ patumon deducitur euadens in mare rubrum. Initiũ fodiendi ſumptũ eſt a planicie ægypti arabiam verſus: Nã quę ſupra planiciẽ ſunt cõtinens prope memphim occupat mons: in quo lapidicinæ ſunt. Itaq; ad huius montis vna ducta eſt foſſa verſus heſperum & auroram longo tractu: & deinde pertingẽs diuortio montis tenus: quod diuortiũ ad meridiẽ: & ventũ auſtrum fert in ſinũ arabicum: qua breuiſſimus tractus & maxime cõpendarius eſt e mari ſeptẽtrionali aſcenſus ad auſtrale quod idem rubrũ vocatur a monte caſio: qui ægyptũ ſyriãq; diſterminat. Hinc ſtadia mille ſunt in arabiũ ſinum. Et hac quidẽ breuiſſimũ eſt. Verum foſſa multo lõgior ſcilicet q̃to eſt cõfragoſior. In qua fodienda ſub rege neco centũ viginti milia ægyptiorum perierunt. Inq; eius medio opere Necus deſtitit: hoc interpellatus oraculo eum id opus barbaro præmunire. Aegyptii

Apollinis tẽplum.

Apollo. Diana. Latona. Orꝰ. Ceres. Iſis. Bubaſtis. Pſammiethicus.

Azotus.

Necus rex.

Patumon.

Rubrũ mare. Caſius mõs.

Barbari qui. barbaros oēs vocāt: q nō ipſoꝝ lingua loquūt. Supſedēs itaq; a faciēda foſſa necos ad militū copias ſe cōuertit: atq; ad claſſes q̄ partim in mari ſeptētrionali: partim in ſinu arabico ad rubrū mare ſunt ædificatę: quarū adhuc veſtigia naualiū oñdūt. Et claſſibus q̄dē necos dū opus fuit eſſe vſus. Terreſtri āt acie cōgreſſus cū ſyris i Magdolo victoria potit' eſt: & poſt prælū Cadyti magna ſyriæ vrbe. In veſtitu āt curioſus cū fuiſſet illū Apollini dicatū ad brāchidas mileſioꝝ miſit. Hic pfectis decē & ſeptē imperii ſui ānis deceſſit tradito impio Pſāmi filio ſuo. Eo apud ægyptū regnāte nūcii Helioꝝ dimittebātur: iactātes a ſe in olympia iuſtiſſimū ac maximū inter mortales propoſitū eſſe certamē rati ne ægyptios quidē hominū ſapiētiſſimos aliquid vltra hęc eē inuēturos. Iſti vbi in ægyptū puenerūt: eaque expoſuerunt quoꝝ gratia venerāt rex cōuocat ex ægyptiis eos q̄ ſapiētiſſimi haberētur. Qui cū cōueniſſent: & helios audiſſent omnia cōmemorātes: quę par erat ab eis fieri in edēdo certamine: & ſe veniſſe dicētes ſciſcitatū nūquid poſſent ægyptii reperire iuſtius habito inter ſe cōſilio interrogat helios nunquid apud eos certarēt ciues: & illis rñdētibus ſine diſcrimine & ſuoꝝ & ceterorū grecorū cuicūq; volēti certare fas eſſe: atqui inquiūt illos cum tale certamē proponāt ab omni iure excedere. Nullo etenim pacto poſſe fieri q̄n cōciuí pugnāti ciues fauerēt faciētes iniuriā hoſpiti: ſed ſi vellēt iuſtū ꝓponere certamen: & ſi eius gr̄a veniſſent in ægyptū Iubent hoſpitibus ponere certamen nullo heliorū certare permiſſo. Hæc ægyptii heliis ſubiecerūt: Pſammis cum ſex omnino regnaſſet annos in ægypto facta in æthiopiam expeditione mox vita defunctus eſt. Cuius regnū Apries filius adcepit: qui ſcdm Pſammietichū ꝓauū ſuū fortunatiſſimus extitit omniū ad eā ætatē regnū quinque & viginti dñatus annos. Quod intra tēpus & bellū Sidoni intulit: & cū Tyro pugna nauali dimicauit. Sed cū calamitas eū maneret: cōtigit ob eā cauſam q̄ ego pluribus dum res punicas exequar exponā paucis cōtētus imꝑſentiarū. Cū aduerſus cyrenęos Apries exercitu miſſo magnā cladē adcepiſſet. Id ei imputātes ægyptii rebellauerūt opinati ſe ab illo in apertā perniciē fuiſſe dimiſſos. Vt his internitione deletis: ipſe cæteris ægyptiis imperitaret ſecurius. Hæc perq̄ grauiter ferētes tū ii qui rediērūt: tū eorū qui interierant amici ingenue deſciuerūt. Idvbi reſciuit Apries mittit ad eos verbis ſedēdos Amaſim: qui cū pueniſſet reꝑhendēſq; diſſuaderet ne talia facerēt. quidā ægyp-

Magdolus, Branchidæ. Cadyti vrbs. Pſammis rex Helii.

Iuſtum certamen.

Apries rex.

Sidon Tyrus.

Amaſis.

tiorum ei a tergo/ſtans galeã circũdat: eaq; circũdata inquit ſe illã ob regnũ impoſuiſſe. Neque hoc quod fiebat eo inuito fiebat vt oſtẽdebat. Nã ſimul atq; ab his qui deſciuerãt ægyptiis declaratus eſt rex ſeſe adparabat tãq; aduerſus Apriẽ moturus. His cognitis Apries mittit ad Amaſim ex his qui ſecũ erãt ægyptiis ſpectatũ quẽdã hominẽ nomine Patarbemẽ iuſſu vt ad ſe viuũ Amaſim pduceret. Hic vbi p̃uenit: Amaſim ad ſe vocat. Amaſis (Sedebat aũt in equo ad ſuos cohortãdos inſolẽter) ſtolide iubet viciſſim hũc ad ſe adducere Apriẽ: & cũ Patarbemes eũ rogaret vt regẽ adiret: acitus reſpõdit ſe iã diudũ dare operam vt id ageret: nec de ſe ipſo Apriem eſſe queſturũ: ſe.n. li præſto futurũ: & alios adducturũ. Patarbemes nõ ignarus ꝓpoſiti illius: tũ ex oratione tũ ex adparatione q̃ videbat: ſtatuit ſuæ diligẽtiæ eſſe q̃ celerrime regẽ rerum (quæ agerent) facere certiorem. Huic redeunti q; Amaſim nõ adduceret nullo verbo edito Apries ira pcitus præcidi aures iuſſit naſumq;. Id intuẽtes cęteri ægyptii: qui cum eo hactenus ſenſerãt virũ inter eos ꝓbatiſſimũ: ita fœde indigneq; adfectũ: ne tãtiſper quidẽ differẽtes ad cæteros trãſeũt: ſeſeq;. Amaſi tradũt. His quoque auditis Apries armatis auxiliaris (Habebat autẽ auxiliariorum circa ſe ex Ionibus & caribus triginta milia) in ægyptios tẽdit. Erat ei regia in vrbe ſai ingẽs ac ſpectatu digna. itaq; vtrique aduerſus alteros Apriami & Amaſiani in momemphi vrbe cõſtiterũt tẽtaturi pugnæ diſcrimẽ. Sũt aũt in ægypto ſeptem hominũ genera: quoꝝ alii ſũt ſacerdotes: alii q pugnatores ad pellanť: alii boũ paſtores alii ſubulci: alii inſtitores: alii interp̃tes: alii gubernatores nauales. Tot ſunt ęgyptioꝝ genera a ſuo quoq; artificio adpellata: ſed pugnatores vocãtur calaſiries: & hermothybies. Qui harũ regionũ ſunt. Nã in regiones diſtricta eſt ois ęgyptus. Hermothybiorũ qdẽ hæ ſunt plagę buſiritana: ſaitana: chẽmitana: papremetana: iſula ꝓſopitis: q̃ vocať natho: ex dimidia pte. Ex his tractibus hermothybies cũ plurimi cẽtũ ac ſexaginta milia ſunt: quorũ nemo qppiã opificii queſtuarii didicit: ſed oẽs rei militari vacãt. Calaſirium hæ aliæ plagæ ſunt thebana: bubaſtiana: aphthitana: tanitana: mẽdeſia: ſebennitana: athribitana: phatbęthitana: thmuitana: chuphitana: aniſia miecphoritana. Hęc trib⁹ inſulã incolit ex aduerſo bubaſtis vrbis. Hæ tribus calaſirium dũ quoad pñt plurimi coguntur. Ducenta quinquaginta milia virorũ ſunt: quibus nec ipſis licet vlli artificio operã dare: ſed ſolũ rei militari filio diſcẽte a pre-

Patarbemes.

Patarbemes mutilatus.

Vñ notandi ſunt q legũt apud Vergiliũ tardi venere ſubulci cũ bubulci legendum ſit.

Memphis vrbs.

Aegyptiorũ genera.

Calaſiries.

Hermothybies.

Buſiritana.

Saitana.

Chẽmitana.

Papremetana.

Proſopitis inſula.

Natho.

Hoc ab ægyptiis ne mutuati ſint græci nõ poſſum ꝓ certo diiudicare: cum videam & apud ſcythas pſaſq; & lydos. Denicq; apud omnes fere barbaros haberi pro ignobilioribus ciuibus eos: qui artificia diſcunt eorũque liberos. Generoſiores autem eos qui a manuariis operibus abſtineant: prẽſertim qui ceſſent ob bellum. Hoc itaq; cum cæteri græci didicerunt tum præcipue lacedæmonii. Corinthii quoque minimi faciunt opifices. His ſolis ægyptiorũ prẽter ſacerdotes hoc eximii honoris habetur: vt ſingulorũ duodecim agri ſunt egregii atq; immunes ſingulari agri centum cubitorum ægyptiorum quoquo verſus. Aegyptius autẽ cubitus Samio par eſt. Hæc tamẽ vniuerſorum peculiaria ſunt quibus per vices in orbem fruebantur: & nunq; idem calaſirium milleni: & Hermothybium circa regẽ fungebantur annuo ſatellitum munere. Iſtis prẽter prædia dabantur vititim hæc alia panis toſti pondo quinæ mnæ carnis bubulæ binæ. bini ſextarii quaterni. Hæc aſſidue ſatellitibus prebebãtur. vbi igitur e diuerſo veniẽtes apries cum auxiliariis: amaſis cum vniuerſis ægyptiis in vrbem momẽphi peruenere: cõceſſi ſunt. Et peregrini quidẽ egregie pugnauerunt: tamen q; erant multo inferiores numero fugati ſunt. Fertur apries ea fuiſſe pſuaſione: vt nullus neq; deoꝝ neq; hominũ poſſet ſibi adimere regnũ. Adeo videbatur ſibi illud ſtabiliſſe. Et tamen tũc egreſſus prælio fugatus eſt: viuuſq; captus & ad vrbem ſami ductus ad ædes quæ ipſius añea fuiſſent: tũc autẽ Amaſis regia. Ibique q̃diu in regia paſcebatur eum Amaſis honeſte aſſeruauit. Tãdẽ incuſantibus ægyptiis non iuſte agere qui ſuũ & ipſorum inimiciſſimũ aleret. ita illis apriẽ ttadidit. Eum iſti vbi ſtrangulauere paternis in monumentis ſepelierunt: quæ ſunt in templo Mineruæ proxime cœnaculũ ad leuam manũ intrantis. Nã ſaitani cunctos qui tribules eorũ fuere reges intra tẽplũ ſepelierũt. Et.n. Amaſis monumentũ ex altera parte cœnaculi eſt: q̃ illud apriis eiuſque progenitorum. In eiuſdẽ templi aula hoc quoq; eſt ingens cubiculum lapideum tum colũnis excultum: Palmarum arbores imitantibus: tum alio ſumptu. Intra id cubiculum gemini poſtes ſtant: in quibus vma eſt. Sunt etiã ſepulchra cuius nomen ſi uuncupauero hac in re haud ſanctę fecero. Apud ſaim in tẽplo Mineruę poſt totũ delubrũ ꝓpe Mineruę parietẽ atque in phano ſtãt ingẽtes obeli: ideſt verua lapidea: lacuſque cõtiguus lapidea crepidine adornatus: & circũquaque ꝓbe elaboratus magnitudine (vt mihi videtur) q̃ta in delo. qui dicitur

Artifices ignobiles ſunt.

Opifices viles ſunt.

Cubitus ægyptius.

Cubit⁹ ſami⁹

Apries capt⁹

Apriis mors

Saitani reges.

Obeli.

trochoides.i.rotæ ſpeciẽ. In hoc lacu imagines ſuoꝝ quiſque effectuũ noctu faciũt: q̃ vocãt ægyptii myſteria. De qbus cũ p= multa ego nori quo pacto ſe habeãt: ſingula tñ abſit vt ploq̃r. De ceteris quoq; initiatiõe: q̃ greci theſmophoria vocãt: hoc ẽ legũ lationes abſit vt eloquar niſi quatenus ſanctum eſt de illa dicere. Danai filias extitiſſe. q̃ ritũ hũc ex ægypto adtulerunt: eoſq; pelaſgicas fœminas imbuerũt. Sed deinde oi pelopõne= ſo a doribus eiecta ſedib⁹ ſuis ritus initiãdi abolitus eſt: a ſolis areadibus: q a pelopõnẽſibus nõ eiecti ſunt: ſed relicta cõſerua tus. Aprie extincto regnauit Amaſis e tribu ſaitana: & vrbe cui nomẽ eſt ſiuph. Eũ inter initia ægyptii contẽnere: nec vllius ſa ne momenti ducere: vt q; plæbeius fuiſſet: nec inſigni familia ortus. Sed hos Amaſis ad ſe ſolertia non aſperitate perduxit. Erant ei cũ alia bona infinita tũ vero peluis aurea: in qua tã ip= ſe q̃ oẽs cõuiuæ ſemper pedes abluebat: hãc ille cõfringit: ex eaq; dæmonis ſtatuarii facit & in adpoſitiſſimo vrbis loco ſta= tuit ęgyptii ſimulachrũ aduẽtes magnopere venerari. Id ama= ſis fieri e popularibus edoct⁹: cõuocatis ægyptiis aperit ex illa pelui in qua primo ægyptii euomere immingereq; & in qua pe des abluere cõſueſſẽt factũ eſſe ſimulachrũ: qđ tũc tãtopere ve= nerarẽtur. Itaq; ſe aiebat pinde atq; peluim eẽ factũ: q ſi antehac fuiſſet plæbeius ipñtiarũ tñ eſſet rex: eoq; iubere vt ſibi honor hẽretur atq; reuerẽtia. Hũc in modũ ad ſe traduxit ægyptios: ita vt æquũ cẽſerẽt ei ſeruire. Idẽ hoc vſus eſt in rebus agendis inſtituto ab aurora vſq; dũ refertũ eſt foꝝ: adcurate negocia q̃ expediebãt agebat. Deinde potabat: & inter cõpotores iocabat morionẽ agẽs ac ſcurrã. Quibus rebus offenſi amici talibus eũ verbis caſtigabãt. Rex dicẽtes nõ e dignitate tua degis: qui ad tãtã te dimittis negtiã. Nã deberes auguſto in ſolio ſedẽs augu ſte interdiu res adminiſtrare. Ita & ægyptii cognoſcerẽt a ma= gno ſibi viro p̃ſideri: & tu melius audires. Nũc haud q̃q̃ facis e regia dignitate. His ille rñdit. Arcus ab his quoꝝ ſunt cũ eſt o= pus intẽdi: eos ſi ſemp intẽti ſint ruptũ iri: nec poſſe eis illos cũ indigeãt vti: ita & hoĩs inſtitutũ ſi aſſiduo laborare ſtudio: nec vllã partẽ ad luſum ſibi indulgere velit: fore vt pedetentim aut mẽte capt⁹ ſit aut mẽbris'. Qđ ego intelligẽs vtriq; rei tẽpus i= pertio. Hęc Amaſis amicis rũdit. Eteni ferũ Amaſis cũ priuat⁹ foret fuiſſe potandi iocandiq; cũ diſacitate ſtudioſus: & vir ne vtiq̃ rerũ agẽdarũ anxius: & quoties eũ potãtẽ ac ſe oblectantẽ neceſſaria defeciſſent: ſolitus circũeũdo ſurari & cũ repoſcereẽ

Theſmo= phoria.

Amaſis rex. Siuph vrbs.

Elegãs ad p= ſuadẽdũ ſimi litudo.

Arcus com= paratio. Luſus neceſ= ſarius eſt. Amaſis mors. Amaſis in deos.

ab his q̃ dicerent eũ ipſorũ habere pecuniã: ac negarẽt adduci ad oraculũ q̃dcũq; eo in loco erat: & frequenter ab oraculis cõ uictus:frequẽter abſolutus. At poſtq̃ adſecut⁹ ẽ regnũ iſta egit. Quicunq; dii eũ furti abſoluerãt: horũ tẽpla neq; curæ habuit: neq; vlla re ad ſtabilimentũ donauit:neq; adiens ſacrificauit tã q̃ nihil mererẽtur q̃ redderent falſa reſponſa. Qui autẽ eũ pronunciauerant furẽ:hos tanq̃ vere deos:nec mendacia reddentes oracula maxime coluit. ꝓterea inſani veſtibulũ Mineruæ fecit opus admirandũ & lõge ſuperãs cætera:tũ ſublimitate:tum magnitudine. Tãta eſt vaſtitas lapidũ atq; ſubſtructionũ:quin etiam ingẽtes coloſſos & imanes androſphingas ibidẽ poſuit. Alia quoq; ſaxa p̃grãdia in adparatũ cõportauit ducta partim & lapidicinis q̃ iuxta mẽphim ſunt:partim vtiq; q̃ maioris molis erant ex vrbe elephãtina: quæ ſai diſtat viginti dierũ nauigatione. Ad hæc q̃ nõ minime ſed maxime oĩum admiror adtulit ædificiũ ex ſolido ſaxo ab vrbe elephãtina: in quo adferẽdo trienniũ conſumpſerunt duo milia delector̃ virorũ:q̃ omnes erant gubernatores. Eius tectũ extrinſecus eſt vnius & viginti cubitorũ lõgitudo quatuordecim latitudo:octo ſublimitas. Hæc eſt dimẽſio exterior tecti ex vno lapide:Introrſum tamen duo de viginti & amplius cubitorũ eſt lõgitudo:quinq; ſublimitas. Domus hæc ad ingreſſum tẽpli collocata ẽ. Nã ob id aiũt in tẽplũ nõ fuiſſe pertractã q̃ tecto aduerſo cũ ſuſpiraſſet eius vehẽdi architectus vtpote perteſus diutino tẽpore operę ea de re ſtomachatus Amaſis non pmiſerit hominẽ vlterius trahere. Nõnulli aiunt quẽdã ex his: q̃ veſtibus lapidẽ agebant ab illo fuiſſe oppreſſum. iõq; lapidẽ nõ introductũ. Donauit p̃terea operibus ob magnitudinẽ ſpectaculo dignis cũ alia tẽpla inſigniatũ in mẽphi tẽplã Vulcani coloſſo ſupino ante illud poſito lõgitudinis qnq; & ſeptuaginta pedũ. Superq; idẽ pauimẽtum gemini coloſſi ſtant ex æthiopico lapide vicenũ pedũ magnitudinis hinc & hinc illi magno adſiſtẽtes. Cui⁹ inſtar ẽ altera in ſai lapides eodẽ habitu iacẽs. Illud'ẽt q̃d in mẽphi ẽ tẽplũ ingẽs & ſpectatu digniſſimũ aiũt Amaſim ædificaſſe. Sub Amaſi rege dĩ ęgypt⁹ fuiſſe maxie beata in his q̃ vel regioni ex flumie vel hoĩb⁹ ex regiõe,pueniũt: & vrbes q̃ icolerẽt tũc fuiſſe nũero illic viginti milia. Amaſis quoq; extitit: q̃ legẽ hãc apud ægyptios cõdidit vt ſinguli eor̃ ãnis apd̃ puicia⁹ ꝓfides demõſtrarent vñ viuerẽt. Et q̃ aut hoc nõ faceret: aut nõ demõſtraret ſe legitime viuere: is morte adficereꝰ. Quã legẽ Solõ ab ægyptiis

Amaſis in deos.

Mineruæ veſtibulum.

Coloſſi Androſphinges.

Vulcani coloſſus.

Aegypti vrbes quot.

Viuendi rõ.

Solonis lex.

mutuatus: athenienſibus tulit: q̃ illi q̃ ſit caſtiſſima aſſidue vſur
pant. Amaſis quoniã græcorũ erat ſtudioſus cũ alia in quoſdã
græcos officia cõtulit: tũ his q̃ in ægyptũ cõcederẽt: dedit fa-
cultatẽ naucratẽ vrbẽ incolẽdi. Qui vero eorũ nollẽt illic habi Naucratis
tare: ſed nauigãdo negociari fecit poteſtatẽ certis in locis aras vrbs.
& phana extruendi. Adeo maximũ eoꝝ phanũ atq̃ celeberri-
mũ vocat græcũ. Ciuitates autẽ q̃ cõmuniter extruxerunt ſunt
ionũ quidẽ: chius. theus: phocea: clazomenæ. Dorũ autẽ rho- Chius. Theꝰ.
dus: cnidus. halicarnaſus: faſelis. Aeoloꝝ vero vna mitylene. Phoecia.
Harũ ciuitatũ hoc phanũ eſt: & ab his p̃fecti emporii nũdinarũ Clazomenæ.
ſiue mercati p̃bẽtur. Cæteræ ciuitates: q̃ cõſortes huius rei ſũt Dorũ vrbs.
nõ rei ad ipſos pertinẽtis cõſortes ſunt. Separati tñ ædificaue Rhodus.
rũt eginetę quidẽ Iouis: Samii autẽ iunonis: Mileſii vero Apol Cnidus.
linis phanũ. Nã vetus emporiũ erat ſola naucratis: p̃ter hoc in Halicarnaſ⁹.
ægypto aliud nullũ. Quod ſi qs in aliud aliqđ nili hoſtiũ adpli Phaſelis.
cuiſſet: is neceſſe habebat deierare ſe venille inuitũ: dato q̃ iu- Mitylene.
reiurando eadẽ naui ad canobicũ nauigare: & ſi id minus p cõ Delphicum
trarios ventos poſſet onera fluuialibus nauigiis circumagere lu templum.
ſtrando delta donec peruenıret naucratẽ. Ita naucratis in ho- Battus.
nore fuerat. Iã vero cũ amphictyones, tẽplũ qđ nũc delphis ẽ: Amaſis vxor
qa illud prius ſua ſponte deflagrauerat trecẽtis talendis cõſtru Ladice.
endũ locaſſent: Delphi quos q̃rta pars ſũptus cõtingebat circa Veneris ſta-
ciuitates vagi cũ aliunde: tũ vero nõ minimũ ex ęgypto rettule tua.
runt. Nã amaſis quidẽ eis mille talẽta alũnis. Græci autem qui
ægyptũ incolebãt vicenas mnas donauerũt. Cũ cyreneis quo-
q̃ amaſis amicitiã ſocietatẽq̃ iniit: ita vt illinc vxorẽ etiã puta
ret ſibi eẽ ducẽdã. Siue fœminæ græcæ amore capt⁹: ſiue alias
ob benevolẽtiã cyrenæorũ vxorẽ q̃ duxit. Alii volũt filiã fuiſſe
Batti filii Arceſilai: Alii Critobuli inter ſuos populares viri ſpe
ctati noie Ladicen: cũ qua dũ in toro cubaret cõcũbere non po
terat: cũ tamen aliis mulieribus vteretur. Id cũ diu fieret: Ad eã
amaſis tu vero inqt vxor veneficio me læſiſti. Ideoq̃ nullo ma
chinamẽto vales effugere: quo minus inter oẽs mulieres teter-
rima pereas morte. Ladice cũ pnegando nihilo placatiorẽ red
deret Amaſim: vouit itra ſe Veneri ſi ea nocte ſecũ coiret ama
ſis. (Hoc. n. ſibi eſſe machinamentũ) ſtatuã cyrenas ſe illi miſſu
rã. Cõcepto ſtatim voto coiit cum ea amaſis: ac deinceps quo
ties adiret cum ea coibat: ac poſtmodũ eam perq̃ valde dilexit
& lacide votum deę pſoluit facta ſtatua cyrenaſq̃ miſſa quę ad
meã vſq̃ memoriã incolumis erat extra vrbẽ Cyrenenſem po-

Dōaria Amasis varia

sita hāc Ladicē Cābyses posteaq̄ ægypto potitus est: cognito quenā esset cyrenas illesam remisit. Donauit item amasis donaria q̄ misit in græciam. Cyrenas quidē statuā Mineruæ inauratam & sui imaginem pictura adūbratam. Lindū autem duo lapidea Mineruæ symulachra: & thoracem lineū spectaculo dignū Samum vero iunoni bifarias sui imagines quæ magno in templo erectæ erant post ianuas ad meam vsq; ætatem. Sanum qui dem propter hospitium. quod inter ipsum erat: & Polycratem æacis filiū. Lindū autē nullius hospitii gratia: sed qa templum quod lindi est. Mineruæ feruntur extruxisse. Danai filiæ: post q̄ agnitæ sunt cū filios ægypti effugerant. Hęc donaria dedicauit amasis: primusq; mortaliū cyprum cepit: tributariāque fecit prouinciam.

Polycrates. Cypr⁹ primū ab Amasi capta.

¶ Herodoti Halycarnasei Historiarum Liber Tertius: qui inscribitur Thalia Laurentio Vallense interprete.

Cābysis

AVersus hunc amasim Cābyses cyri filius cō parato cum ex aliis quibus imperabat: tū ex græcis ionibus æolibusq; exercitu: bellū mouit Ob hanc causam misso in ægyptum legato. Cambyses petiit ab amasi filiam: & petiit consilio cuiusdam ægyptii: qui amasi erat infensus: q⁹ se potissimū ex omnibus ægypti medicis Amasis ab vxore & liberis abstraxisset amandando in persas nuoq; tempore Cyrus ad amasim miserat petitum ocularium medicū omniū qui in ægypto essent præstantissimū. Ob id infensus Amasi ægyptius instituit suadere Cābysi vt ab amasi filiam peteret: vt ille aut mœrore adficeretur data filia: aut nō data Cābysi redderetur inuisus. Amasis eam nec dare audebat nec abnuere. Nam & Cābysem intellegebat nō habiturū illā vxoris loco sed pellicis: & persarū potētiam grauabatur. Horrebatq; hæc reputans ita sibi faciendū statuit: Erat Apriis superioris regis filia nomine Nicetis vnica domi relicta grandis atq; speciosa. Hanc puellā amasis vestitu pariter & auro exornatam pro sua in persas dimittit: quam cū post aliq̄tum tēpus Cambyses salutasset filiā amasis adpellans: ipsa ad eum rem inquait rex ignoras ab Amasi elusus: qui me ornatu cōptam trāsmittit tradens tibi pro sua cū re vera sim apriis filia: quē ille dominum suum. cū ægyptiis rebellans interemit. Hic sermo extitit causa

Ocularius p̄stātissimus medicus.

Nicetis puella.

quę Cambyſem Cyri vehementer indignatũ induceret aduerſus ægyptũ. atq; ita quidẽ memorãt pſę. Aegyptii autẽ Cãbyſem ſuum vendicant adſerentes ex hac Apriis filia illã eſſe genitum. Cyrũ enim fuiſſe qui ad Amaſim miſerit ſuper filia non Cãbyſem: quod cũ dicunt non recte dicunt & ſi eos hoc nõ latet. Nam ſi qui alii profecto & ægyptii recte norunt mores perſarum apud quos illud in primis nefas eſt illegitimum optinere regnũ ſi adſit legitimus Præterea Caſſandanes filius erat cãbyſes Pharnaſpe viro Achæmenide genitæ nõ mulieris ægyptiæ: Sed ægyptii rem geſtã tranſferunt fingentes ſibi cũ Cyri familia intercedere cognationẽ: & hæc quidẽ ita ſe habent. Cęterum ille ſermo mihi nõ probatur: quo dicitur mulierẽ q̃dam perſidẽ ad vxores Cyri introgreſſam cũ liberos caſſandanę adſiſtentes forma ac ſtatura egregia cõſpicaretur: ſupra modũ admirabundã magnis tuliſſe illã laudibus: eiq; Caſſandanẽ (q̃ Cyri eſſet vxor) ita dixiſſe Me q̃ taliũ filiorũ ſum mater Cyrus cõtemptui habet præponens q̃dam ex ægypto ancillam videlicet infenſam Niceti iſta dixiſſe: & ei maximum natu filiorũ cambyſem ſubieciſſe. Ego vero tibi mater cum in virilem ętatem adoleuero ſumma ægypti reddam ima: & ima ſumma. Idq; dixiſſe circiter decem natum annos admirantibus mulieribus: & cũ in virilem adoleuiſſet ætatem: & regnũ obtinuiſſet huius rei memorem ægypto bellũ intuliſſe: adceſſit huc & aliud quiddã ad hanc ſumendam expeditionẽ. Erat quidam auxiliariorũ Amaſis nomine Phanes genere halicarnaſeus vir conſilio præſtans & in re bellica ſtrenuus. Hic Phanes neſcio qd amaſi ſuccenſus nauigio profugit ex ægypto volens in collocutionem venire Cambyſis eũ Amaſis (q̃ inter auxiliares non parui momenti eſſet: quodq; de rebus ægypti non nihil cõpertiſſimũ haberet) inſequi ſtatuit adhibita diligentia adſequẽdi. Itaq; ad hominẽ inſequendũ mittit cũ triremi eunuchorũ fidiſſimum. qui phanem adſecutus in lycia cepit: ſed non rettulit in ægyptũ ab illo prudentia ſuperatus. Nã phanes mactatis cuſtodibus abiit in pſas. Cambyſemq; molientem aduerſus ægyptũ expeditionem: & quo pacto celerius aquis loca tranſmitteret ambigẽtẽ adiit: Eiq; cum alias amaſis res expoſuit: tum vero quæ ad trãſmittendum pertinebant ſuadens ad regem arabum mitteret oratum: vt ſibi tutum præberet tranſitum. Hac enim dũtaxat paret ingreſſus in ægyptum. Nã a phœnice vſq; ad montes cadytis quæ eſt vrbs eorum aſſyriorum: qui nunc palæſtini vocantur:

Cãbyſes cur in ægyptũ.

Caſſandanes Pharnaſpes.

Perſarum reges qui.

Caſſandanes

Phanes vir præſtans.

Phanes ad Cambyſem.

Cadytis vrbs

Icnyſus. a cadyti (Vt mea fert opinio) nõ minore vrbe q̃ ſardis emporia ſecundũ mare vſq; ad vrbẽ icnyſum arabicæ ditionis eſt ab vrbe icniſo rurſus ſyriacæ vſq; ad locũ ſerbonitidis: iuxta quẽ caſius mons pertingit ad mare a ſerbonitidis lacu: in quo ſe Typhon fertur occultaſſe: deinceps iã ægyptus eſt. Hoc tũ intercapedinis inter vrbẽ icnyſum: & montẽ caſiũ & lacũ ſerbonitidis non exiguus tractus eſt: ſed itineris inſtar triũ dierũ vehementer aridus. Verũ quod pauci eorũ qui in ægyptũ nauigant notũ habent: hoc dicere. Ex oĩ græcia: & præterea ex phœnice portatur in ægyptũ bis quot annis vas fictile vini plenũ: & tñ ibi ne vnũ qdẽ nũero (vt ſic dicã) vas vinariũ fictile aſpici vacuũ põt. Vbinã (dicat aliquis) hæc vaſa cõſumũtur? Hoc quoq; ego depromã. Præfecti prouinciarũ neceſſe habent ex ſua quiſq; vrbe collegere vaſa teſtacea: q̃ mẽphim portentur. Eadẽ e mẽphi alii aqua impleta portare in hæc arida ſyriæ loca. Ita hydriæ ſu peruenientes in ægypto ſumptæ ad veteres in ſyriã portantur atq; hunc in modũ: quem dixi aqua contracta perſæ fuerũt: quã hoc ingreſſu adparato q̃ celerrime ægypto potiti ſunt. Sed tũc cũ in expedito aqua nõ eſſet: Cãbyſes audito hoſpitis halicarnaſei cõſilio miſſis ad regẽ arabũ nunciis tutum iter præcatus optinuit data adceptaq; inuicẽ fide. Arabes ſeruant fidẽ inter homines vt qui maxime quã hunc in modũ dant. Quoties fœdus inire volunt aliis quidã medius inter vtrũq; ſtans acuto lapide ferit volã iuxta maiores digito ipſorũ: qui fœdus ineunt. Deinde ſumpto flocco ex vtriuſq; veſtimento inũgit eo ſanguine ſeptẽ lapides in medio poſitos inter inungendũ inuocans Dionyſiũ & Vraniã. Hoc acto idẽ qui fuit ſequeſter fœderis inter amicos cõtrahendi vadatur hoſpitẽ aut forte ciuẽ: ſi cũ ciue res agitur. Quod fœdus & ipſi qui amicitiã cõtraxerunt ſeruare iuſtũ cenſent. Dionyſiũ: quẽ Oratal: & Vraniã q̃ Alilat adpellant ſolos deos eſſe arbitrantur. Et quẽadmodũ Dionyſiũ ita puellarũ capillũ tondere aiunt. Tondentur autẽ in rotũdum tẽpora ſubradentes. Igitur poſtq̃ fœdus cũ nunciis iniit arabs talẽ rem cõmentus eſt. Camelos oẽs poſteaq̃ vtribus camelinis aqua completis onerauit: egitq; ad loca humore carentia. Ibiq; Cambyſis exercitũ pſtolabatur. Ex his quæ narrantur hoc qđ dixi propius fidẽ eſt: tñ qđ minus credibile eſt: quãdoquidẽ cõ memorantur: cõmemorare debeo Eſt magnũ in arabia flumen nomine corys: exiens in mare quod dicitur rubrũ. Ab hoc flumine fertur arabum rex canalẽ ex bouinis: aliiſq; crudis coriis

Typhon.
Lege ſtrabonẽ in duodecimo & ſextodecimo cõmentariis.
Arabũ fides.
Fœderis rit⁹
Dionyſius.
Oratal.
Vrania.
Alilat.
Corys flum⁹.

consuetū tanta lōgitudine produxisse: vt ad loca arida: & per il
lum aquā pduceret. Inq; ipso arido solo ingentes cisternas fo-
disse: qua recepta aqua potum suppeditarent: & cū sit a flumi-
ne ad terrā aridā duodecim dierū via per tres aquæ ductus in
totidē partes aqua deduxisse. Apud nili autē ostiū quod dicit Psammenit⁹.
pelusiū habebat castra Psammenitus Amasis filius cābysem o- Amasis anni
periens. Nā amasim Cābyses in æpgyptū progressus nō viuū
nactus est: sed defunctū cū quattuor & quadraginta annis re-
gnasset: per eos nihil admodū calamitatis expertus defunctu s-
q; & sale conditus est: & in sepulchris q̄ ipse ædificauerat situs
intra tēplū. Sub ei⁹ filio psammenito maximū extitit ægyptiis
portentum. Apud thebas ægyptias quod neq; prius vnq; neq; Portētum
postea ad meā vsq; ætatē cōtigit (vt ipsi thebani aiunt) pluit. Apd thebas
Thebis tñ tūc pluit guttis. Perse vbi siccanea peragrauerūt sub egyptias ma
sedere vicini ægyptiis tanq; iā cōgressuri. Ibi ægyptiorū auxi- ximum.
liarii græci & cares phani q externū in ægyptū abduxisset infē
si hoc rei in illū sunt machinati. Filios q erant a phane relicti in Phanis filio-
ægypto in castra perducūt: atq; in cōspectū patris posito i me rum obtrun-
dio duoꝝ exercituū cratere: dehinc productos singulos puero catio.
rū super craterē obtrūcauerunt. Omnib⁹ interfectis vinū & a-
quā in cratere itulerūt. Quo sanguine epoto auxiliares ita cōfli
xerūt. Aeri p̄lio cōmisso pq̄ multis vtrinq; cadētib⁹ in fugā ver
tuntur ægyptii. Ibi ego rē mirandā vidi ab indigenis edoctus
Ossa eorū qui in aciē ceciderunt cū iacerent fusa vt ab initio di
stincta fuerant seorsum erant persarū deorsum ægyptioꝝ. Sed Persarū capi-
persarum capita adeo fragilia sunt. vt si velis ferire vel solo cal ta fragilia
culo perforare possis. Aegyptiorū autē ita firmat vt ea vix ictu Aegyptiorū
lapidis elidas. Cuius rei causam hanc illi reddebant. facile mi- capita firma.
hi persuadentes q; ægyptii statim a pueris radere capita incipi Aegyptiis
unt: & os capitis ad solē redditur compactū. Quæ eadē causa ē cur capita fir
non caluescendi. Nā ex omnibus hominibus pauciſſimos quis ma sint.
ægyptios caluos videat. Cuius rei hoc causæ est: q; robusta ca-
pita gestāt. Ac persis cur fragilia sint capita: id in causa est: q; a Persis cur ca
principiis imbuūtur operire capita gestātes pilea tiaraſq; hæc pita fragilia
ego huiusce modi ossa vidi. Vidi itē alia istis similia in papremi sint.
eoꝝ: qui vna cū Achæmene Darii ab inaro aphro sunt cęsi Ae- Aegyptiorū
gyptii quoq; postq̄ ex acie terga dederūt: nullo ordie fugā capes fuga.
sūt. Ad quos cū se recepissēt mēphi misit Cābyses aduerso flu-
mie naui mitylenæā cū caduceatore viro psa q illos ad deditio
nē hortaret. Isti vbi nauim aduētare mēphim vidēt: frequentes

ex vrbe effusi nauim corrũpunt. Virosq; frustatim dilaniatos in opidũ adferunt. Et ægyptii quidẽ polt hæc obsessi aliq̃diu resistituerunt. Aphri vero id aiaduertentes easdẽ sibi quæ ægypto contigissent veriti sese citra pugnã dediderunt tributũq; inter se partiti dona miserunt. Cyrenæi quoq; ac baracæi itidẽ vt aphri timentes similia & ipsi fecere. Cãbyses munera q̃ ab aphris venere per benigne adcepit: q̃ autem a cyrenæis succensens vt opinor q̃ exigua erant: quingentas. n. minas argenti miserant: has sua manu prehensas dispersit in milites. Decimo die quam muros mẽphis cepit Cãbyses psammenitũ ægyptiorũ regẽ: q sex omnino regnabat annos: deposuit in suburbanis ignominiæ gratia cũ ægyptiis aliis: vt eius animũ experiretur. Hoc facto filiam illius veltitu seruili circũdatam cum hydria ad aquã omisit: & cũ ea similiter indutas alias quas delegerat primorũ virorũ filias virgines: quæ vbi ad patres peruenerunt cũ eiulatu ploratuq; ceteri quidẽ patres cõspectis filiabus tam male adceptis vicissim vociferati sunt atq; fleuerunt. Psammenitus autẽ intuens atq; intelligens humi vultũ demisit. Prætergressis puellis aquam ferentibus secundo loco Cãbyses ante oculos psammenitι misit filium eius cũ duobus milibus ægyptiorũ æqualis ætatis vinctas fune ceruices & frenata ora habentibus. Ducebãtur autẽ luituri pœnas his mitylenæis qui cũ naui fuerant ad mẽphim obtruncati. Ita enim censuerant regii iudices pro singulis suorum interfectis: denos primorum ægyptiorũ interficiendos. Psammenitus prætereuntes intuens & filiam animaduertens duci ad mortẽ aliis ægyptiis: qui circũsedebãt cõploratibus: atq; indigne ferentibus ipse idẽ quod erga filium fecit. His quoq; prætergressis adcidit vt quidam cõpotorũ eius iam natu grandior pristinis bonis delapsus ac nihil habens nisi quæ inops mendicabat obiret exercitũ nec nõ psammenitum alios q; ægyptios in suburbanis considentes. Quẽ vt conspexit psammenitus erũpente ingenti fletu cõpellans nomine amicũ caput suum cædebat. Aderant autem ei obseruatores q vt quicq; ab illo fiebat ex omni viarum exitu cãbysi renunciarent. Ea quæ fiebant admiratus. Cãbyses missο nũtio psammenitum percõctatus est. Inquiens psammenite herus te Cãbyses interrogat q̃obrem tu qui visa filia idigne adfecta: viso filio ad mortẽ eunte: neq; eiulasti: neq; fleuisti pauperẽ tanti feceris (tibi vt ab aliis audiuit) nõ propinquum. & Cãbyses quidẽ ita interrogauit. Psammenitus autẽ his verbis respondit. Fili Cyri do-

Aphri

Cyrenęi. Baraceί.

Psammenit⁹ rex depositus.

Domestica

Amici lamẽtatio.

Filios obit⁹.

meſtiea mala erant maiora q̃ vt poſſem ea deflere. At lamẽtatio amici digna lachrymis fuit: qui e multis ac fortunatis opib⁹ ad inopiam recidit in extremo limine ſenectutis. Hæc vbi reſponſa ab hoc renunciata ſunt viſus eſt illis pſammenitus (vt ab ęgyptiis fertur) recte reſpondiſſe: Croeſuſq; dicitur illachrymaſſe item qui aderant perſæ. Ipſiq; Cãbyſi miſerationẽ ſubiiſſe vt p tinus iuſſerit & filiũ ex his qui morti adducti eſſent liberari: & patrem e ſuburbanis excitatum ad ſe perduci. Sed filiũ quidem qui adierunt non iam ſuperſtitem inuenerunt: ſed primo loco truncatũ. ipſum vero pſammenitũ excitantes ad cãbyſem perduxerunt: vbi reliquũ vitæ degit nihil violentũ paſſus qui ſi cõpertus fuiſſet: nec adfectaſſe res nouas adcepiſſet ægyptum: vt eam procuraret. Nã cõſueuerunt perſæ in honorẽ habere filios regũ: etiã ſi qui ab eis defeciſſent: tamẽ illorum filiis reſtituere principatũ. Quod eos ita facere conſueſſe cum aliis per multis poteſt probari documentis: Tũ vero hoc q̃ ithãnyra inari aphri filius recepit: quẽ pater obtinuerat principatum: q̃q; Pauſiris Amyrthæi filius & ipſe paternũ recuperauit imperiũ. Nec ipſis inaro & amyrthæo q̃q̃ amplius a perſis irrogatũ eſt. Nũc pſammenitus male cogitans mercedẽ adcepit. Nam cũ ad defectionẽ ægyptios induxiſſet: captus eſt: ac deinde a Cambyſe conuictus e poto cruore taurino confeſtim expirauit: atq; hũc in modũ iſte deceſſit. Cãbyſes autem e mẽphi i vrbẽ ſaim abiit animo faciendi quæ fecit. Et enim ſimul atq; in ædes Amaſis i greſſus eſt imperauit cadauer Amaſis e conditorio adferri. Deinde prolatũ verberibus cædi ac vellicari: & ſtimulis pungi: oi deniq; contumelia infeſtari. Quod facientes poſtq̃ defatigati erant. Nam cadauer (vtpote ſallitum) reſiſtebat: nec quicq̃ omnino elidebatur iuſſit cremari: haud quaq̃ ſancte iubens: quia p ſæ deum eſſe ignẽ arbitrantur: & apud neutros moris eſt crema re cadauera. Perſas quidẽ propter id quod dictũ eſt: quia nefas eſſe aiũt deo depaſci cadauere hoſs. Aegyptios autẽ q̃a pſualũ habent ignẽ animatam beluã eſſe & omnia quę naſcuntur deuorare: & poſtq̃ deuorando fuerit expleta vna cũ ipſa re deuorata emori Ideoq; nõ eſſe apud eos cõſuetudinẽ mortuũ beluis tradendi. ſed ſalliendi tum ob id: tum ne humatus deuoretur auer mibus. Ita neutris probatam rem iuſſit agi Cãbyſes. Quãq̃ (vt ipſi aiunt ægyptii) non amaſis fuit qui ita paſſus eſt: ſed alius q̃ dam ægyptius eadẽ quã amaſis ætate: quẽ perſæ amaſim arbitrãtes vexauerũt. Memorãt. n. Amaſim cũ ex oraculo auduſſet q̃

Pſammenit⁹ apũd Cãbyſẽ.

Ithãnyra inarus.

Pauſiris amyrthæus.

Pſammeniti mors.

Amaſis cadauer.

Ignis deus.

Cadauera cur non cremabantur.

circa ſe defunctum futura eſſent: hoc modo rei venturæ medẽ dũ putaſſe: vt eũ hominẽ qui flagellatus eſt: ad poſtes ſepeliret extra conditoriũ ſuũ: ſe autẽ in cõditorii q̃ intimo receſſu collocari filio mandaret. Mihi tñ nõ videtur hæc ab initio amaſis fuiſſe mandata de ſua & alterius hominis ſepultura: ſed alias ab ægyptiis adornata. Secũdũ hæc cãbyſes cõſtituit trifariũ mouere bellum aduerſus carthaginienſes aduerſus ammonios ad uerſus ammonios aduerſus æthiopes macrobios .i. longænos qui aphricã ad auſtrale mare incolunt aduerſus quidẽ carthaginienſes nauticis copiis. aduerſus autẽ ãmonios peditatu. Aduerſus vero æthiopes prius exploratores mittendos per ſpeciẽ dona ferendi illoꝝ regi ſpectatũ illic menſam. Solis nũquid re vera eſſet: ſimulq; res æthiopicas exploratũ Solis menſa talis eſſe memoratur. Eſt in ſuburbanis pratũ omniũ quadrupedum aſſa refertũ carne: q̃ per noctẽ ſinguli ciuium magiſtratus properant ponere: ad eãq; vbi illuxit cuilibet epulatũ licet adcedere. Hæc ipſa terra reddi aſſidue indigenæ aiunt Et menſa quidem (q̃ ſolis vocatur) talis eſſe fertur. Cãbyſes autẽ vbi ſtatuit ſpeculatores dimittere continuo ab vrbe elephantina adcerſit ex ictyophagis: ideſt piſce veſcẽtibus maxime gnaros ęthiopicæ linguæ. Vſq; dum iſti veniunt. Interea nauales copias carthaginem verſus nauigare iubet. Verũ hæc executuros ſe phœnices negauerunt. Eſſe enim magno cum illis iureiurãdo ſe deuinctos. Præterea non facturos ſancte ſi aduerſus liberos ſuos militarent. Nam cęteri phœnicibus ire recuſantibus ad pugnãdum haud idonei erant. Ita carthaginienſes quo minus in ſeruitutẽ perſarũ redigerentur euaſerunt: quoniã Cambyſes haud æquũ ducebat vim adferre phœnicibus: q ſeipſos pſis dediderant: & ex qbus nauticus ois cõſtabat exercitus. Cyprii quoq; qui aduerſus ægyptũ in militia erant: ſeſe & ipſi dederant. Cãbyſes poſteaq̃ ex vrbe elephantina aduenerunt Ichthyophagi eos ad æthiopes miſit iuſſos cũ ea dicere q̃ oporteret. tũ dona ferre amiculũ purpureũ aureũq; torquẽ tortilem: & armillas ac vnguẽti alabaſtrũ: cadũq; vini phœnicei. Aethiopes hi: ad quos miſit cãbyſes ferunt eſſe maximi oĩum hoĩum atq; pulcherrimi: diuerſiſq; vti a cæterorũ hominũ ritibus cũ aliis: tum vero hoc circa regnũ q; quẽ e popularibus maximũ pro magnitudine validũ iudicant: hunc regẽ deligendũ cenſent. ad hos itaq; viros Ichthyophagi venerũt offerenteſq; regi munera: ita locuti ſunt. Cãbyſes perſarũ rex cupiẽs amic⁹ tibi fieri atq; hoſpes

Ammonii Aethiopes Carthaginienſes.

Macrobii populi.

Solis menſa.

Ichthyophagi.

Phœnices. Cyprii.

Cãbyſis dona ad regem æthyopũ macrobiorum.

nos misit iubēs vt i colloquiū tuū veniremus tibiq; hæc dona daremus: quoꝝ ipse vsu maxime delectat. Ad hos æthiops gnarus ad speculandū veniſſe talia respondit. Neq; rex persarū vos ideo cū donis misit q; magnificiat hospitiū meū neq; vos vera loquimini. Quippe qui ad explorandū nostrū imperiū venistis: neq; iustus ille vir est. Si. n. iustus foret nō alienā regionem adfectaret sed esset sua contētus nec hoies (a quibus nihil laces situs ē) in seruitutē redigeret. Ei nūc vos hūc arcū date ita dicentes. Rex æthiopū regi psarū cōsiliū dat qñ psæ tā facile tra hent tāta magnitudine arcus: tūc aduersus macrobios æthiopes cū maioribus copiis moueat bellū. Interi diis grās habeat q nō inducūt in mētē filiis æthiopū: vt p̄ter suā velint aliā cō parare regionē. Hæc locutus arcū laxauit eisq; qui venerāt dedit. Tū sumpto purpureo amiculo rogauit: quidnā esset: & quo modo cōfectū: & cū ichthiophagi veritatē de purpura: deq; tinctura dixissent: doloſi inqt hoies dolosa sunt vestimenta. Scdo loco de auro sciscitatus de tortili monili atq; armilis ornatum eius rei exponētibus ichthyophagis risit atq; existimans vinculā esse inquit robustiora apud se vincula eē. tertio sciscitatus vnguentum cū illi de cōfectura: vnguentiq; rationē dixissent: idē dixit: qđ de vestimento. Vbi ad viuū peruenit: eiusq; cōficiendi rationē audit: maiorē in modū delectatus potu. Percōctat⁹ est qbusnā rebus vesceretur rex: & qđ longissimū tēpus a viro persa viueretur. Isti dixerunt vesci regem pane exponentes tritici naturā: perfectissimūq; diu viuendi spatiū homini persæ p̄ponī octoginta annos. Ad hæc æthiops nihil se mirari (inqt) si stercore vescentes paucis viuerent annis. Nā ne tot quidē annis victuros: nisi hoc potui adceptum referrēt. Adfirmantibus ichthyophagis ita esse de vino. hoc .n. ipsos persis subdidisse. Interrogat⁹ vicissim rex ab ichthyophagis de vita & victu plerosq; e suis ait ad centū viginti annos peruenire; nōnullos etiā hoc ætatis trāscēdere: cibū eis esse carnē coctā & potū lac: & cū speculatores de numero annoꝝ mirarētur: ad fontē quendā eos deduxit: in quo loti efficiuntur pinde atq; inuncti violā olentes: eā aquā aiebant exploratores adeo inualidā: vt in ea nihil innatare posset ne lignū quidem & q̄ leuiora sunt ligno: sed omnia pessum ire in profundum. Hæc aqua si vere apud illos est qualis cōmemoratur. ideo Macrobii: idest lōgeui existūt: q; ea semper vtūtur. Deinde a fonte rex istos ad carcerē deduxit: vbi viri omnes aureis vinculis erant adligati. Est. n. apud hos

Iusti officiū.

Prouerbialis sentētia dolosi hoies dolosa & eorum vestimenta.

Persarū anni & victus.

Aethyopum anni & victꝰ.

Fons violā olens.

Macrobii cur longeui.

Aes apud æthiopes p̃cioſiſſimũ.

æthiopes omniũ rariſſimũ ac precioſiſſimũ æs. inſpecto carcere exploratores inſpexerũt & menſam: quę dicitur Solis. Poſt hanc ad extremũ inſpexere eorũ ſepulchra quę dicũtur e vitro eſſe conſtructa hunc in modũ. Poſteaq̃ mortuũ ſiue ægyptiorũ: ſiue aliorũ more arefecerunt totum gypſo inducunt: picturaq; exornantes repręſentãt quoad poteſt effigiẽ eius. Deinde cippum ex vitro: quod apud illos multũ eſt & facile effoditur circũdant: in cuius medio mortuus interlucet nihil neque odoris ingrati: neq; fœditatis vlli⁹ exhibẽs: ſed omnia ipſi illi mortuo ſimilia habẽs. Hunc Cippũ maxime ꝓpinqui intra ædes annũ tenẽt offerẽtes ei omniũ rerũ primicias hoſtiaſq;. Anno exacto efferũt: circaq; vrbẽ ſtatuũt. Omnibus exploratores inſpectis reuerſi ſunt: q cũ iſta renũciaſſent Cãbyſi: cõtinuo ira ꝓcitus aduerſus æthiopes exiit in expeditionẽ: neq; rei frumentariæ adparatu indicto: neq; ſecũ ipſo ratõe inita q; in extrema terrarũ faceret expeditionẽ: veluti veſanus nec mentis compos ſimul atq; ichthyophagos audit profectus eſt cũ omni peditatu gręcis qui aderãt illuc manere imperatis. Vbi ad thebas eſt vẽtum delegit de exercitu qnquaginta circiter milia quibus p̃cepit vt ãmonios diriperẽt. deinde oraculũ Iouis incẽderẽt: ipſe cum reliquis copiis aduerſus æthiopes cõtẽdit. Sed anteq̃ qntã itineris cõfeciſſent. exercitus protinus eũ cõmeatus omnis (quẽ ſecũ habebat) defecit: mox & iumẽta ad veſcẽdũ defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyſes ſi reſipiſſet: ac retroduxiſſet exercitũ in eo qđ prius admiſerat pcõ vir ſapiẽs extitiſſet. Nũc aũt nihil penſi hñs aſſidue ꝓceſſit vlterius. Milites q̃diu qđ de terra ſumerẽt hũerũt: herbis victitauerũt. At vbi ad ſabulõ puenere: ibi nõnulli dirã rẽ perpetrauerũt. nam ſortiti ex ſeipſis decimũ quẽq; comederũt. Id audiẽs Cãbyſes veritus ſuorum mutuã depaſtionẽ intermiſſa aduerſus æthiopes expeditione retro rediit: thebaſq; peruenit multis de exercitu amiſſis. Et cũ e thebis deſcẽdiſſet memphin græcos miſſos fecit vt illinc enauigarẽt: & exercitus quidẽ aduerſus æthiopes ita geſſit. Copias autẽ q̃ aduerſus ãmonios miſſæ erãt e thebis mouẽtes itineris duces ſequebãtur: ac niſi ſunt vſque dũ ad vrbẽ Oaſim puenerunt: quã incolũt ſamii hi qui ferũtur e tribu æſchrionia eẽ ſeptẽ dierũ per harenas itinere diſtãtẽ a thebis q regio vocaꝛ lingua græca macaron neſi. i. beatoꝝ inſulæ. In hunc locũ dicitur perueniſſe exercitus. Deinceps qđ de eo actũ ſit p̃ter ãmonios & eos q ab his audierunt: nulli alii quicq̃ hñt dicere. Nã neque

Vitrea ſepulchra.

Imprudẽs ac temeraria expeditio.

Ammonii.

Fames in homines.

Oaſis vrbs.

Beatorum inſulæ.

ad ammonios peruenerũt: neq; retro reuerterũt. Ab ipſis autẽ ammoniis id demũ fertur cũ illi ex vrbe daſi per harenã iter faceret. Iãq; medio fere ſpatio inter oaſim & ãmonios prãderẽt; Ingruiſſe magnũ ac validũ auſtrũ: & ingeſtis harenæ cumulis eos obruiſſe: atque hunc in modũ illos e cõſpectu ſublatos. Ita actum eſſe de hoc exercitu: ammonii memorant. Cambyſe mẽphi regreſſo apis quẽ græci vocãt Epaphon adparuit. Aegyptii vbi apis extitit veſtimẽta quã pulcherrima ferre: & celebrãdo feſto operã dare. Id tunc faciẽtes ægyptios Cambyſes intuẽs: ratuſq; ob res a ſe male geſtas prorſus illos eſſe in his gaudiis p̃poſitos: adcerſit mẽphis: quos vbi preſto fuerunt: interrogat qd ita cum antea ſe apud memphi agẽte nũq; aliquid tale feciſſent: nunc id facerẽt. Poſtea q̃ ipſe rediiſſet parte copiarum amiſſa. Illi dicere dum ipſis deus adpareret (Longo autẽ tẽporis interuallo adparere ſolitum) tunc omnes ægyptios ſolẽnẽ celebrare lętitiam. hæc vbi audiit Cambyſes mentiri eos reſpõdit: ac tanq̃ mentientes morte mulctauit his interemptis iuſſit ſacerdotes in cõſpectu venire. Quibus eadẽ referentibus dixit. Si quis deus manſuetus ad ęgyptios veniret fore vt ſe nõ lateret. hactenus locut⁹ iuſſit ſacerdotes adducere Apim. Illi ad eũ adducendum perrexerunt. Eſt autẽ hic Apis idẽq; Epaphus e vacca genitus: quæ nullum dum aliũ poteſt cõcipere fœtũ: quã ægyptii aiunt fulgure ictam cõcipere ex eo apim. habet hic vitulus qui adpellatur Apis hæc ſigna. Toto corpore eſt niger: in frontem habens cãdorem figuræ quadratæ. In tergo effigiem aquilæ: cantharum in palato: duplices in cauda pilos. Poſteaq̃ Apim ſacerdotes adduxere. Cambyſes veluti vecordior: educto mucrone cum vellet ferire ventrem: femur percuſſit: cachinanſque ad ſacerdotes inquit. O capita nequam huiuſcemodi dii exiſtunt ſanguine atque carne præditi: & ferrum ſentientes: dignus nimirũ ægyptiis hic deus. Nos certe ludibrio habuiſſe non iuuabit. Hæc locutus imperauit his: quorum numerus erat vt ſacerdotes quidẽ flagris cæderent. Aegyptios autẽ (vt quẽque feriantem adipiſcerẽtur) occiderent. Ita feſtũ ſolutum eſt. Sacerdotes mulctati: Apis ſauciatus femur in templo iacẽs extabuit: quẽ e vulnere extinctum cumulauere ſacerdotes clã Cãbyſe. Ob hoc ſcelus (vt ægyptii aiunt) cõtinuo Cambyſes inſaniit cum ne compos quidẽ mentis fuiſſet exorſus primũ perpetrare facinus in Smerdi ex eiſdem ſibi parentibus fratrẽ: quẽ ex ęgypto remiſerat in perſas liuore cõmotus q̃ ſolus ille per-

Daſis vrbs.

Obruti harena.

Apis.

Trogus Herodoto diſſẽtiẽs hęc non ſic ſcribit.

Epaphus.

Apidis ſigna.

Cambyſes in Apim.

Smerdis fratris Cambyſis frater.

Trogus & Iuſtin⁹ q ei⁹ ſcti pſit hiſtoriã nõ ſmerdim ſed mergidẽ cambyſis fratrẽ adpellãt.

Cambyſis ſomniũ.

Præxaſpes ab Iuſtino nõ adpellat: ſed comaris.

Cambyſis ſoror.

Perſarum iudices.

Perſarũ iudicium callidi-tas.

Cãbyſis ſoror occiſa.

Fratri fratrẽ debere opitulari vel feræ oſtendunt.

ſarũ arcũ (quẽ Ichyophagi ab Aethiope adtulerant) ad duos digitos traherẽt: qđ nemo alius e perſis poterat: Smerdi in pſidẽ ꝓfecto hãc vidit in ſomnis Cãbyſes viſionẽ. Nũcius qđã e perſis veniẽs ei nũciare eſt viſus Smerdim in regio ſedentem ſolio cœlũ cõtingere vertice. Ob id Cãbyſes ſibi metuẽs ne ſe necato a fratre occupareť imperiũ: mittit in pſas ad illũ interimẽdũ Præxaſpẽ ſibi ex omnibus pſis virũ fideliſſimũ. Hic vbi ſuſa cõſcẽdit Smerdim neccãdũ curauit (vt quidã aiunt) cũ eũ eduxiſſet venatũ: quidã inquiũt cũ ad mare rubrum ꝓduxiſſet ibi eum demerſiſſe. Et hoc quidẽ initium ſcelerũ Cãbyſis extitiſſe. Secundũ autẽ ſcelus ſororis necationẽ in ægyptum eũ ſecutæ: q̃ ex eiſdẽ parẽtibus erat ſoror atq; eadẽ vxor: q̃ hunc in modum adceperat vxorẽ. Cum antehac perſæ ſorores in matrimoniũ adcipere nequaq̃ cõſueuiſſent: Cãbyſes vnius ſororꝭ amore captus: cupiduſq; deinde ducẽdi illã vxorẽ cũ propter rei inſolentiã laboraret efficere: adcerſiit eos: qui regii iudices nominãtur. Fiunt autẽ delecti e perſis viri: ſuntq; perpetui niſi delicti alicuius cõperti fuerint. Iſti apud perſas ius dicũt: & legũ patriarum ſunt interpretes: & ad eos omnia referũtur. Hos Cambyſes percõctatur nũ qua lex ſit: quæ ſinat volentẽ cũ ſorore cõtrahere matrimoniũ: iudices & iuſte & ingenue reſpondentes negant vllã ſe inuenire legẽ: quæ ſinat fratri nubere ſororẽ. Quãdam tamẽ inuenire legẽ qua liceat regi perſarum facere quicquid libeat. Ita neque legẽ abrogarũt metu Cambyſis: & ne legẽ tuentes ipſi perirent: aliã inuenerũt adiutricem eius qui ſororẽ in matrimoniũ ducere velit. Tũc itaq; Cambyſes eã q̃ dixi adcepit vxorem. Aliquãtoque poſt & alterã. Harũ iuniorem quę ipſum cõtra ægyptum comitata eſt interemit. Cuius mors quemadmodũ illa ſmerdis anceps refertur. Nã græci quidem aiunt dũ Cambyſes duos catulos alterũ leonis: alterũ canis cõmittit: hanc interfuiſſe ſpectaculo: & cũ a leonculo catulus ſuperaretur: alterum catulum huius canis fratrem abrupto loco ſuperueniſſe. Et cũ duo eſſent ita ſuperiores leonculo extitiſſe. Et Cãbyſi dum id cernit capiente voluptatẽ hanc ei adſidentẽ illachrymaſſe. Eare animaduerſa Cambyſem interrogaſſe quidnã lachrymaretur: & mulierem dixiſſe ſe viſo catulo ſuppetias fratri ferente. Ideo flere q; ſubierit memoria ſmerdis cuius ſciret neminẽ fore vltorem. Ob hoc dictum græci illam a Cambyſe fuiſſe interemptam memorant. Aegyptii vero ob id q; cũ ad menſam diſcumberetur mulier lactucam ſumpſit eiuſ-

que decerptis foliis virum interrogauit vtrum diſcerpta lactuca an denſa pulchrior foret: & cum hic reſpondiſſet denſa hãc (inqt) lactucam aliquando imitatus es: qui Cyri domum denudaſti. Ibi Cambyſem indignatione percitum inſiliiſſe calcibus in prægnantem eãque Ab ortu edito deceſſiſſe. His rebus Cambyſes in præcipuos domeſticorum inſaniebat: ſiue id propter Apim: ſiue aliunde. qualia multa in rebus humanis mala cõtingere conſueuerunt. Etenim fertur cambyſes ab ipſis natalibus grandi laboraſſe morbo quem quidam ſacrum nominant. Vt haud ab re fuerit cuius corpus magna ægritudine inualidum eſſet eius ne mentem quidem ſanam fuiſſe. Atque in alios quoque perſas inſaniſſe veluti in Præxaſpem: quem præcipuo honore proſequebatur: & a ſecretis hoc eſt qui ad eum nũcios perferebat: & cuius filius Cambyſis vina miſcebat: qui honos & ipſe non paruus eſt. Ad hũc fertur dixiſſe Cambyſes. Quẽnam virum perſæ me eſſe cenſent. aut qualem de me ſermonem habent. Et iſte ei reſpondiſſe. Here cætera quidẽ omnia in te magnis laudibus ferunt ſed nimis te vino deditum aiũt eſſe. Hæc Præxaſpes de perſis reſpondit. Quibus ille indignatus Siccine (inquit) perſę me aiũt vino deditum deſipere: nec mentis eſſe compotẽ. Ergo in eo qđ prius dixerũt nõ veri fuere. Nã ſenatum perſarũ (cui intererat Crœſus) aliquãdo interrogarat Cãbyſes qualis ipſe videreť eſſe vir ad patrẽ Cyrũ adæquandũ: & illi reſpõderãt eũ patre eſſe põſtantiorẽ: q & omnia illius haberet & ægypti ac maris adeſſionẽ adieciſſet. Hæc quidẽ perſæ dicebãt. Sed Crœſus qui aderat diſplicẽte ei quæ dicebatur ſententia ad cambyſem inquit. Mihi tu quidẽ Cyro genite nõ videris adæquandus eſſe patri: quippe cui nondũ eſt filius qualẽ ille te reliquit. Hoc auditu Cambyſes delectatus Crœſi ſentẽtiam adprobauit. Quorum nunc reminiſcens ad Præxaſpẽ iratus inquit intellege nunc ipſe per te nunquid perſæ vera dicãt: an hæc dicentes ipſi deſipiant. Nam ſi filii tui qui in veſtibulo ſtat medium cor non fruſtrato ictu percuſſero. Conſtabit nihil eſſe quod perſæ dicunt. Sin aberrauero. Conſtabit perſas vera loqui: & me eſſe intemperantem. Hoc locutus intendit arcum puerũque percuſſit. Atque eum collapſum iuſſit diſcindi & inſpici ictum. Cũque in corde ſagitta eſſet inuenta ob id lætabũdus atque cachinnãs ad patrẽ pueri inquit. Præxaſpes facta tibi eſt fides nõ me inſanire ſed pſas. Verũ nũc mihi dicito quẽnã ex omnib⁹ hoĩbus tã noſti ita ad deſtinatũ emittere ſagittas

Lactucæ cõparatio.

Multa in rebus humanis mala.

Morb⁹ facer.

Cambyſis inſania.

Præxaſpes.

Cãbyſes vino deditus.

Crœſus ad cambyſem.

Præxaſpis filius ſagitta ictus.

præxaſpes hominem aduertens eſſe veſanũ: & in ipſum quoq; inſanientẽ. Here (inquit) ego ne deũ quidem arbitror tã probe percutere: & tunc quidem hoc perpetrauit: Altero die duodecim perſas primoribus pares ob nullius momenti cauſam necauit viuos in caput defodiens. Hæc eũ facientẽ crœſus lydus ſtatuit his verbis admonendũ. Rex cuncta noli ætati atq; iræ indulgere: ſed cohibe & cõpeſce teipſum. Cõducit tibi te prouidum eſſe: & ſapientis eſt proſpicere. Tu vero viros interficis tuos populares ob nullius momenti cauſam: interficis pueros. qualia ſi multa facies: conſidera ne abs te deficiant perſæ. Enim uero pater tuus Cyrus etiã atq; etiã mandans mihi præcepit te cõmonefacerẽ ſubiiciendo quicquid boni cõperirem. Hoc illi Crœſus beneuolentiã præ ſe ferens conſulebat. Ad quẽ Cãbyſes reſpondens etiã mihi tu (inquit) dare conſiliũ audes tanq; bene aut tuã ipſius patriam adminiſtraris: aut patri meo conſulueris iubens eũ traiecto flumine araxe tendere aduerſus maſſagetas: cũ illi vellent tranſire in terrã noſtrã. Immo & te ipſum male præſidentẽ patriæ tuæ: & cyrum tibi credentẽ perdidiſti ſed ob id nequaq; gauiſurus. quia olim iã debebã captare in te occaſionẽ. arcũ corripiebat tanq; hominẽ confixurus. At Crœſus curſu ſe foras proripuit. Hic vbi non habet in quem telũ dirigat: mandat miniſtris vt illũ cõprehendentes interimant. Miniſtri qui mores eius noſſent. Crœſum abdiderunt hac ratione vt ſi Cãbyſes facti pœnitens requireret Crœſum: eo producto donis adficerẽtur: qđ illum ſeruaſſent. Si nõ pœniteret nec deſideraret: tunc hominẽ interficerent. nec ita multo poſt cũ Cãbyſes deſideraret Crœſum: miniſtri hoc animaduertentes enũciant ei hominem ſupereſſe. Cãbyſes ſe quidẽ inquit crœſo ſuperſtite gaudere: ſed is qui illum ſeruaſſent veniã non daturum ſed mortẽ adlaturũ prout & fecit. Multa huiuſmodi tã in perſas q̃ in ſocios cũ memphi moratus eſt cãbyſes faciebat inſania Adeo vetuſta recludens ſepulchra mortuos inſpiciebat: Etiam templũ Vulcani adiens multo deriſu ſimulachrũ illius cauillatus eſt. Siquidẽ ſtatua Vulcani ſimillima eſt his diis. quos pitaicos vocant phœnices: quos in triremiũ proris phœnices circũ ferunt: quos qui non vidit ego ſic ei indicabo eſſe illos pigmęi viri imaginẽ. In tẽplũ quoq; cabyrorũ in adceſſum alteri q̃ ſacerdoti ingreſſus eſt: & quæ illic erant ſimulachra multis in ea iocatus verbis concremauit. Sunt. n. & hæc illis vulcani ſimilia: a quo ſe hi homines aiunt aſſe oriundos. Cum multa igitur

Cãbyſis crudelitas.

Sapientis eſt proſpicere.

Crœſi cautio

Pitaici Cabyri.

apud me documenta ſunt cãbyſem vehementer inſaniſſe: Tum vero illud quod alioqui non tentaſſe tẽpla legeſq; habere ludibrio. Nã ſi quis vniuerſis hominibus p̃beat facultatem optimas ex omnibus leges eligendi: profecto cunctas vnuſquiſq; rimatus ſuas eligeret. Nõ igitur credibile eſt aliũ q̃ dementẽ talia in dibrio habere. At ita de ſuis quẽq; legibus ſentire. Licet cũ aliis cõiecturis colligere: tũ vero Darius adcitos qui in ſua ditione erant græcos perconctatus eſt quanta pecunia vellent defunctis parentibus veſci. Illis negantibus vlla ſe pecunia hoc eſſe facturos. Darius dehinc græcis præſentibus: & q̃ dicebantur per interpretẽ diſcentibus interrogauit eos indos q̃ calatiæ nominantur: qui veſcuntur parentibus quantũ adcipere pecuniarum vellent. vt patres defunctos igne cõburerent. Indi vehementer reclamantes meliora illi nominari iubebant. Atq; ita moribus cõparatum eſt rectecq; mihi videtur Pindarus feciſſe vt diceret morẽ omniũ eſſe regẽ. Dũ cambyſes in ægyptũ contendit: Lacedæmonii quoq; intulere bellũ ſamo & Polycrati Aeacis filio qui ſamum vi occupauerat eãq; inter initia trifariã partiturus erat cũ fratribus pãtagnoto & ſyloſonte: Quorum deinde altero necato altero qui erat iunior eiecto: totã ſolus optinebat inito fœdere cũ amaſi rege ægypti: cũ quo hoſpitiũ habebat mittẽs munera vicitſſimq; adcipiẽs: breuiq; ſtatim tẽpore res eius adeo profecerunt: vt per ioniã certãq; græciã celebrarentur. Quocũ q; enim bellũ intulerat cuncta ei proſpere cedebant: cũ haberet centum biremes: mille ſagittarios inuadens omnes ſine vllo cuiuſquã diſcrimine q; diceret ſe magis gratificari amico: ſi ei quę abſtuliſſet redderet: q̃ ſi nihil adhuc auferret. Multas itaq; hic ĩſulas multa etiã in cotinente opida capiebat. Leſbios. n. cũ multis copiis opẽ mileſiis ferentes nauali prælio vicit: cepit q; qui omnem foſſam mœnia ſami ambientẽ vincti foderunt: atq; res polycratis tantopere ſecundas eſſe non latuit Amaſim: cui hoc curæ erat. Sed cũ aſſidue forent multo ſecũdiores Amaſis libellum ſamũ miſit in hæc verba ſcriptũ. Amaſis Polycrati ita inquit. Mihi quidẽ fœliciter agi cũ viro amico meo & hoſpite audire voluptati eſt: tamen tuæ magnæ proſperitates mihi nõ placent qui intelligo q̃ inuidũ nomen ſit. Quod a me adtinet malim tum meas ipſius: tũ eorum qui mihi curæ ſunt res nunc proſpere ire: & per varias fortunæ vices æuum traducere q̃ in omnibus mihi proſpere cedere: Tu itaq; mihi obtemperando hoc aduerſus proſperitates agito. Diſpice qd tibi eſt quod plurimi

Sua vnicuiq; placet lex.

Calatiæ.

Pindarus.

Polycrates.

Pãtagnotus.

Syloſon.

Res Policratis ſecũdiſſimę

Amaſis epſa ad Polycratẽ ſcitu dignißima.

Nomẽ inuidum.

Proſpera miſcere aduerſis prudētē decet.

facias: quodque amiſſum tibi maxime doleret. Id vbi inueneris ita abiicito: vt nunquam ad homines veniat. Quod ſi proſpera tua deinceps non variabuntur aduerſis medeare tu tibi ſubinde eo modo quem tibi ſubieci. Hæc cū legiſſet Polycrates: & in animū demittens tanquam bene ſibi ab Amaſi præcepta diſquirebat quodnam ſuorum ornamentorum eſſet. quo amiſſo maxima ipſe moleſtia adficeretur: atque hoc tādem quæri tādo iuenit. Erat. n. gēma ſignatoria ſmaragdus (quā geſtabat) auro incluſam opus Theodori ſamii Temecle geniti. Hanc vbi abiiciēdā ſtatuit ita abiicere libuit. Biremē cōſcēdit: eā dehinc viros qb⁹ illā inſtruxerat in pelagus educere iubet. Et poſtq̄ ab inſula ꝓcul aberat detractū ſibi ſigillū dictis qvna nauigabant inſpectātib⁹ abiecit i pelag⁹. Hoc acto renauigauit Reuerſo domū cū exiactura adficeret qnto ſextoue (q̄ hęc acta ſūt) die: hoc ei caſu euenit. Piſcator qdā captū a ſe piſcē grandē ſane: ac pulchrū putauit dignū quo Polycratē donaret: eū ad fores cū attuliſſet: dixit ſe in conſpectū polycratis irevelle: a ianitore permiſſus donās polycrati piſcē Rex (inqt) hūc ego quē cepi piſcem & ſi operis manuariis vitā tolero: tñ nō iudicaui ferendū a me eſſe in forū: ſed te tuaq̄ potētia dignū eum itaq̄ adfero tibi donoq̄. His verbis iſte delectat⁹ ita reſpōdit. Tu vero ꝓbe nec facto ſolo ſed ēt orōne apud me iniſti gratiā. Ad cœnāq̄ te vocatū volo. Hæc magnifaciēs piſcator domū abiit: piſcē miniſtri reſcindētes offendūt in ei⁹ aluo ſigillū Polycratis. Qđ vbi viderūt ſumpſerūtq̄ ad Polycratē lætabūdi q̄ celerrime ptulerūt. eoque illi reddito referebant quo pacto fuiſſet inuētum Polycrates quēadmodū res diuinit⁹ eōtigit ſingula quæq̄ a ſe geſta rettulit in libellū: & qua rōne qđ amiſerat recepiſſet. Hęc vbi ſcripſit in ægyptū miſit. Quib⁹ tabellis Amaſis plectis q̄ a Polycrate venerāt: itellexit nō poſſe pſtare hoiem vt alterū hoiem fato ipendēti eripiat vtq̄ Polycrates bene iā moreret bonā fortunā ſemp exptus: q ea quoq̄ repiret quę abieciſſet Miſſo itaq̄ ſamū caduceatore dixit ſe ius cū illo hoſpitii ſoluere. Qđ ideo fecit ne i triſtē aliquē grauēq̄ caſum incidēte Polycrate animi dolorē velut de hoſpite ipſe cōtraheret. Aduerſus hūc igit⁹ polycratē in oībus bene agentē lacedæmonii ſumpſere expeditiōnē adciti ab his ſamiis: q poſt hæc ſydoniā in creta cōdiderūt Polycrates miſſo clanculū caduceatore ad Cābyſem Cyri filiū aduerſus ægyptū copias comparantem orauit vt nuncius ad ſe in ſamum miſſis rogaret aliquid copiarum. quod audiēs Cam-

Polycratis ſmaragdus.

Theodorus ſamius.

Piſcis cum ſmaragdo.

Homo alterū fato impēdēti eripere nō poteſt.

Cum bonam fortunā ſemper exptis nō eſſe permanēdum.

Sydonia vrbs.

byſes libenter in ſamum miſit ad rogandas a polycrate nauticas copias: quę ſecum iſte mitteret in ægyptum. Polycrates delectis quos maxime ſuſpicabatur e popularibus ſuis ad rebellionem ſpectare quadraginta triremes miſit cambyſi mandans ne retro eos dimitteret: Negant quidã ſamios a polycrate miſſos in ægyptum peruenisſe: ſed cum in carpathio mari curſum tenerent: inter ſe collocutos decreuiſſe ne porro tenderẽt. Quidam aiunt peruenisſe in ægyptum: ac retentos inde fugam feciſſe: & in ſamũ redeuntes polycratẽ cum claſſe occurrẽtẽ ſuperaſſe: atq; in inſulam exiſſe ſed pugna pedeſtri cõmiſſa repulſos ita lacedæmonem nauigaſſe. Sunt qui dicant penes eoſdem ab ægypto redeuntes aduerſus polycratem extitiſſe victoriam nõ recte dicentes mea opinione. Neq; enim oportuiſſet illos adciſ ſere lacedæmonios ſi per ſe ad reſiſtendum polycrati validi erant. Præterea nec ratio dictat vt cui permulti aderãt cum auxiliarii mercede eõducti: tum domeſtici ſagittarii his a ſamiis redeuntibus numero paucis fuerit ſuperatus: cũ p̃ſertim liberi ciuium atq; vxores ſub polycrate eſſent: quos iſte inter naualia coactos tenebat: ideo paratos vt ſi hi qui ſecum erant eum redeuntibus aliis prodidiſſent: vna cum ipſis naualibus conflagraret. Poſtea q̃ ſamii qui a polycrate exacti erant: ſpartam venerunt adeuntes principes multa ſane (qualia ſupplices) commemorabant. Quibus illi primo cœtu reſponderunt eorum q̃ iſti dixiſſent priorum quidẽ oblitos eſſe ſe poſterioravero non intellegere. Secundo deinde congreſſu nihil aliud iſti dixerũt: niſi adlato panario illud pane indigere quibus iidem reſponderunt panario ſuperfuturum: Itaque opem ferendam eis cẽſuerunt: Atq; vbi rem adparauere cum exercitu in ſamũ ſe contulere referẽdæ gratiæ cauſa (vt ſamii aiunt) quia illis aliquando ſamii aduerſus meſſenios auxilio fuiſſent, vt lacedæmonii aiunt non tam quia deberent tutari ſamios q̃ vt eoſdem vlciſcerentur ob interuerſum craterem: quem Crœſo portabant: & ob thoracem ab Amaſi rege ægypti ipſis miſſum. Interceperãt enim ſamii priore q̃ craterem anno thoracem lineum quidem ſed frequentibus animalium figuris ex auro lanaq; verſicolore a ligno inter textum ob id admiratione dignũ: quod cũ inſcriptæ eius venationes eſſent exiles tñ ſingulæ in ſe habebant tricenas ac ſexagenas beſtiolas ſingulaſq; euidentes. Hoc mirum reddebat thoracem. Qualis alter eſt: quem in lindo Mineruæ idem Amaſis dedicauit. Comparauerunt itaque lacedæmonii Thorax Pictus.

exercitū aduerſus ſamum: vt corinthios quoq; ſolicitarent In quos etiã ſamiorũ extabat iniuria ætate quæ præceſſit hanc expeditionẽ circa idẽ tẽpus facta: quo crater interuerſus eſt. Nã cũ Periander Cypſeli filius ſardis ad Haliattẽ caſtrandos mitteret trecentos primoq; corcyræoꝝ liberos: corinthiiq; q illos ferebãt ſamũ adpulſi eſſent audita ſamii cauſa cur ſardis pueri ducerentur primũ edocuere pueros vt puluinar Dianæ contingerent. Deinde nõ ſinentes abſtrahi eoſdẽ e puluinari cũ prouiderent corinthii p̃bere illis alimenta: ipſi diẽ ſolẽnẽ egerũt quẽ nunc quoq; p id tẽpus celebrant: Cũ. n. nox aduenit q̃ diu pueri p̃cabantur: tãdiu exercent choros virginũ atq; adoleſcentiũ Tunc autem choros exercentes eſculenta fecerant & ſeſamo ac melle q̃ diſtribuenda ferrent: vt ea corcyr̃eorum filii rapientes alimenta haberent. Idq; eouſq; factũq; eſt dũ corinthii pueros (quos aſſeruabant) omiſſis abierũt: Ita ſamii pueros corcyram reduxerunt. Quod ſi defuncto periandro corinthiis cũ corcyræis amicitia extitiſſet: nõ ob hanc cauſam corinthii aduerſus ſamios expeditionẽ ſumpſiſſent. Nunc ab ipſa vrbe corcyrenſi a ſe condita corinthii ſemper cũ corcyræis diſcordes mutuo fuere. Huius igitur rei memores corinthii exulcerato in ſamios animo erant. Mittebat autẽ Periander ad caſtrandũ ſardis priorũ corcyræorũ delectos pueros vleiſcendi facinoris gratia quod corcyræi priores in eũ admiſſerant. Nam poſteaq̃ vxorem ſuã Melitam necauit periander: adcidit vt ad ſuperiorẽ calamitatem hæc quoq; adcederet. Erant ei ex Melita liberi duo vnus decem & ſeptẽ: & alter duo de viginti natus annos. Hos auus maternus Procles ad ſe adcitos ea proſequebatur charitate qua debebat nepotes ex filia. Quos vbi remittendos ſtatuit priuſq̃ dimitteret: Scitis (inquit pueri) quiſnã matrẽ veſtrã interemit? Hoc dictũ ei q maior natu erat nullius momenti habitũ eſt: at minori cui nomen erat Lycophroni ita doluit: vt reuerſus corinthũ patrẽ neq; prior adfatus ſit neq; adfantẽ readfari: ac ne interroganti quidẽ reſponſum reddere voluerit. Eũ periander tandẽ ſane indignatus e laribus eiecit. Quo eiecto maiorẽ natu percõctatur quænã cũ eis auus eſſet collocutus. Ille narrare vt ſe auus amãtiſſime adcepiſſet: nõ tamẽ facere mẽtionẽ dicti illius q̃ procles in eis dimittẽdis dixiſſet: qppe q̃ in mentẽ nõ admiſerat. Periander dicere nulla rõne fieri poſſe qn aliqd illis ab auo ſit ſuggeſtũ: Itaq; percõctando inſtare. Tunc adoleſcens in memoriã redigẽs. Id quoq; dictũ fuiſſe narrauit.

Periãder Cypſelus.

Diogenes laertius nõ ſic ſed pueros Iunoni vota facientes a ſamiis ſeruatoſ in primo vitarũ philoſophoꝝ ſcribit.

Melita Periander Procles.

Lycophron.

Quod Periander in animū adcipiēs tñ nolēs aliqd filio cōcedere indulgētius mittit ad eos: apud quos filius ab ipso expulsus degebat, phibitū ne aduleſcētē in domū excipiāt. Iſte illinc eiectꝰ in alterā ſe domū cōferebat: ſed ab hac quoq; abiiciebat Periādro his q exceperāt edictē: atq; vt arcerēt imperāte. Expulſus hic ad quēdā ſodaliū ſe cōtulit illi & ſi formidātes tñ q; eſſet Periandri filius hominē excipiebāt. Ad poſtremū Periāder edictū ꝓpoſuit qſqs. hūc in domū reciperet: aut adloq̄ret eum ſacrā pœnā Apollini debiturū: q̄tam ipſe nuncupabat. Ad hoc dictū cū nemo illū in domū reciperet: nemo adfari vellet: ne ipſe quidē putauit rem deſperatam eſſe tentandā: ſed intra porticus ſe tenens aſſidue verſabatur. Quē die quarta Periāder illuuia & inedia enectū cernens miſertus eſt: depoſitaq; ira ꝓpius adcedens. Fili (inquit) vtrū eſt obtabilius iſtud: ne quod faciendo pateris: an patri obtēperādo tyrannidē atq; opes adcipere: quæ ego habeo: qui cum ſis & meus filius: & beatæ corinthi rex præoptaſti mendicam vitā obſiſtendo atq; iraſcēdo illi cui minime debebas. Nam ſi quid calamitatis illinc adcidit vnde ſuſpitionem in me habes. Id mihi adcidit: eiuſq; ego particeps eo magis ſum q; ipſe id ꝓpetraui. Tu vero edoctus quāto ſatius ſit inuidioſum quā miſerabilem eſſe; & ſimul quid ſit in parentes & in meliores ſe iraſci abi domū. Periander quidē his verbis filium caſtigabat. Ille autē nihil patri reſpondit: niſi hūc ſacrā pœnā deo debere: q; in ipſius colloquiū veniſſet. Ibi Periander adnimaduertēs malū filii vehemētius eſſe q̄ vt corrigi poſſet: ab oculis eū ſibi amādādū putauit nauigio in corcyram miſſo. Nā corcyrę quoq; imperitabat. Hoc amādato bellū ſocero Procli intulit tāq̄ ꝓcipuo harū rerum auctori. Expugnataq; Epidauro Procles cepit: quē tñ viuū ſeruauit. Interiecto dein de tēpore cū ſenuiſſet Periander: ſibiq; eſſet cōſcius: nō eſſe amplius parē miniſtrandis: obeūdiſq; rebus mittit corcyrā adcerſitū Lycophronē ad tyrannidē adminiſtrandā. Nam in maiore filio nō erat indoles: hebetiorq; eſſe ei videbatur. Lycophrō ne rñſione qdē dignatus qui ſibi nūciū adferebat. Periāder in amorē aduleſcētis propenſus: rurſus ad eū miſit ſororē filiam ſuā ſperans fore vt eū per hāc ꝓcipue perſuaderet. Hæc vbi venit. Fili (inquit) mauis tyrannidē recidere in alios: & domū patris tui ad alienos diſpergi: q̄ tu ipſe habere illuc recurſus. Redi quęſo ad penates: deſine tibimet officere. Leua poſſeſſio eſt pertinacia: noli malū medicari malo. Multi māſuetiora iuſtioribꝰ

Periādri filiꝰ impius.

Inuidioſus.

Miſerabilis.

Epidaurus.

Procles captus.

Lycophron.

Leua poſſeſſio pertinacia.

Malū nō eſſe medicādum malo.

Tyrānis res Lubrica.

prēponunt. Multi materna ſectātes paterna perdiderūt. Lubrica res eſt tyrānis cuius multi ſunt amatores. pater ſenex eſt, puectæq; ætatis. Tua ipſius bona ne aliis tradas. His illa verbis ad inducendū adpoſitis fratrē adloquebat a patre edocta: Cui iſte reſpōdens negat ſe iturū corinthū quoad patrem ſupereſſe audiret. Hoc cū mulier renūciaſſet: tertio periander caduceatorē mittit: q dicat ſe quidā in corcyrā velle cōducere: ſed vt hic corinthū proficiſcatur ad tyrānidis ſucceſſionē: id adprobante filio periander corcyrā ipſe veniebat: iuuenis corinthū mittebatur: Hæc omnia edocti corcyræi ne ad ipſorū regionē pertāder adcederet aduleſcentē interimunt. Ob hæc igitur periander de corcyræis vltionē ſumebat. Lacedæmonii ingenti cum claſſe vbi peruenere ſamū obſederunt: ſuccedenteſq; muro turri mari iminentē iuxta ſuburbana tranſcenderunt: Sed mox cū magna manu ſuppetias ipſo ferēte polycrate reiecti ſunt. Quin etiam a ſuperiore turri (q̄ tergo mōtis prominebat) eruperūt: Tū auxiliarii: tū ipſorū ſamiorū permulti. Et cū aliquātiſper lacedæmonios ſuſtinuiſſent: retro fugā fecerunt: inſequentiq; ab hoſte cædebātur. Quod ſi lacedæmonii (qui aderāt) Archiæ: & lycopi ſimiles extitiſſent: eo die capta ſamos fuiſſet ſiquidē Archias & Lycopes ſoli cū ſamiis ad murū refugientib⁹ irrūpentes intercluſa ad redeundū via intra vrbē ſamiorū occubuerunt. Equidē ipſe eū alio Archia Archiæ filio: eodemq; tertio ab hoc archia congreſſus ſum apud pitanē (Huius enim tribus erat q̄ ex oībus hoſpitibus maxime ſamios honorabat) ſibi dicens ſamio nomen a patre fuiſſe inditū: q̄ eius pater Archias ſtrennue pugnans ſami mortē opetiſſet: ſeq; ideo ſamiis honorē habere q̄ auus ſuus fuiſſet a ſamiis publice adfectus egregia ſepultura Lacedæmonii quadraginta dieb⁹ in obſidēdo abſūptis eū in ſuſcepta re nihil admodū proficerent in peloponnēſum redierunt. Fertur polycratē (vt rumor quidā temerarius emanauit) magnū numerū monetæ patriæ e plumbo percuſiſſe: eāq; auro induxiſſe: ac lacedæmoniis dediſſe: atq; ea adcepta illos receſſiſſe. Hāc primā expeditionem dores aduerſus aſiā per lacedæmonios ſuſceperūt. Samii qui polycrati bellū intulerāt: poſteaq̄ a lacedæmoniis ſe relictū iri vident: & ipſi trāſmiſerūt i ſiphnū deficiebāt. n. pecuniæ Vigebāt ea tēpeſtate ſiphnii orū res. eratq; hæc inſularū locupletiſſima: vt in qua auraria: & argentaria metalla eſſent: vñ tm̄ pecuniæ fiebat: vt ex decima eius parte reponeretur apud delphos theſaur⁹ locupletiſſimo

Lycophronis mors.

Archias. Lycopes.

Dores.

Siphnus inſula.

cuiq; par: Siphniis pecuniam (quæ quot annis conficiebatur) distribuentibus. Qui vbi thesaurũ cõfecerunt: nũquid diu permanere possent ipsis præsentia bona consuluere oraculum. Eis ita pythia respondit.

Cum tamen in siphno fuerint pritaneia cana:
Cana fori facies: tunc vir vafer adsit oportet.
Qui notet e ligno agmen legatũq; rubentem.

Erant eo tempore siphniis pritaneiũ forũq; pario lapide exculta Hoc oraculũ siphnii neq; tunc statim: neq; post aduentũ samiorũ intellegere potuerũt. Nã samii cũ velocissime ad siphnũ adplicuissent: miserunt ad vrbẽ cũ legatis vnã e nauibus. Veteri instituto naues oẽs erant rubrica delibutæ: atq; hoc erat (qđ siphniis pythia prædixerat) vt obseruarẽt ligneũ agmẽ ac rubrum legatũ. Nũcii igitur vbi peruenere decẽ sibi talẽta mutuari præcabant. Negantibus siphniis se mutuaturos: samii eorum agros populabantur. Id audientes siphnii continuo occurrentes cõmissa pugna fugati sunt: eorũq; multi ab vrbe intercluſi: quos postea centũ talẽtis recuperauere. Ab hermioneis quoq; samii pecuniarũ loco insulã thyreã adceperũt peloponeso adiacentẽ: q̃ troezeniis cõmendauerunt. ipsi cydoniã in creta cõ diderũt: cũ illuc nõ ea de causa nauigassent. Sed vt zacinthios ex insula summouerent. in hac vrbe quinquenniũ degentes ita rẽ bene gesserũt: vt tẽpla (q̃ nunc in cydonia visuntur) isti fecerint. Et dictynes præterea delubrũ sexto eos anno æginetę nauali prælio victos cũ cretensibus diripuerũt ac rostratas naues mutilauerunt: eaq; rostra apud Mineruæ templũ in ægina adfixerũt. Hæc æginetæ samiis fecere infensi q̃ illi antea sub amphycrate rege bello æginetæ illato magnis cladibus illos adfeciſſent: & inuicẽ adfecti fuissent. & hæc quidẽ fuit causa. Protraxi autem sermonẽ de samiis ob hoc magis q̃ tria sunt apud eos opera græcanicorum omniũ maxima. Vnũ mõtis in centũ quinquaginta passus editi: a cuius imo fossa incipiens ad cõtrariũ os deducta est. Lõgitudinis septẽ stadiorũ. Celsitudinis autẽ ac latitudinis octonũ pedũ. Itẽ per ea totã altera fossa depressa est viginti cubitorũ triplo maioris latitudinis per quã deriuata a magno fonte aqua fistulis in vrbẽ deducitur. Huius fossæ architectus extitit magarẽsis Eupalinus Nauſtrophi filius. Alterum e tribus operibus est ager circa portum in mari ad viginti passus altitudinis: duobus amplius stadiis longitudinis. Tertiũ opus est tẽplũ omniũ (quæ nos vidimꝰ) amplissimũ. Cuius

Tyrea insula
Cydonia vrbs.

Amphycrates rex.

Tria apud samios græcanicorũ opera.

Eupalinus. Nauſtrophꝰ.

Rhœcus. architectus primus extitit Rhœcus philei filius illinc idigena Horũ operũ gratia ſermonẽ aliq̃to magis extendimus. Camby ſe Cyri circa ægyptũ imorante: ac deſipiſcente duo magi itdẽ q̃ fratres coniurauerunt. Quorũ alterum cambyſes reliquerat rei domeſticæ curatorem. Hic cognita ſmerdis nece q̃ occulta batur: pauciſq̃ perſarũ erat nota: pleriſq̃ eũ viuere arbitrantib⁹ rebellandum ſibi putauit atq̃ ita rem eſſe adgrediendã. Erat ei in regia germanus quem dixi vna coniuraſſe corporis habitu q̃ ſimillimus. Smerdi cyri filio: quẽ cãbyſes fratrẽ ſuũ intereme rat nec ſpecie tm̃ corporis Smerdi adſimilis. ſed etiã cognomi

Patizithes. nis. Huncvirũ magus patizithes inſtructũ quẽadmodũ ipſe il li omnia peracturus eſſet: in regũ ſolium perducit. Hoc acto ca duceatores cum alia in loca: tum vero in ægyptum dimittit ad exercitum qui edicerent vt Smerdi cyri deinceps obedirẽt nõ

Cambyſis imperii a ma gis occupa tio. cambyſi. Hæc caduceatores alii alibi edixere. Is quoq̃ qui ad ægyptũ delegatus erat: Inuenit autẽ cambyſem atq̃ exercitum in achatanis ſyriæ agentem ſtans in medio præcepta magi ex poſuit. Hæc audiens Cambyſes vera loqui caduceatorem ratus ſeq̃ a prexaſpe eſſe prõditum: quod miſſus ad occidendũ ſmer dem rem non peregiſſet. Intuens in eum præxaſpes inquit: Ita ne mihi rem executus es quam tibi iniunxeram. Ad quem ille. Iſta here (ait) haud quaquam vera ſunt vt aut frater tuus ali quando rebellet in te: aut quippiam ex illo viro certaminis exi ſtat magni exiguitue. Quippe cum ego ſim executus quæ tu mi hi imperaſti: quicq̃ hominem meis ipſius humani manibus. Qđ ſi defuncti rebellant: expecta vt etiam aſtyages medus in te re bellet. Sin autẽ ita habet vt antea habebat nihil tibi ex illo no tum amplius germinabit. Igitur mitte mecũ qui adſequant̃ ca duceatorem: qui perconctando indagent nunqd a quo ſmerde rege nobis denunciatũ venit eũ audierit. Hæc loquentem præ xaſpem cãbyſes audiens cũ ei placuiſſent. confeſtim ad retrahẽ dum caduceatorem miſit. Eũ vbi rediit præxaſpes his verbis i terrogauit. O homo quandoquidẽ te ais a ſmerde Cyri filiove nire nunciũ. Dicito veritatẽ: qua dicta abito ſoſpes. Vtrũ ſmer dis ipſe in conſpectũ datus tibi iſta mãdauit: an quiſpiã ei⁹ mi niſtrorũ. Tũ ille equidẽ inqt. Ego ſmerdi Cyri filiũ: ex quo cã byſes aduerſus ægyptũ fecit expeditionẽ nũq̃ cõſpexi: ſed ma gus quẽ Cãbyſes rerũ ſuarũ familiariũ procuratorẽ conſtituit. Is mihi iſta mandauit dicẽs Smerdẽ cyri optare hæc apud vos dici. Hęc ille loquens nihil admodũ ementitus eſt. Tũ Cãbyſes

præxaſpes inquit. Tu quidem quia (vt vir bonus) imperata fe-
ciſti culpam effugiſti. Verum quiſnã fuerit e perſis qui me rebel
lauit occupato ſmerdis nomine. Ad quẽ præxaſpes. Ego (inqt)
hoc quod actum eſt mihi videor intelligere. Magi ſunt qui ad- Patizithes.
uerſus te inſurrexerunt. Patizithes quem tu rerũ familiariũ cu Smerdis.
ratorem reliquiſti: & frater eius ſmerdis. Ibi cambyſem cũ ſmer
dis audiſſet nomẽ: percuſſit veritas ſermonis ac ſomnii: per qd
ei quidem viſus fuerat nunciare Smerdem regio ſedentẽ ſolio
ad cælũ vſq; pertingere vertice. Agnoſcens ita q̃ ſine cauſa fra
tris interẽptorẽ ſe fuiſſe deflebat ſmerdẽ. Quẽ vbi defleuit vt e-
rat omni clade adflictus in equũ inſiluit habẽs in animo q̃ rap-
tiſſime ſuſa verſus exercitũ ducere in magũ. inſilienti in equũ Suſa.
vagina gladii excidit: vnde nudatus gladius pſtrinxit eius fe-
mur in ea. ſ. parte: in qua prius ipſe tanq̃ oportuna ad feriendũ
(vt ſibi videbatur) percuſſerat Apim ægyptiorũ deum vulne-
ratus Cãbyſes quodnã illi opido nomẽ eſſet interrogauit. Illi
aiunt ac batana. Sed cũ fuiſſet iã aña cãbyſi redditũ ex vrbe bu
ti oraculũ eũ in acbatanis deceſſurum: ipſe interprætabatur ſe Acbatana.
in acbatanis mediæ vbi res eius ois erat ſenẽ vita functurũ at
oraculum in acbatanis ſyriæ loq̃batur. Tunc poſtq̃ ſciſcitatur
reſpuit: opidi nomen audiuit: tũ magi iniuria perculſus: tum
vulnere verbaq; oraculi expendens. Hoc in loco inquit fatale Cãbyſis fatũ
eſt cambyſem Cyri decedere. Hactenus tũc locutus. Viceſimo Cãbyſis ſom
dehinc die adcitis perſarũ qui aderant præſtantiſſimis quibuſ- nium.
q; ita inquit. Quod maxime occultũ volebã: perſæ id cogor apd Iuſtinus hũc
vos efferre. Ego. n. cũ apud ægyptũ agerem inter quietẽ viſum ſemp mergi-
vidi: quod quidẽ minime viſum oportuit. Videbatur mihi nun dem vocat.
cius quidẽ domo adueniens nunciare Smerdẽ in regio ſedentẽ
ſolio cælũ capite contingere. Ex quo veritus ne a fratre exue-
rer principatu properantius q̃ prudẽtius feci. Neq; enim in ho
minis natura ſitum eſt auertere quod euenturũ eſt. Itaq; demẽs
ego præxaſpẽ ſuſa ad ſmerdẽ interimendũ miſi: Quo tanto ſce Ventura eue-
lere perpetrato ſecurius degebã ne quaq̃ cõiectans vt ſmerde niunt.
ſublato alius quiſpiã mortalium in me exurgeret. Vnde prorſ9
euentu rerũ fruſtratus: & paricida fratris incaſſum extiti: & ni-
hilominus regno exutus ſum. Nã ſmerdis magus erat: is quem
dæmon mihi per quietẽ demõſtrauit in me arma ſũpturũ. Hoc
opus cũ ego perpetrarim iã vobis ſmerdẽ Cyri nõ ſupereſſe ex
iſtimetis: ſed magos vobis regnũ occupaſſe: quorum alterum
rerum domeſticarum procuratorem reliqueram, alter eius fra-

ter eſt Smerdis. Sed quē decebat p̄cipue vicē meā vlciſci indigna a magis paſſi is imerita morte a p̄ximis ſuis adfectus eſt. Secūdo loco qđ reliquū eſt perſę neceſſariſſimū mihi demādare vobis: qđ e vita exiēs effici mihi cupio: atq; opto per regios deos obteſtās cū oēs vos: tū maxime Achæmenides q adeſtis ne per ſecordiā amittatis vt imperiū rurſus redeat ad medos. Sed ſi dolo occupatū eſt. Illud dolo ſurripiatis. Sin vi p̄reptū: vi recuperetis. Hæc vobis faciētibus: & tellus fructū p̄ferat: vxoreſq; & pecua pariāt in omne tēpus libertate fruētibus. Secūs faciētibus cōtraria his quę dixi impræcor: & p̄terea vnicuiq; perſarū eū finē qualis mihi cōtigit ſimul. Hæc locutus Cābyſes deflevit oēm ſuā cōditionē. Perſę vt regē ſe lamētantem cōſpexere vniuerſi tū veſtimēta reſcindere tū effuſo ploratu vti poſt hęc vbi femoris os viciatū eſt: femurq; celerrime cōtabuit Cambyſi vita erepta eſt Cyri filio: cū regnaſſet ſeptē oio ānos & mēſes quiq; nulla vnq̄ prole ſuſcepta virili fœmineaue. Perſis q aderāt magna effuſa eſt incredulitas rerū potiri. Magos in terp̄tātibus potius Cābyſem: q̄ de nece Smerdis dixiſſet ea dixiſſe vt illi oē nomē p̄ſicū redderēt hoſtile. itaq; p certo hēbāt Smerdē Cyri p rebellionē regnare vtpote Præxaſpe vſq; puagāte a ſe fuiſſe Smerdi interfectū. Neq; n. tutū ei erat poſt Cābyſis obitū fateri ipſius manu filiū Cyri interēptū. Magus defuncto cābyſe p ſimulationē Smerdis cyri q ipſi fuerat cognominis ſecurus regnauit mēſes ſeptē q reliqui erāt ad implēdū octauū annū regni cābyſis p quos mēſes oē genus liberalitatis in ſubditos munificētięq; exhibuit. Adeo vt eius defuncti magnū ceperit deſideriū: oēs aſiā incolētes ipſis perſis exceptis. Nā miſſis ad ſingulas (qbus imperabat) nationes edictis magus immunitatē tributoq; ac vacationē militiæ in trienniū tribuit atq; hoc qđē ſtatim adeptus imperiū edixit. Octauo autem mēſe quiſnā eſſet: cōpertus eſt hūc in modū. Erat Otanes qđē Pharnaſpis filius ſed genere atque opibus primo cuiq; perſarū par. hic Otanes magū nō eſſe Smerdē Cyri primus ſuſpicatus eſt: ſed eū qui erat hac coniectura: q̄ neq; ex arce p̄grediebat: neq; Perſarū procerū quēpiā ad cōſpectū ſuū vocabat. Itaq; eū ſuſpicatus eſſe hoc ſibi ſtatuit faciendū. Cū hęc filiā noīe Phædimā: quē cābyſes tenuerat cuiuſq; tūc magus cōtubernio vtebatur: vt aliarū omniū Cambyſis vxorū: miſit ad eā quēdam pater ſciſcitatū quo cū homine cubaret: cū Smerde Cyri an cū altero. Illa remiſſo nūcio negauit ſe id ſcire. q̄ppe q̄ nec Smerdē

Achæmenides.

Cambyſis imp̄catio.

Cambyſis mors.

Cambyſis regnum.

Smerdis Rex Nō Smerdē hūc Trogus Pōpeius vocat ſed Oropaſtem.

Otanes Iuſtin⁹ hunc orthanē non otanem vocitat neq; mirū facilis ſiquid eſt nominū apud ſcriptores mutatio. Pharnaſpes. Phædime.

Cyri vidiſſet vnq̃: nec eũ cũ quo cubaret noſſet quiſnã eſſet. Ad hanc rurſus mittit Otanes inquiẽs. Si ipſa Smerdẽ Cyri nõ habes cognitũ ſaltẽ ſciſcitare ab Atoſſa: quo cũ viro tu atque illa cubitatis. Nõ. n. illa ſuũ ipſius ignorat fratrẽ. Filia ad hoc reſpõdit. Ne in atoſſæ quidẽ colloquiũ venire poſſem: aut vllam aliã cernere mulierẽ cũ illo cubantiũ. Nãq; hic vir quiſquis eſt cũ primũ adeptus eſt regnũ nos diſperſit aliã alibi collocans. Audiẽti hæc Otani res eſt viſa manifeſtior. Itaq; tertio nunciũ ad eãdẽ mittit in hęc verba Filia decet te bonis ortam natalib⁹ perinde ſuſcipere periculũ qđ te ſubire pr̃ hortatur. Si enim iſte Smerdis Cyri nõ eſt ſed is quẽ ego ſuſpicor nõ debet neq; tuo frui contubernio. neq; qđ potentiã perſarũ optinet impune lætari: ſed pœnas luere. nũc igitur agito. Cũ tecũ cubabit: aiad uerteſq; ſoporatũ palpa eius auriculas: quas ſi habẽtẽ cõpereris cũ Smerde Cyri te cubare exiſtima. Sin min⁹ cũ Smerde mago Ad hæc Phędima rñdet ſe ſi id faciat magnũ adire diſcrimen: quoniã probe ſciret ſi ille careat auribus: & ipſa in palpãdo deprehẽdatur: fore vt ipſa ab illo trucidetur: tamẽ ſe id facturam: & Phædima quidẽ recipit ſe patri hoc eſſe perfecturã. Huic autẽ Smerdi mago Cyrus cũ regnaret aures p̃ciderat nõ exigua de cauſa. ergo Phædima hæc Otanis filia quæcũque receperat patri executa eſt. Nam vbi vices eius fuerunt adeundi magum. Etenim vxores perſarũ per vices in orbẽ ad illos pergũt adiẽs magũ vna cubuit ciuſq; dũ vehemẽter ſoporat⁹ eſt aures palpauit: qbus carere hominẽ nõ difficulter: ſed facile ſane deprehendit. Vbi illuxit celerrime patrẽ certiorẽ rei geſtæ facit. Iſte ſumptis Aſpathane: & Gobrya perſarũ primoribus: & ad fidẽ ſibi ſeruãdã adcõmodatiſſimis rẽ omnẽ exponit: qui & ipſi ſua ſpõte rẽ ita ſe hr̃ ſuſpicabãtur. Eoq; verba q̃ Otanes adtulerat admiſerũt conſtituerũtq; vt ſinguli ſibi ſingulos in ſocietatem delegerent e perſis: quibus maxime confiderent. Aſciuit itaque ſibi Otanes Intaphrenem: Gobryas Megabyzum: Aſpathenes Hydarnem. Hi cum ſex forent Darius a perſis. (Nam his pater eius Hiſtaſpes præerat) ſuſa aduenit qui eũ adueniſſet placuit ſex Perſis hũc in ſocietatẽ aſciſcere. Qui cum ſeptem eſſent cõgreſſi collocutiq; fidem mutuo dederunt. Cũq; ad Dariũ ordo dicendæ ſentẽtiæ veniſſet ita apud cæteros verba facit. Equidem mihi videbar ego ſolus noſſe magum regnare: & Smerdem Cyri mortem oppetiſſe: atq; ob id ipſum dedita opera huc me cõtuli ad necem mago cõparandam. Verũ quandoquidem

Atoſſa.

Otanes Phędimæ cõſulit p cognoſcẽdo Rege.

Iuſtinus non cyrũ ſed cãbyſẽ huic mago vtraſq; aures preciduſſe ait.

Smerdis ſine auriculis.

Perſarum vxores.

Aſpathanes, Gobryas.

Intaphrenes, Megabyzus. Hydarnes. Darius. Hiſtaſpes.

contigit vt vos quoq; rẽ ſciatis nõ ſolũ ego videtur mihi conſeſtim eſſe tranſigendũ neq; differendũ. Differre.n.ſatius non eſt. Ad hęc Otanes fili (inquit) Hiſtaſpis & patre egregio ortus es: & teipſo nihilo inferiorẽ eſſe patre tuo indolẽ prefers: noli tamẽ ita ꝓperare ad rẽ adgrediendam inconſulto. Sed cõſiderantius illã capeſſe: quã ita demũ adgredi debemus cũ plures fuerimus: tum Darius viri (inquit) qui adeſtis ſi eo quẽ Otanes dixit vtemini modo. ſciatis vos teterrime perituros. Aliquis enim priuati lucri ratione habita rem ad magũ deferet. Et vos quidẽ debeatis potius per voſmet ꝙ cæparatis iſta exequi. ſed quoniã ſtatuiſtis ad plures referẽdũ & me adhibẽdũ aut hodie trãſigamus: aut ſcitote ſi nobis hodiern⁹ elabatur dies: nõ aliũ: aut hodie tranſigamus occupaturũ: vt me apud magũ adcuſet: ſed me vt vos adcuſem. Ad hæc Otanes cũ cerneret Dariũ eſſe improperũ: quoniã (inquit) nos maturare cõpellis: nec ſinis differre: age expone nobis ipſe quonam pacto regiam introire poſſimus: & illos adgredi. Excubias nãque dipoſitas eſſe: ipſe quoq; & ſi nõ viſu certe auditu noſti. quas qua ratione penetrabimus. Cui rñdẽs Darius. Multa ſunt (inqt) Otanes q̃ neque unt oratiõe declarari: ſed facto. Alia q̃ orõne declarari poſſunt. ſed vñ nihil clari operis exiſtit. Vos vero noſtis excubias: q̃ depoſitę ſunt haud quaq̃ difficiles eſſe ad penetrandũ. Nã cũ nos tales ſum⁹ nos nemo nõ quiſquis ille ſit cedet nobis partim ob reuerẽtiã. partim ob timorẽ. Ad qđ habeo p̃textũ adcõmodatiſſimũ cui initamur. Si quidẽ me dicã e perſis veniſſe: ac velle quędã a patre mandata regi nunciare. Vbi enim expedit mendaciũ dicere dicatur. Nam idẽ optamus quicq; mendatiũ dicimus quicq; veritatẽ. Quippe cũ hi qui mẽtiũtur tũc mẽtiũtur cũ perſuadẽdo ſunt quippiã lucri facturi: & qui verũ dicunt: ideo dicũt vt verũ dicendo aliquod lucrũ cõſequãtur. Et alius huc: alius illuc magis propẽnſus eſt. Ita non idem factitando: idem tamen optinemus. Quod ſi nihil lucri faciẽdum eſſet per æque & verax foret mendax: & mendax verax. Quod ad ianitores adtinet ſi quis eo⁹ libenter cedet nobis vtilius ei ſuo tempore erit ſi quis obuiam ire conabitur: vt eſt hoſtis ita tunc pro hoſte habeatur. Deinde intro irrumpentes rẽ tranſigemus. Poſt hæc Gobryas viri amici (inquit) nobis pulchrius erit recuperare imperium: aut ſi recuperare non poterimus mortem oppetere: quam cum ſimus Perſæ viro medo parere: & quidem aures nõ habenti: cum præſertim quicũque veſtrũ Cambyſi ægrotanti

Cõiurationẽ cõfeſtim eſſe exequẽdam.

Darii de cõiuratione in magos oratio.

Mẽdaciũ vbi expedit eſſe dicendum.

Gobryæ oratio.

adfuiſtis memoria teneatis quæ ille dum vita excederet perſis impręcatus eſt: niſi imperiũ recuperare tentarent: quæ nos tunc nõ admittebamus inuidioſe dici a Cambyſe exiſtimantes. Nũc igitur calculũ pono in Darii ſententiã: neq; hunc cœtũ diſſolnendũ cenſeo: ſed ſtatim aduerſus magum adeundũ. Hæc dicta a Gobrya cęteri cõprobarũt. Interea dũ ab iſtis conſultatur forte hoc cõtigit: vt magi inito inter ſe concilio ſtatuerãt cõciliandũ ſibi amicũ Præxaſpem: q; indigna paſſus a Cambyſe eſſet occiſo eius filio ictu ſagittæ: & ſolus mortẽ Smerdis Cyro geniti noſſet: quẽ ipſe ſuapte manu interemiſſet q; præterea ob id apud perſas maxima flagrabat inuidia. His de cauſis adcitum hominẽ ſibi amicum cõprobabant adcipientes fidem ac iuſiurandã fallaciã quæ ab ipſis in perſas facta eſſet intra ſe habiturum. neq; cuiq; mortaliũ patefacturũ pollicitantes innumerabilia ſe ei daturos. Recipiente Præxaſpe facturũ ſe quæ magi ſuaſerant iterum illi dicere in animo habere omnes perſas ſub murũ arcis conuocandi. Ideoq; iubere hunc cõſcenſa turri p̃dicare a Smerde Cyri perſis imperari: & ab illo nemine. Hæc illi p̃cipiebãt veluti homini ſummę apud perſas auctoritatis: & q ſæpenumero aſſeueraſſet eũ eſſe Smerdẽ Cyri ac cædẽ a ſe factam pernegaſſet. Hæc quoq; Præxaſpe ſe paratũ exequi dicente magi conuocatis perſis hominẽ in turri perductũ iubet habere orationẽ. Præxaſpes ea quæ ab iſtis oratus fuerat ſponte obliuiſcitur: exorſuſq; ab achæmene ſeriẽ familiæ Cyri recenſet: & vbi tandẽ deuenit ad cyrũ cõmemorauit illius in perſas beneficia. His expoſitis prompſit veritatẽ cauſatus ideo ſe hactenꝰ occultaſſe q; ſibi tũtũ nõ fuiſſet proferre rẽ geſtam: ſed impræſentiarũ neceſſitate coactũ proferre: dixitq; ſe a Cambyſe adactum Smerdẽ Cyri occidiſſe: & magos eſſe qui regnẽt. Multis quoq; verbis perſas deuouit: niſi rurſus imperiũ recuperarent: ac magos vlciſcerentur. Hæc locutus ſeſe in caput a turri p̃cipitẽ dedit. Hunc in modũ Præxaſpes vir per omne tempus vitæ ſpectatus occubuit. At ſeptẽ perſæ vbi cõſtituerunt adgredi protinus magos: neq; rẽ differre deos cõprecatũ ierunt ignari omnino eorũ quæ circa Præxaſpem acta eſſent. Sed hæc inter eundũ in medio itineris audierũt: eoque a via ſecedentes iterũ collocuti ſunt. Quorũ qui cum optauerant rem prorſus differri videbant negãtes tũc eſſe adoriendã. Qui vero cũ Dario confeſtim eundũ: & quod decretũ eſſet peragendũ. Eis cõcertantibus adparuerũt ſeptem accipitrum paria inſectãtiũ duo paria

Præxaſpis ad perſas oratio

Achęmenes.

Præxaſpes e turri iactus.

Pro patria obeũdũ eẽ Præxaſpis exemplo.

Augurtiũ magoꝝ expulſionis.

vulturū:eoſq; vellicantiū atq; infeſtantiū. Quod intuentes ſep tē perſæ ſententiā Darii comprobarunt:& mox freti auibus ad regiā cū fiducia perrexerunt. Vbi ad portas adfuerunt ,put darius ſenſerat ita euenit. Nā cuſtodes reueriti perſarū primarios: nec aliquid huiuſmodi ſuſpicantes ex his fore q̄ venirent diuina cū pōpa:ne interrogauerunt quidem: vbi in aulā introgreſſi ſunt offendūt eunuchos:qui ſunt a nunciis:& ab his qua gratia venirent interrogant. Illi inter procōctandū ianitoribus minitabātur q̄ hoſtes ingredi permiſiſſent: atq; vlterius pgere volentes eoſdē prohibebāt. Iſti ſe mutuo cohortati eductis gladiis eos a qb⁹ arcebāt ibidē trucidāt: iidēq; curſu i cōclaue cōtendūt:Intra quod tūc forte ambo magi agebāt:& de his quæ a præxaſpe erant acta cōſultabāt. Qui cū nouiſſent tumultuantes eunuchos atq; vociferantes ,pcurrerūt vterq;: & quod fiebat animaduertentes ad vires cōuerſi ſunt:quoꝝ vnus occupat arcū:alter lanceā ſumit. Atq; inde miſcētur inuicē. Verū arcus ei qui illū ſumpſerat:cū hoſtes iuxta eſſent:nulli vſui fuit. Alter ſe lancea tuebat. eoq; tū aſpathenis femur pcuſſit: tū oculū inthaphernis oculo:quo ex vulnere Inthaphernes non tñ & vita priuatus eſt. Et hos quidē alter maguorū vulnerauit. alter vero quando arcus ei nulli vſui erat In thalamū qui erat cōclaui cōtiguus ſe prorupuit fores occluſurus:ſed illuc duo de ſeptē cum eo irrūpunt Darius & Gobryas cū eſſet implicitus cum mago: Darius adhuc ſtans atq; hærens cōſiderabat ne gobryā ferret in tenebris. Eū cernēs Gobryas ocioſe ſtātē interrogat cur nō vteretur manu. Reſpondenti dario diſpicio ne te feriā Tu vero (inquit) vel per vtrūq; exige gladiū. Cui Darius obtēperās pugionis icto vibrato magū caſu pcuſſit, interfectis magis capita demūt. eaq; geſtātes q̄nq; eoꝝ duobus reliqs: qui ſaucii erāt illic relictis. Tū q̄ inualidi eſſent. tū actis tuēdæ cauſa foras ,pcurrūt cū vociferatione ac tumultu cæteroſq; pſas cōpellendo rē geſtā exponebāt capita oſtentantes:& ſimul quicunq; magorum ipſis occurrebat mactabāt. Perſæ cognito ab his qđ actū erat ac dolo magorū & ipſi facienda ſibi eadē cēſuerūt eductis gladiis vt quēq; reperibant magū interficiebant: & niſi noctis interuētu cohibiti fuiſſent neminē maguorū reliquiſſent. Hūc diem perſæ maxime ſolennē publice obſeruant:& in eo ingens celebrant feſtū vocantes id magophoniā:ideſt magorū cędem quo die nulli magorum fas eſt prodire in lucem: ſed cūcti ſe intra domum continent. Vbi reſedit tumultus: dieſq; quinq; ex-

Aſpathenes Intaphernes. Iuſtin⁹ ex trogi hiſtoria duos fuiſſe interemptos ſcribit.

Darius.

Gobryas.

Mira gobryę pro patria affectio.

Magorum cædes.

Magophonia.

ceſſere: hi qui magos inuaſerant: de omni rerum ſtatu conſulta bant. Quorum ornationes (& ſi apud nonnullos græcorum ſi de carent) tamen huiuſmodi fuerunt. Otanes hortabatur rē per ſicam in medium conſtitui: ita inquiens. Otanis Contio.

VNum e nobis principem fieri amplius mihi nō videtur: neq; id aut iocundum eſſe aut bonum. Nam & quo licentię Cambyſes proceſſerit noſtis: & quo magus Quid igitur nobis opus eſt monarchia: quā ſuſtulimus. In qua licet pro libidine agere omnia impune: quæ virum etiam ſi optimus omnium fuerit: tamen cū in eā poſitus eſt extra conſuetos abiicit ſenſus quippe cum prętet inuidiā ab initio ingenitā hoī ingeneretur ex pręſentibus bonis inſolentia. Itaq; hæc duo mala habēs nimirū oēm malitiā habet tū p iſolētiā q; expletus oībus rebus eſt: tum per inuidiā multa facinora admittens: At enim vir tyrannus (vt qui omnia bona optinet) debebat ſine liuore eſſe. Verum ita natura cō paratum eſt vt is ſit aduerſarius popularibus ſuis: Si quidē eorum optimis quibuſq; qui ſuperſtites ſunt atq; viuunt inuidet deterrimis delectat: & qđ indecentiſſimū eſt criminationes admittere optimū putat. Nā ſiue admiraris eū modeſte offendit: q; nō effuſe hoc facias: ſine effuſe facies offendit q̄ſi ſibi adſenteris. Et vt exequar dicendo q̄ maxima ſunt iura patriæ tabefactat: Fœminis vim adfert, Indemnatos interimit. At cū dominatur multitudo. In primis nomen optinet omnium pulcherrimum iſonomiam: ideſt iuris æquabilitatem. Deinde nihil eorum agit que monarchus: hoc eſt vnicus princeps: Nam magiſtratus tum ſorte deliguntur: tum adminiſtratorum rationē reddunt. Omnia denicq; conſilia ī cōmune referuntur. Itaq; (vt meā dicam ſententiā) cenſeo nobis monarchiæ deiectoribus ſtatū multitudinis eſſe optandum. In multitudine quidem omnia inſunt: Otanes quidem hanc ſententiam dixit. Megabyzus aūt ad holigarchiam: ideſt ad ſtatum paucorum rem traducens: ad eam ſocios hortabatur his verbis. Tyrannis. Tyrannorū mores. Iſonomia. Monarchus. Holigarchia.

QVæ Otanes dixit de abolenda tyranniđe: ea ſint p dictis a me quoq; ſed quatenus hortabatur ſummā deferri ad multitudinē: in hoc ab optima errauit ſēntia Et enim populari multitudine nihil eſt neq; inſipiētius neq; inſolentius. Itaque eos qui tyranni Megabyzi contio.

ſæuiciam fugiũt ad intẽperantis plæbis recidere ſæuitiam nequaquã tolerandũ eſt. Nam tyrannus ſi quid facit, intellegens facit. At plæbi ſuũ eſt nihil intellegere. Quo enim pacto ſciat q̃ neq̃ edoctus eſt: neq̃ honeſtũ nouit: ne domeſticum quidẽ qui ad res agendas ſine conſilio pręceps ruit torrẽti flumini ſimilis. Ex quo ſi qui male conſultũ perſis cupiũt: in ſtatu populari vtãtur. Nos vero q̃ cœtũ virorũ optimorũ delegimus ad hos deferamus. Nã inter eos & ipſi erimus: & ex optimis viris credibile eſt optima exiſtere cõſilia. Hanc Megabyzus ſententiam dixit. Tertio loco ſuam Darius inquiens.

Plæbis ignauia.

Popularis ſtatus.

Ex optimis viris optima exiſtere conſilia.

Darii contio

QVæ Megabyzus dixit quatenus ad ſtatũ popularẽ pertinẽt: recte mihi videtur dicere: quatenus ad ſtatum paucorũ nõ recte. Propoſitis enim tribus ſtatibus & his omnibus optimis: vt optime: imperet populus optime pauci: optime vnus inter hæc multo antecellere vnius imperium ſentio. Nam vnius viri qui optimꝰ ſit imperio nihil melius eſſe conſtat. Quod qui ſentit nõ imme rito ſtatũ popularẽ miſſum faciat: vt taceam hic præcipue cõſilia in aduerſarios trahi ſolere. Porro in ſtatu paucorũ cũ plures virtuti incũbant in publicum vehementiora priuatim odia excitari conſueuerũt. Cũ.n. quiſq̃ princeps eſſe optet: & in dicẽda ſententia vincere ad ingentia inter ſe odia euadunt. Ex qbus ſeditiones exiſtunt: e ſeditionibus cædes: e cædibus ad vnius imperiũ deuenitur. Vnde intelligi datur q̃to ſit hoc illo pſtantius. Iam vero plæbe imperante abeſſe non poteſt quin malitia exoriaꝛ: exorta malitia in republica inter malos non odia fiunt: ſed amicitiæ validæ. Qui.n. aduerſus rempublicam facinoroſi ſunt mutuo ſe occultant. Idq̃ tãdiu fit dum aliquis populo pꝑ polítus tales homines cõpeſcat. Is videlicet quẽ populus inter cæteros admireꝛ. Hic cũ admirationi eſt: tunc vere monarchus oſtenditur declarans in hoc monarchiã eſſe omniũ præſtãtiſſimũ. Atq̃ vt in ſumma omnia colligam. Vnde nobis libertas extitit: & a quo data a populo ne an ab oligarchia an a monarcho? Ego ſentio cum ſitis per vnũ virũ liberati vos debere talẽ rem complecti: ne alioqui leges patrias diſſoluatis bene conditas: quod nequaquã ſatius eſt. Hæ tres fuerunt dictæ ſententię quarum vltimę quattuor reliqui adſenſerunt. Otanes qui iuris ęqua bilitatẽ facere perſis ſtudebat: vbi ipſius ſententia reiecta eſt apud alios. Ita in mediũ locutus eſt. Viri ſeditioſi quoniã conſtat neceſſe eſſe vnũ aliquẽ e nobis regem fieri ſiue per ſortem:

Imperiũ vniꝰ (q̃ optimꝰ ẽ) eſſe quoq̃ optimũ.

Plebs imperans.

Monarchia omniũ pſtantiſſimũ.

Oligarchia.

Otanes iuris æquabilitatẽ facere perſis ſtudebat.

ſiue permiſſum perſarũ per multitudinis electionẽ: ſiue qua alia ratione equidẽ vobis ego nõ refragor. Quippe qui neq; prę eſſe volo neq; ſubeſſe. Et hac lege cedo vobis ius meũ imperii: vt nulli veſtrũ: aut ipſe ego: aut nullus vnq̃ meorũ ſubſit. Otane hæc locuto cæteri ſex eius poſtulatis adſenſerunt. Ita hic alius nõ refragatis e medio abiit alio ſeſſum. Cæteris ſeptẽ de iuſtiſſimo rege deligẽdo cõſultantibus viſum eſt ſi ad aliquẽ ex ipſorum numero regnũ peueniret: Otanẽ donari debere peculiariter eiuſq; deinceps poſteros cũ omni alio magnificẽtiæ genere apud perſas honorificẽtiſſimo cũ medica quotannis veſte. Quæ ideo decreuerũt eis donãda: q; primus rẽ agitauerat: & ipſos in cœtum coegerat. Et hæc quidẽ peculiariter in Otanem decreuerunt Illa vero cõmune vt regiã introire vnicuiq; e ſeptem ſine internuncio liceret: niſi forte cũ vxore cubaret rex: neue regi fas eſſet aliunde q̃ e familia coniuratorũ vxorem ducere. De regno autem hunc in modũ vt ſub ortũ Solis cõſcenſis equis dũ in ſuburbanis vectarentur: cuius equus vocẽ primus ediditſet: is regnũ cambyſis obtineret. Erat Dario quidã equiſo vir ſolers nomine Oebares: Ad quẽ Darius poſtquã e cœtu digreſſi ſunt ita inq̃t. Oebares de regni negocio ſic inter nos cõuenit: ſub ipſum ſtatim ſolis ortũ equis conſcenſis vt cuius equus vocem primus ediderit: Is regno potiatur. Quare ſiquid ſolertiæ habes nunc cõminiſcere: Vt nos optineamus hoc decus & nemo alius. Ad eũ reſpondẽs Oebares here (inquit) ſi in hoc verſatur rex ſis nec ne: huius rei cauſa cõfidere te iubeo bonũ habere animũ ante te fore regẽ neminem. Etuſmodi habeo medicamenta. Si igitur inquit Darius habes iſtiuſmodi cõmẽtũ. adeſt tempus cõminiſcendi: nec differendi rem vtpote craſtino die nobis futuro certamine. Hæc vt audiuit Oebares ita ſibi faciendũ putauit. Vbi nox aduenit vnã equarũ q̃ equus Darii maxime adamabat in ſuburbana adducit: ibiq; adligat. Tũ equũ darii eodem ducit: eumq; circũagens idẽtidem equæ admouet: ac tandem admittit: Poſtero die ſimul atq; illuxit ſex perſæ ex cõuẽto adfuerunt equis adſidentes: & cũ in ſuburbanis vltro citroq; vectarentur vbi ad locum peruenerũt: vbi ſuperiore nocte equa fuerat adligata. Ibi Darii equus adcurrens hinnitum edidit: & hinnitu edito protinus fulgur ſereno cælo tonitruque extitit: Hæc cum dario tanq̃ ex cõpoſito adcidiſſent: eũ compotẽ voti fecerunt. Nã cæteri ex equis deſilientes Darium adorauerunt. ſunt qui hoc dicant Oebarẽ fuiſſe machinatum. ſunt qui aliud:

Otanes vt nõ ſubderet aut ſui ius ſuũ imperii aliis ceſſit.

Perſarũ inſtituta.

Oebares Darii equiſo.

Darii regis electio.

Vtroque enim modo refertur a perſis. Volũt nãque Oebarem adtrectatis manu huius equæ genitalibus: ipſam manum intra ſubligaculum tenuiſſe abditam: & ſub ipſum ſtatim Solis ortum cum equi degreſſuri eſſent eam naribus equi dariani admouiſſe equumque ad odoris ſenſum infremuiſſe: atque hinniſſe. Darius itaq; Hyſtaſpis filius declaratus eſt rex: eique omnes Aſiam audientes dicto fuerunt præter arabes: qui a Cyro: & rurſus a Cambyſe populos ſubigente: nunquã tamen in ſeruitutem redacti ſunt: ſed hoſpites extiterunt: Cambyſi aduerſus ægyptũ ꝓſto fuerãt. quib⁹ inuitis haud quaq; fuiſſent ingreſſi perſæ ægyptũ. Darius matrimonia ex pſis auſpicatus eſt ductis duab⁹ cyri filiabus Atoſſa: q̃ cambyſi fratri & rurſus mago nupſerat: & artiſtona virgine. Præterea altera ſmerdis cyri filia noie Parmis. Nec nõ filiã Otanis duxit: quę magũ ꝓdidit. Idẽ viribus oĩ ex parte ſtabilitis ante oĩa ſimulacrũ e lapide factũ ſtatuit hoĩs equo inſidẽtis inſcriptis in hæc verba literis. Darius Hyſtaſpis tũ eq̃ virtute cuius nomẽ legebaſ: tũ Oebaris agaſonis perſarũ adeptus ẽ regnũ. His apud pſas actis: viginti puincias (quas ipſi ſatrapas vocãt) cõſtituit: earũq; ſingulis pſides ꝓfecit: taxato qđ pẽderetur tributo p nationes aliis finitimos trãſcribendis: aliis trãſferens: aliis remotiores gẽtes adtribuẽs Diſtributo puinciis hũc in modũ tributo: quod exigebaſ cum hoc edicto vt qui argẽtũ hi babylonii talẽti põdere qui aurum: hi euboicho põdere adferrẽt. Valet autẽ babylonicũ talẽtum ſeptuaginta mnas euboidas. Etenim ſub Cyro atq; deinde ſub cãbyſe nihil dũ fuerat circa tributa inſtitutũ: ſed munera adferebãtur. Ob hãc tributi ordinationem & alia huiuſmodi perſæ aiũt dariũ fuiſſe inſtitutorẽ. Cãbyſem autẽ dominũ: Cyrũ vero patrẽ: quoniã Darius res oẽs quæſtui habebat. Cãbyſes aſpererat: ac moroſus: cyrus mitẽ agẽs: & oĩ ratione de illis bene mereri ſtudẽs. Ab ionibus igitur & magnetis: q̃ in aſia incolũt: & æolibus & caribus & lyciis & meliẽſibus & pãphiliis (Vnũ. n. erat idẽq; impoſitũ hĩs tributũ) pẽdebãtur quadringena argẽti talẽta. Hæc erat ab eo patria portio inſtituta a myſis & lydis & alyſoniis & cabaliis & autenẽſibus quingena talẽta ſecũda portio hæc erat. Ab helleſpontiis: qui ad dexterã illuc nauigantiũ ſiti ſunt: & phrygibus: & thracibus qui aſiã incolũt: & a paphlagonibus: & mariãdinis: & ſyris trecenta & ſexagena talẽta. hęc erat tertia portio. A cilicibus equi albi triceni ſexageni in dies ſingulos ſinguli: nec non talenta argenti quingena. Quorum

Darius. Hyſtaſpis.

Atoſſa. Artiſtona. Parmis.

Simulachrũ Darii equo inſidẽtis lapideum.

Satrapeæ.

Darii tributa

Talentũ babylonicum.

Euboichum pondus.

Darius tributorũ inſtitutor

Talẽta ab dario variis populis ipoſita.

Prima portio.

Secunda.

Tertia.

centena & quadragena erogabantur in eam cilicie regionem: quæ equos producebat: trecena autem & ſexagena ad Darium ibant. Hæc quarta portio. Ab vrbe pſidea: quam coloniã. Amphilochus Amphiarai filius deduxit in finibus cilicũ ac ſyrioꝝ ab hac ad ægyptum vſq; præter arabũ partem (Hæc. n. erat immunis) trecenta & quinquagena erat tributum. Quinta portio hæc cui annumeratur omnis phœnicia & ſyria quæ dicitur paleſtina: & Cyprus ab ægypto & aphris ægypto cõterminis: & cyrena & barca (In portione nãq; ægypti iſte ordinantur) ſeptingenta proueniebant talẽta præter pecuniam e piſcario prouẽtu lacus mirios excepta hac pecunia. & certo frumẽti numero ſeptingenta talenta obueniebant. Nã centum viginti milibus perſarum qui in albo muro memphitico ſtationem habent: & eoꝝ auxiliariis admentiũtur illi frumentum. Sexta portio hæc. Sattagitæ: & gardarei & dadicæ: & appatyte in idem cõſtituti centena & ſeptuagena talẽta pendebant. Octaua hæc portio. A babylone cæteraq; aſſyria millena talenta argenti proueniebãt. & præterea pueri caſtrati quingeni. Nona portio hæc. Ab acbatanis: & ab reliqua religione medica & paræ canis: & orthocorybantibus quadragena & quinquagena talenta. Decima portio hæc. Ccaſpii: & pauſicæ & pandimathi & daritæ ſimul conferẽtes ducena talenta adferebant. Vndecima hęc portio. A batiris ad lygdos vſq; trecentorum & ſexagenorum erat tributũ. Portio duodecima hæc. A pactycia: & armenijs: eorũq; contermi-nis euxino tenus ponto talenta quadrigena. Tertiadecima hęc A ſagartijs: & ſarangibus: & thamaneis: & vitijs & metijs & his qui tubri maris inſulas incolunt: vbi rex eos (qui relegati vocantur) collocat. Ab his omnibus ſexcentorum talentorum proueniebat tributum. Quartadecima portio hæc. Sacæ: & Caſpii ducena & quinquaginta talenta adferebant. Quintadecima portio hæc. Parthi Coraſmiiq; & Sogdi & Arii trecena talenta Sextadecima portio hæc. Parieani & qui ex aſia ſunt æthiopes quadringena talenta. Decimaſeptima portio hæc Mantienis & Saſpiribus & alarodijs ducena iniucta talenta erant. Duodeuiceſima portio hæc Moſchis & tybarenis & macronibus & moſinocis & mardis trecẽta talenta p̃cepta erãt. Vndeuiceſima hæc portio. Indi (vt ſunt multitudine multo numeroſiſſima iter oẽs quos nouim⁹ mortales. ita tributũ ſuper cęteros omnes) adferebãt tricena ſexagena talẽta aureoꝝ ramẽtoꝝ. Viceſia portio hęc q; babylonica pecunia ad põdus

Quarta.
Pſidea vrbs.
Amphiloch⁹ Amphiarai filius.
Quinta.
Arabs tributorũ imunis.
Syria paleſtina.
Sexta.
Septima.
Octaua.
Nona.
Decima.
Vndecima.
Duodecima.
Tertiadecia.
Quartadecia
Quintadecia
Coraſmi.
Sogdi.
Arii.
Decimaſeptima.
Duodeuiceſima.
Vndeuiceſima.
Indorũ multitudo.
Viceſima.

euboicum redigatur fiũt nonies millena quigenaq; & quadraginta talenta argenti. aurũ vero ſi terdecies tanto ramentorũ taxetur in ſumma reperietur ad rationẽ euboicam eſſe ſex milia talentorũ: ſexcentaq; & octoginta. Quibus in vnũ contractis ad euboicũ cõputũ exigebãtur in ſummã annui tributi a Dario talentorũ quatuordecim milia quingenta & ſexaginta. Minorẽ his ſummã omittendã mihi nõ referendã puto. Hoc tributum Dario ex aſia obueniebat: & aliũtulum ex aphrica procedente tẽpore: & ab inſulis obuenit aliud tributũ: & ab his qui europã theſſalia tẽus incolunt. Id tributũ rex hunc in modũ theſaurizat hoc eſt reponit. Liquefactũ aurum argentũq; in fictiles fidelias infundit. Expletas mox fidelias, ſubinde frangit: ex eoq; auro argentoue quoties pecunia indiget: tantũ concidit q̃tum vſus poſtulat. Atq; hæc quidẽ prouinciæ erant ac tributorũ taxationes. Sola autẽ perſis ideo inter tributarias a me p̃termiſſa eſt: q; eã minimẽ perſæ colunt. Iſti tamen ad ferendum illũ tributũ nõ adigebãtur: ſed munera portabãt. Aethiopes ægypto contermini: quos Cambyſes in expeditione contra Macrobios æthiopes ſumpta ſubegit: qui ſacrã nyſam incolũt: & Dionyſio dies feſtos agunt. Hi æthiopes eorũq; finitimi eodem quo indi caliſtiæ ſemine vtuntur ſubterraneaſq; obtinent domos. Horũ vtriq; tertio quoq; anno munera portabant: portãtq; ad meam vſq; memoriã binos ſe modios auri rudis: & ducenos faſces hebeni: & quinos æthiopes pueros & vicenos grãdes elephãtoꝝ dentes. Colchi quoq; inter dona ferentes poſiti erant: eorũq; finitimi ad mõtem vſq; caucaſum. Ad hũc enim mõtem imperitatur a perſis. Nam qui ad aquilonẽ caucaſi habitant: eorũ iã nulli perſas curant. Iſti igitur dona ſibi imperata etiã ad meam vſq; ætatẽ quinto quoq; adferebant centenos pueros totidẽq; virgines. Adferebãt & arabes millena quotannis talẽta thuris: Hæc iſti dona p̃ter tributum regi portabant. Sed id aurum tam multũ indi vnde ramentas (quas dixi) regi adferũt: hac ratiõe comparant. Indicæ regionis id quod ad Solem vergit fabuloſum eſt. Nam indi dũtaxat eoꝝ quos ſcimus: de quibus aliquid pro certo narratur primi ſunt hominũ qui in aſia ad auroram & ſolis ortũ habitant. Indorum enim tractus qui auroram ſpectat propter harenã vaſtus eſt. Eorũ autẽ cõplures ſunt gentes atq; eæ lingua inter ſe diſſonę: quarũ aliæ ſunt deditæ rei pecuariæ: aliæ non. Item aliæ in paluſtribus fluminis habitant crudis victitãtes piſcibus: quos adgreſſi & arũdineis nauigiis exceptãt.

Darii theſaurus.

Fideliæ.

Aethiopes.

Nyſa.

Indi.

Indicũ aurũ.

Indoꝝ regio

Singula autē nauigia e singulis arūdinis internodiis fiūt: isti ex Indis ferūt vestē e tegete q̄ vbi e flumine messuerūt incidērūtq; plectentes in modū ſtoreæ tāq̄ thoracē ſibi induūt. His finitimi aurorā verſus ſunt. Indi pecuarii carnibus crudis veſcētes nomine Padæ: qui talibus vti moribus narrantur. Quoties ciuiū aliquis aliquaue ægrotat virū quidē ſui maxime familiares interimūt: q; dicant illū morbo tabeſcentē carnes ipſis corrupturū: & licet ſe neget ille ægrotare: & nihilominus iſti nō ignoſcentes necāt eū epulāturq;. Mulieri vero ſuæ maxime neceſſariæ idē qđ viri viro faciūt. Qui autē ad ſeniū peruenit: eo itidē mactato paſcūtur. Ideoq; cū hac de cā: tū quia oēs qui in morbū necātur: nō multi ſane eorū ad ſenectutē perueniūt. Eſt alio rū indorū hæc diuerſa cōſuetudo: vt nullā animantē interimāt vtq; nihil ſerant nec domos parandas exiſtimēt: atq; herba victitent. Eſt eis ſemen quoddā milii inſtar ſua ſponte naſcens e terra ſuo in calyce: qđ cū ipſo calyce lectū coquūt edūtq;. Quorū quiſquis in morbū incidit is in locū deſertū pgit ibiq; decūbit eius vel diſcūbentis vel defuncti curā gerēte nemine. Horū omniū quos recēſui indoq; coitus in ꝓpatulo eſt ſicut pecorū. Color ſimilis ac proximus æthiopico. Genitura: q̄ in mulieres emittūt nō alba quēadmodū cæterorū hominū: ſed atra vt color corporis: qualē æthiopes quoq; emittūt. Indi lōgius a pſis abſunt: & vēto auſtro obnoxii: eoq; Dario neutiq; obtēperabāt. Cæteri indi Caſpatiro vrbi & pacticæ regioni cōtermini ſunt ad ventū aquilonē habitantē ex omnibus indis ii qui ꝓximam Bactrianis vitā degunt: pugnaciſſimi ſunt: & qui ad aurū p̄cipue mittunt. Circa hanc enim plagam vaſta ſunt propter harenea loca. In qua ſolitudine harenoſa formicæ gignūtur canū quidē magnitudine minores vulpium vero maiores. Earū nōnullę & apud reos & apud regem perſarum viſuntur hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciendis ſub terra domiciliis egerūt harenam vt apud græcos formicæ: atq; eodem modo ipſa ſpecie corporis ſimillima. Ea autē quæ egeritur harena auracea eſt: pro qua in deſertū mittētes indi ternos ſinguli camelos iūgūt mares a lateribus: quos frenatos trahunt. Fœminā in media in quā ipſi aſcendūt data opera: vt a recentiſſimis fœtibus abſtractas iungāt. Etenim apud eos cameli cū nihilo ſunt minori pnicitate q̄ equi: tum vero ad ferenda onera multo valentiores qualem habet camelus ſpeciē græcis vt pote ſcientibus nō puto ſcribendū: ſed in quod ex eo animali veſcitur. Camelus in

Indica nauigia ex arundine.

Padæ.

Indi ægrotā tes interimūt comedūtq;.

Quoniā ſtrabo in ſecūdo Megaſthenē Oneſicritum mearchum & multos alios indię ſcriptores balbutiētes arguit vide eūdē in. 3. & in. 15. Plinīū in. 6. lib. ca. 19. diodorū in. 3. & Solīnū in. 65. c. pmulta de indicis reb⁹ ſcribentes.

Indorū coitus palam.

Genitura atra.

Caſpatirus vrbs.

Formicæ maiores vulpe.

Cameli indi ci pnicitas.

posterioribus cruribus gerit quattuor fæmora: & totidē genua & veretrū inter posteriora crura caudam versus spectans. Hunc in modū iunctis camelis indi ad aurum legendum tendunt. Vt cum feruētissimus fuerit æstus sint in rapina. Si quidem p æstu formicæ sub terra se occultas tenent. Est autē illis hominibus Sol ardentissimus matutino non quēadmodū aliis meridie eo usq; effetuescens. Dū tempus est a foro discedendi: per quod spaciū multo magis vrit q̄ meridianus in græcia. Adeo vt dicantur illi tū in aqua se abluere. Meridies fere indos vrit peræque atq; alios homines declināte meridie: talis est illic Sol qualis alibi matutinus. Ac deinceps magis ac magis frigescens dū ad occasum peruenit: quo tempore præcipue friget. Vbi ad locum indi peruenere culleis (quos adtulere) harena completis raptissime retro se recipiunt. Quos protinus formicæ (vt a persis fertur) olfactu perceptos insequūtur: tāta pernicitate: q̄ta in alio est nullo: ita vt nisi viā: ad quā formicæ cōgregātur antici pēt indi: nemo sit ipsorū inde euasurus. Ideoq; camelos mares q; in pares fœminis sunt in currēdo ne trahātur dissoluūt: sed nō vtrūq; pariter. Fœmina vero pulli quē reliquit memor nihil sibi remittit. Hac ratione indi maiorē auri partē nanciscūtur vt persæ memorāt. Nā qđ effodiť in eadē regione aurū rarius est. Et sane pulcherrimas quodā modo res extrema orbis habitati pars sortita est quemadmodū græcia (qđ p̄stātissimū iudicať) pulcherrimas regiones. Nam vt pauloante dixi vltima plagarū quæ ad orientē vergentes habitantur indica est: in qua & animantes tam quadrupedes: q̄ volucres multo sunt grandiores q̄ cæteris in locis: præterq̄ equi. Nam ab equis mediis vincūtur qui nysei vocātur: & infinita vis auri partim effossi: partim per flumina deuecti: partim (vt indicaui) subrepti. Præterea agrestes arbores pro fructu lanā ferentes. ouillæ tum pulchritudine: tum bonitate p̄cellentē: qua in vestiarū indi vtūtur ad meridiē vltima e regionibus q̄ habitātur arabia est: in qua sola omniū nascūtur thus/myrrā/casia/cynnamomū & ledanū cūcta hæc facilia ad nanciscendū p̄ter myrrā. Nā thus arabes storace suffitiētes legūt ea q̄ phœnices ad græcos exportāt. Hac suffitum thus capiūt. Etenim thuriferas arbores obseruāt colubri subla ti exiguo corpore: discolori specie. Per magno nūero circa singulas arbores: iidē videlicet qui aduersus ægyptū facto exercitu tendūt: nec vllo alio ab arboribus q̄ storacis fumo submouēbantur vniuersam terrā oppleturi (vt arabes aiūt) nisi (vt iidē nar-

Indorum Sol.

Indiex formicarū domiciliis harenam extrahentes.

Indica animalia cęteris maiora.

Arbores lanā ferentes.

Arabia bona

Thus.

Myrra.

Casia.

Cynnamomum.

Serpentes alati.

Bonorum copia.

Malorum raritas.

rabant) ſimile quiddã iſtis cõtingeret ei qđ nouimus cõtingere viperis. idq; vt credere debemus ſolerti diuinitatis prudẽtia Nã q; & timido animo ſunt & eſculẽta: ea oia fetuoſa fecit ne alſiquo eſu deperirẽt. Cõtra q; ſæua & maligna ſunt: ea voluit parũ eſſe fetuoſa. Vñ fit vt lepus quẽ oia venãtur. fera: ales: homo: tã ferax iſt ſola. q; ex oĩbus beſtiis cũ grauida eſt ẽt impleatur: & aliũ fœtũ in vtero geſtãs pilis veſtitũ: aliũ nudũ: aliũ tantũ nõ formatũ aliũ cõcipit. Et lepus quidẽ talis eſt. At lena validiſſimũ ferociſſimũq; animal ſemel in vita vnũ parit. Nã vna cũ fœtu veterum emittit: cuius rei cã eſt hæc q; catulus leoninus vbi moueri in vtero incipit cum hẽat vngues longe acutiſſimos ex omnib⁹ feris vterũ lacerat: augeſcẽſq; magis ac magis vngues imprimẽdo exulcerat: ita vt ad poſtremũ dũ partus adeſt: nihil vteri relinquatur incolume. Quare ſi Viperæ & alati arabię ſerpentes ita gignerentur: vt ipſorũ natura ferẽt: nõ eſſet hominib⁹ viuẽdi facultas. Nũc autẽ cũ libidine agitãtur: & per paria coeunt: fœmina collum maris in emittenda genitura cõprehendit ſorbenſq; nõ prius dimittit q; deuorauerit. Et mas quidem hoc modo perit. Fœmina vero talem luit maſculo pœnã: q; filii dũ adhuc intra vterũ ſunt patrẽ vlciſcentes: matrẽ ambedũt: eiuſq; aluo ambeſa ita partũ faciũt. Cæteri ſerpentes qui non ſunt hoibus pniciоſi oua pariũt: & magnã vim fœtuũ excludũt. Atq; viperæ p vniuerſum orbẽ terrarũ viſuntur. Alati vero ſerpẽtes nuſq; alibi niſi in arabia: aut certe nõ adeo frequẽtes. Hũc in modũ arabes thus cõparãt. Caſiã ãt ſic. Poſtq; ſibi cũ cæterum corpus tũ faciẽ p̃ter oculos obligauerũt coriis aliiſq; pellib⁹ ad caſiã pergũt. Ea naſcitur in palude nõ alta: circa quã & in q; dẽgũt feræ alatæ veſpertilionibus ſimillimæ ſtridore diro & viribus p̃ualẽtibus: quas ab oculis arcẽtes arabes ſic caſiã metũt. Cynnamomũ ẽt q; ſuperiora mirabilius legũt. Nã aut quo modo: aut qua in terra gignatur: illud nequeũt dicere: niſi q; probabili ratione vtũtur: quod quidã volũt id gigni in his regionibus: vbi Dionyſius educatus eſt: & ipſas cynnamomi feſtucas adferri a grãdibus quibuſdã alitib⁹ ad nidos e luto cõſtructos in p̃ruptis mõtiũ: & homini inacceſſis cõtra quas hoc arabes excogitauerũt. Boũ aſinorũq; defectoꝝ: & aliorũ iumentorũ mẽbra immutati cõciſa in ea loca portãt: & vbi iuxta nidos poſuere: pcul abſcedunt. Ad hæc fruſtra delapſæ volucres ad nidos ſuos carnem comportant: cui ſuſtinendæ impares nidi ad terram diſciſſi labũtur. Tũc arabes ad eos colligendos adcedunt.

Lepores fœcũdiſſimi. Vide Plinĩ in .8. li. cap. 55. Leæne partus vnicus. Ariſtoteles i .6. de aialiũ hiſt. lib. & Plinius i 8. li. c. .16. Herodoto refragãtur Vide aul. gel. in. 13. capi. 7. Viperę coit⁹. Viperæ partus cui⁹ meminit Plini⁹ in. 10. li. c. 62 Serpentes alati. Caſiæ collectio. Cynnomomũ collectio Strabo in. 16 & thuris / & myrrę & cynnamomi collectionẽ multo faciliorem Scribit cynnamomi aũt colligẽdi modũ aliter docet ſolin⁹ capite. 43. quo circa ſcite plini⁹ i. 12. c. 20. hic herodotũ ãtiqtatis principẽ fabulari dicit.

Ledanum. Hac ratione cynnamomum ab illis legitur: & illinc in alias regiones dimittitur. At ledanū quod arabes ledanum vocant: etiam cynnamo mirabilius cōparatur. Quippe quod in graue olentissimo loco nascens: tamē fragrantissime olet. In barbis hirco rum inuenitur innatū veluti mucor ligni cū ad conficienda multifaria vnguēta vtile: Tū pręcipue ad sufficionē qua arabes vtūtur. Hactenus de thymiamatis dictū sit. Redolet arabica regio mirifice iocundo quodam odore: Suntq; in ea ouium duo genera admiratione digna quæ nusq; alibi visuntur quorū vnū caudas habet tā longas: vt nō sint tribus breuiores cubitis. Si quis trahi sinat vlcera contracturæ dū per terram adteruntur. Nūc vnusq; q; pastorū hactenus est dict⁹ arte fabrili vt plostella faciant: quæ singularū ouium caudis subligent: superq; plostella caudas ipsas adligent. Alterū genus ad cubitalem latitudinē caudas gerit. Huic qua parte meridies ad Solē occidentē vergit cōtermina est æthiopia terrarū habitarū vltima. Hæc & arri multum fert & vastos elephantes prominentibus vtrinq; dē tibus: & cū agrestes omnes arbores. tū vero hebenū necnon viros maximos pulcherrimosq; & æui longissimi. Atq; hæc quidem extrema sunt asiæ aphricæq;. De extremis autem europæ quod pro cōperto referā non habeo. Neq; n. assentior fluuium quendam esse Eridanum a barbaris vocitatū qui subiit mare ad septentrionē spectans Vnde electrū venire narratur. Ne cassiterides quidem noui insulas: hoc est stānarias vnde ad nos venit stannū. Quam rem vel ipsum coarguit nomen eridanus: qđ græcum est non barbarum ab aliquo poetarū fictū: Sed hoc & si studiose quelibet a nemine q ipse viderit adcipere potui quomodo se habeat mare ad illam europæ partē. Ab extremis itaq; ad nos venit stānum electrūq;. Cæterum ad septentrionē europæ q̄ plurimam auri vim esse cōstat. Sed quo modo fiat ne hoc quidē pro cōperto dicere queo. Dicūtur tamen id a gryphibus aufferre arimaspi viri vnoculi: quod nec ipsum crediderim: vt viri nascantur vnoculi cæterā naturā habentes aliis hominib⁹ partē. Porro extrema terrarū cōcludunt aliam regionē: intusq; cohibent ea que nobis pulcherrima putantur: illisq; rarissima. Est in asia planicies quedā vndiq; cincta monte quinq; in locis interciso: quæ aliquando fuit corasmiorū cū in ipsorū finibus & hycanorum & parthorum & sarangeorū & thamaneorū. Sed posteaq̄ persæ rerū potiti sunt facta est regis. Ex hoc circūiecto monte ingens amnis profluit nomine Aces: qui quondam per

Thymiamatæ.

Quiū caudæ.

Aethiopia.

Elephanti

de nat. plin. li. 8. Cap. 3.

Vide diodorū in. 6. & Plinium in .34.

Eridanus.

Electrum.

Cassiterides.

Stannum.

Arimaspi vnoculi.

Chorasmii. Hycani. Sarangei. Thamanei.

Aces fluuius.

ſingulas vndiq; interciſiones ductus ac deſtribuit: totidē quas dixi gentium regiones irrigabat. Vbi vero in poteſtatem regis perſæ venerunt: hoc ab illo ſunt paſſæ q; amphractibus mōtiū ab rege abſciſſis & ad eorū ſingulos portis inditis aqua ab exitu intercluſa eſt interfluenteq; introrſum amne planicies quæ intra mōtes erat pelagus facta cum fluat in interiora ānis nulla ex parte exitū habēs: atque ita ipſæ gentes priſtino aquę vſu fraudati adficiuntur per magno detrimento. Nā hiberno tempore deus illis quemadmodū aliis hominibus pluit. Sed ęſtate cum ſerant piſum & ſeſamum aquam deſiderāt. Igitur cū nihil eis aquæ tribueretur: ad perſas venerunt viri atq; mulieres flantes q; pro foribus regis cū emulatu vociferabantur. Tunc rex his qui maxime indigebāt portas referari iuſſit: vtiq; eas q̄ ad illos ferrent: eaſdem cum illorū terra humore hauſto ſatiata eſt rurſus obſerari: ita deinceps alias vt quiq; cæterorū populorū maxime aqua indigerent. Id faciens quantum ego auditu cognoui: pecuniæ exigendæ gratia pręter tributum. Atq; hæc quidē ita ſe habent. Cæterum rex vnū e ſeptem viris qui aduerſus magum conſpirauerunt Inthaphernem cepit: ac capite damnauit ob hanc noxam. Inthaphernes ſtatim poſt oppreſſos magos regiā ingreſſus volebat admitti ad colloquiū regis. Etenim hac lege conuentum erat inter magi oppreſſores: vt eis ad regē foret aditus ſine internuncio niſi cubanti cū vxore. Itaque nō oportere ſibi interuenire nunciū cenſens Inthaphernes quia foret vnus e ſeptē introire vtiq; volebat. Sed cum ianitor & qui a reſponſis erat introire nō ſinerent: q; regem dicerēt rei vxoriæ dare operā: eos mentiri ratus e ducto acinace aures vtriq; naresq; p̄cidit ac loro freni equi ad ceruices ipſorū adligauit. hominesq; dimiſit. Qui cum ſeſe regi exhibuiſſent. & cur id paſſi fuerāt expoſuiſſent. Darius ſigillatim quinq; perſas adcerſiuit veritus ne id cōi ſex perſarū cōſilio factū eſſet: exploraritq; nū quid id quod actū foret cōprobarēt. Vbi cōperit ſine horū cōſenſu Inthapherne hæc feciſſe hominē cōprehendit: eiuſq; liberos atq; omnē familiā multis de cauſis credens illis cū ſuis cognatis rebellionē fuiſſe mollituros: hos cōpræhenſos ad necē vinciri iuſſit. Tūc vxor Inthaphernis ad regias fores adcedēs plorabat atq; lamētabatur id aſſidue faciēdo ad ſui miſericordiā Dariū cū adduxiſſet: miſſo ad eū nūcio rex inqt. Mulier oſfert tibi Darius vnius electionē ex vinctis domeſticis tuis: quē velis liberari. illa poſtq; ſecū deliberauit: ita reſpōdit. Si vnius

Inthaphernes vnus e ſeptē pſis.

Fratris electio cur potiꝰ q̃ aliorum.

omnino animã rex mihi gratificatur eligo ex oĩbus fratrẽ. hęc audiẽs rex miratus huiꝰ orationẽ missio nũcio inquit pcõctatur te rex q̃ de cã viro filiisq; p̃termissis fratrẽ delegisti vt supellet qui & remotiori abs te est gradu quã filii: & minus iocundus q̃ maritus. Cui illa respõdẽs rex inquit. Maritus mihi alius si dęmon voluerit atq; alii liberi si hos amisero esse pñt: alius frater parẽtibus meis iã vita defunctis nulla rõe potest esse. Hãc secuta cãm ita locuta est: visaq; est Dario pbe dixisse. Itaq; ea re delectatus rex & eũ quẽ mulier optauerat missum fecit: & filiorũ natu maximũ cæteris oĩbus interfici iussis. Ita vnus e septẽ per sis intra initia obcubuit. Enimuero illud fere circa Cãbysis ægrotationẽ cõtigit. Erat sardibus præses quidã a Cyro præfectus noie Orœtes vir perses cui nefariæ rei cupido incessit. Si-

Orœtes.

quidẽ Polycratẽ samiũ: a quo nullo nec facto nec dicto q̃tulocũq; læsus esset quẽq; ne vidisset quidẽ nũq; tñ cõcupiuit capere ad interimẽdũ ob hãc (vt plęriq; aiũt) cãm. Cũ aliquando p foribus regis cõsiderent Orœtes: & alter quidã perses nomine Mitrobates p̃fectus gẽtis: q̃ est in dacylo e verbis ad iurgia pue-

Dascylus.

nerũt: & cũ de virtute disceptaret. Mitrobates obiiciẽs Orœti

Mitrobates:

inquit. Tu ne in præcio virorũ es qui insulã samũ tuæ prouinciæ adiacentẽ regi nõ adquiris ita facilẽ captu: vt quidã e populariꝫ quindecim armatis fretus obcuparit: eiusque tyrãnide potiatur. Hoc iurgiũ audiẽti Orœti adeo doluisse quidã aiũt vt adfectauerit nõ de obiurgante vindictã: sed Polycratẽ prorsus occidere propter quẽ male audisset. Alii sed pauciores inquiũt caduceatorẽ in samũ ab Orœte missum cuiusdã rei rogãdæ cã cuius autẽ nõ dicitur: Polycratẽ tũc forte in conclaui cubãtem fuisse adsistente ei Anacreonte Teio. Idq; siue cõsulto quod res

Anacreon.

Orœtis cõtẽptui haberet: siue forte aliqua huiusmodi. Ad quẽ adcedens Orœtis caduceator cũ mãdata exponeret Polycratẽ neque se ad hominẽ conuertisse. (Erat.n. ad parietem versus) neque quippiã respõdisse. Hæ bifariæ causæ mortis Polycratis

Polycratis mors.

fuisse memorãtur: quarum vtrilibet adcõmodare fidem potest. Itaq; Orœtes in vrbe magnesia degens: q̃ est ad Mæandrũ flumen sita misit Mirsum quẽdam lydum Gygis filium cũ nũcio in samũ ad Polycratem: cuius animũ mouerat. Etenim Polycrates primus extitit græcorũ dũtaxat eorũ quos nouimus secũdũ Minoem: & si quis alius isto prior maris imperio potitus est: qui in animũ induxerit vt mari potiretur: primus inquã extitit ex eo genere: qđ humanũ vocatur: qui multam conciperet

Magnesia vrbs.

Mirsus.

ſpē Ionię atq; inſulis dominādi. Hoc igitur eū in animo habere certior. Orœtes factus: miſit nūciū in hæc verba. Orœtes Polycrati ita inquit audio te res excellentes agitare animo: ſed ꝓpoſito rē pecuniariā nō ſuppetere. Quod ſi ita feceris (vt ſuadeo) proſpexeris & tibi & ſaluti meæ. Nā rex Cābyſes vt mihi ꝓ cōperto renūciat de me interficiēdo cogitat. Nūc igitur me ipm recipito: atq; pecunias earū partē tibi habitur⁹ partē mihi ꝓmiſſurus: & ipſarū pecuniarū beneficio omni græcię imperaturus. De quibus ſi mihi fidem nō habes: mittito quempiā tibi fidiſſimū cui ego fidem faciā. Quo audito Polycrates gauiſus eſt atque obſequi volebat. Maiorem enim in modū pecuniam auebat. Mittit itaq; prius ad rem inſpiciendam quēdam e populanibus ſuis Mæandriū Mæandrii filiū ſcribā ſuū qui nō longo poſt hoc tēpore ornatū cōclauis Polycratis ſpectatu dignū tēplo Iunonis omnē dicauit. Hunc Orœtis cognito ſpeculatorē eſſe circcūſpectū ita ſibi agendū putauit. Octo ſcrinia lapidib⁹ implet ꝑter admodū paruā partē circa ipſas oras ac ſuperficiē lapidū auro inducit eaq; ſcrinia adligata in expedito habet q̄ aduenięs Mæandrius cū inſpexiſſet Polycrati renūciauit. Enī uero ne illuc ſeſe cōferret magnopere dehortabatur: tū oracula & amici: tū p̄cipue ſomniū hoc qd eius filia viderat. Videbatur ſibi cernere patrē in aere ſublimē eſſe: qui a Ioue gdē lauaretur A Sole āt inūgeretur. hāc viſionē cōſpicata inſtabat oīo diſſuadere patri ne a patria ꝓficiſceretur ad Orœtē: quin ēt ad bireme eunti male ominabatur. Cui cū ille minitaretur ſi ſoſpes rediret fore vt hęc ꝓdiu maneret virgo: ipſa vt ita cōtingeret ſibi imp̄cata eſt. Malle.n. ſe diutius virginē eſſe q̄ patre orbari. Polycrates oē cōſiliū ꝓ nihilo hns ad Orœtē nauigauit cū alios ſecū ducēs. Tū vero Democedē calliphōtis crotoniēſem medicū q eā artē apud ſuos p̄clariſſime oīum exercebat. Vbi magneſiā puenit Polycrates tetra morte eſt adfect⁹ indignaq; aut ſua ꝓſona aut ſuis cogitationibus. Nā neq; eoꝝ q ſyracuſis tyrānī extiterūt neq; alioꝝ gręcię tyrānorū vllus eſt magnificētia cū Polycrate cōparādus. Eū Orœtes: qđ indignū relatu eſt cruci ſuffixit. Eorū vero qui illū comitati fuerāt. Samios quidē dimiſit iubēs eos gratiam ipſi habere: q; liberi eſſent. Hoſpites autē atque ſeruos iure captiuitatis ſibi vendicans retinuit. Polycrates ergo ſuſpenſus omnē filiæ viſionem exoluit. Nam ab Ioue quidē cū plueret lauabatur. A ſole autē exudante e membris abdomine vngebattur. Hunc exitū habuerūt tot proſpera

Mæandrius.

Orœtis dolus.

Polycratis filiæ ſomniū.

Filiæ in patrē amor.

Democedes medicus.

Polycratis mors.

Polycratis quẽ vaticinatus ei fuerat Amaſis rex ægypti. Verũ nõ multo poſt tẽpore Polycratis vltio Orœtẽ excepit. Quippe poſt Cãbyſis obitũ occupato à magis regno. Orœtes cũ eſſet ſardibus nihil admodũ de perſis qui e mediis imperio fraudati erãt meritus eſt: ſed in ea pturbatiõe Mitrobatẽ a Daſcylio põſe ctũ (qui illũ de Polycrate exprobrauerat) interemit: & eius filiũ Cranatem ſpectatos in perſis viros: & cũ alia quoq; omnifaria flagitia cõmiſit: tũ quẽdã a nũciis: q ad ipſum a Dario venerat: q; parũ iocũda nũciaſſet: trucidandũ curauit: ſummiſſis quibuſdã: qui redeuntẽ adgrederẽtur: quiq; trucidatũ cum ipſo equo occultarẽt. Darius vbi principatu potitus eſt. Orœtẽ vlciſci cũ ab alia ſcelera tum põcipue ob Mitrobatem filiũq; cupiebat. Sed aduerſus eũ e profeſſo mittere copias conſiliũ nõ erat vtiq; rebus nõdum ſatis fundatis: & imperio recens pto: cũ põſertim audiret Orœtẽ multa innixũ cũ mille perſarum ſatellitibus ſtipatus eſſet. Nã ſuæ prouinciæ habebat phrygiã: lydiã ioniã. Itaq; Darius aduerſus hæc hanc rationẽ iniit. Adcitis perſarũ ſummis q̃buſq; proceribus his locutus eſt verbis. Perſæ quis hoc veſtrũ mihi repromittat executurus prudẽtia dũtaxat nulla: in nulliſq; copiis. Vbi.n. opus prudentia eſt: ibi vi agere nihil adtinet. Ergo qui veſtrum mihi Orœtẽ vel adducat viuũ: vel interficiat: qui de perſis nihil oĩno metuit: ſed multa ſcelera admiſit. Vel hæc duo vnũ q; duo e nobis Mitrobatẽ eiuſq; filiũ interemit. Altero q; a me miſſos ad ſe adcerſendum necandos curat: facinus profecto nõ tolerandũ. Ideoq; priuſq̃ maiora in perſas ſcelera admittat: cõprehendẽdus eſt ad necẽ. Hæc Darius interrogabat perſas. Eorum triginta extiterunt: q; repromitterent ſinguli volentes ipſi id exequi. Quos inuicem contendentes Darius reprehẽdens ſortiri iuſſit. Id cũ feciſſent ſors Bagæum Artontis filium ex omnibus contigit. Hic ſorte delectus hac ratione vſus eſt. Cõplures literas variis de rebus vbi ſcripſit: ſigilloq; Darii impreſſit: cũ his profectus eſt ſardis. Eas poſtea q̃ in conſpectũ Orœtis venit: dedit ſeparatim recitandas regio ſcribę. Regios autẽ ſcribas cuncti pr; ſides habẽt. Reddebat ſeparatim Bagæus litteras explorãdi gratia animos ſatellitum. nunquid annuerent ad rebellandũ ab Orœte. Quos animaduertens magnopere venerari litteras: & ea quæ in illis dicerentur: etiam vehementius reddidit aliam epiſtolam in hęc verba. Perſæ Darius rex interdicit vobis ne apud Orœtem fungamini ſatellitum officio. Hoc illi audito lanceas

Mitrobates. Cranates. Orœtis regna.

Vbi prudẽtia opus eſt Vi nihil agere adtinet.

Bagæus.

Bagęi literæ.

depoſuerunt. Tunc Bagæus cernens illos obtẽperantes epiſto
læ iumpta fiducia reddidit ſcribæ vltimũ libellum hæc verba
ſcriptũ. Rex Darius mandat perſis: qui ſardibus ſunt vt Orœ=
tem interimant. id vbi audiere doriphori: ideſt haſtati ſatellites Doriphori.
eductis acinacibus ſine mora Orœtem interemerunt. Ita vin= Orœtis mort
dicta polycratis ſamii orœtem perſecuta eſt Traductis at; cõ
portatis ſuſa bonis orœtis contigit nõ diu poſt vt in venatu fe
rarum darius rex dũ ab equo deſilit pedẽ intorſerit: vehemen=
terq; luxauerit. Nã talus e iuncturis amotus eſt. Exiſtimans ita
q; apud ſevt prius habere ex ægyptiis eos qui primi putarentur
arte medicinæ eorũ opera vtebatur. At iſti retorquendo pedẽ:
ac violenter tractando plus mali faciebant: adeo quidẽ vt ſep=
tem dies totidẽq; noctes darius præ moleſtia qua adficiebatur
trãſegerit inſõnes. Octauo die eidẽ male habẽti quidã demo= Democedes
cedis crotoniẽſis mẽtionẽ facit. Cuius de artificio prius iã in medicus.
de in ſardibus audiſſet. Darius hoiem q̃ celerrime adcerſi ad ſe
iubet: ille vt inter captiuos Orœtis inuẽtus vbi ꝓ neglecto ha
bebatur: in medium adductus eſt ſicut erat pãnoſus: ac compe
des trahens. In medio poſitũ: darius interrogauit nunquid eã
noſſet artẽ democedes veritus ne ſi ſe ꝓderet vſq; quaq; græcia
priuaret diſſimulare. Sed cũ videret notitiã artis p̃ ſe ferre. Da
rius iuſſit eos qui hoiem aduxerãt verba & tormẽta adferre i
medi.ũ. Tũc ille diſſimulatione miſſa ſe plane ſcire artẽ illã ne=
gauit. ſed alĩtulũ ob eius cõſuetudinẽ: quã cũ medico habuiſ=
ſet: factaq; ei poteſtate curãdi græcis medicamẽtis vtẽs & leuia
poſt acria admouens. Dariũ cõpotẽ ſomnii fecit & breui tẽpo=
re incolumẽ reddidit. Cũ iã ſe poſthac valide fore ad inceden
dũ deſperaſſet. Ob quã curationẽ poſtea cũ eũ Darius duobus Democedes
aurearũ cõpedũ paribus donaſſet interrogauit Democedes nũ duob⁹ aurea
quid ideo ſe duplici malo remunerãdũ putaret ꝙ ab eo ſoſpes rũ cõpedum
ipſe foret effectus. Hoc dicto Darius delectatus ad ſuas vxores paribus a Da
hominẽ miſit: eunuchi qui eum deduxerunt ad fœminas dice= rio donatus.
bant hunc eſſe qui reſtituiſſet animã regi. Tũc earũ ſingulæ au=
ream phialæ thecã ſuffringẽtes. Democedẽ donauerũt, tã am= Democedes
plo munere: vt excidentes ex percuſſione phialarũ ſtateres fa= aureis phia=
mulus qui ſequebatur nomine Scyton collegerit nõ paruã auri lis donatus.
ſummã. Hic democedes hũc in modũ e crotone profectus cũ Scyton.
polycrate cõſuetudinẽ habuit. Cũ a patre ſane iracũdo croto= Croton.
ne cohiberetur: nec eũ tolerare poſſet, illo relicto abiit in eginã. Aegina,
Vbi cõmoratus vnũ annũ primos medicos trãſcendit: & ſi ima=

paratus erat: & nihil instrumentorũ habens quæ ad artẽ medicinæ pertinerẽt. Ex quo factũ est vt in sequẽti anno æginetæ cõduxerint eũ talento: Atheniẽses tertio anno centũ mnis. Polycrates q̃rto anno talẽtis duobus ita in famũ ꝓfectus ẽ. A quo viro nõ minimũ medici crotonienses primi numerabantur: secundi cyrenæi. Qua etiã tẽpestate argiui cæteris græcis præstare musica ferebantur. Tũc itaq; Democedes Dario sanato susis maximas ædes optinebat: & cũ rege ad mẽsam sedebat. Oibus rebus adfluẽs ꝑter hãc vnam qđ in græcia redire non poterat. Quinetiã ægyptios medicos regẽ curare solitos cũ essent patibulis suffigendi: ꝙ a græco medico superati forẽt: impetrata ab rege venia liberauit. Item vaticinũ quendã Heleũ: qui Polycratẽ secutus fuerat: & inter captiuos ꝓ neglecto relictus. Deniq; maximi apud regẽ momẽti democedes erat. Interiecto deinde breui tpe inter alia cõtigit vt Atossæ Cyri filiæ (quæ erat darii vxor) in mãmilla vlcus exoriretur. deinde resciſſum porro grassaretur: quod ista quoad fuit exiguũ præpudore occultans nemini indicauit. Sed vbi male iam habebat adcersito democedi rem ostẽdit. ille se redditurũ sanã adfirmãs: adiurat eã vt sibi vicissim ipsa inferiat i eo qđ orauerit. Oraturũ ãt nihil vñ dedec⁹ redũdaret. A quo postea q̃ curata ẽ edocta darũ dũ cũ eo cubat his verbis adlocuta ẽ. Rex cũ tantũ tu habeas copiarũ desides nullã neq; gentẽ neq; potentiã persis adquirẽs. Atqui par ẽ virũ & iuuenẽ & magnarũ opũ dñm aliquid operis edẽdo se ostẽdere: quo etiã persæ cognoscãt sibi virũ præesse: qđ vt facias duabus de causis interest vt persæ & eũ qui ipsis præest virũ esse intelligãt: & bello adteranť: ne ociũ agẽtes sibi insidias tendãt. Nũc ergo aliquod opus edas quoad i ætate iuuenili es. Nã augescente corpore ingenũ pariter augescit: & cõsenescẽte cõsenescit & ad res omnes elanguescit. Hęc Atossa ex admonitu Democedis. Ad quam darius respondens quę (inqt) vxor ipse facere destinaueram: ea omnia dixisti. Ego.n. constitueram scythis bellũ inferre iuncto mari e nostra cõtinente in alteram põte: quod breui tẽpore perficeretur. Ad eũ Atossa animaduerte inquit nũc. Omitte primũ bellũ scythis inferre: q quãdocũq; voles tui erũt aduersus græciam mihi tu eas in expeditionem. Concupisco.n. lacænas: & argiuas & atticas & corinthias fando cognitas mihi fieri ancillas: & ad hoc habes virũ ex omnibus maxime idoneũ ad demõstrãdas græciæ res: atq; exponẽdas hunc qui pedẽ tuũ sanauit. Cui Darius quãdoquidẽ (inqt)

Crotoniẽses medici.

Cyrenæi medici.

Heleus vaticinus.

Atossę vlcus

Atossę cõsilium dario regi.

Senectutis incommoda.

Democedis admonitio.

vxor tibi videtur nos primũ græciam tẽtare debere: mihi videt ſatius añ oia mittẽdos illuc exploratores ꝑſas vna cũ iſto: quẽ dicis q̃ ꝑcepta oia illic & viſa renũcient: & mox ego ab illis edoct⁹ aduerſ⁹ græcos tẽdã. Hęc locut⁹ dari⁹ id qđ locut⁹ re quoq; adgreſſus eſt. Nãq; vbi primũ illuxit adcitis quindecim viris perſarũ ſpectatis præcepit vt ſequentes democedẽ omnia græciæ maritima colluſtrarent: neue cõmiterẽt vt democedes ab ipſis aufugeret. ſed rurſus eũ omnino reducerent. Hæc illis vbi ꝑcepit ſecundo loco democedem ipm ad ſe adcerſitũ orat vt expolita atq; demõſtrata perſis omni græcia rurſus redeat. Iubetq; eũ dono ferre patri ac fratribus omnia ſua vtẽſilia: adfirmans ſe alia multo plura illi inuicẽ donaturũ. At præter dona miſſurũ ait quævna iter faciat onerariã nauim omnifariis bonis refertam. hæc darius nullo doloſo conſilio (vt mea fert opinio) mandauit. Ille tñ veritus ne ſe Darius tentaret tanq̃ fugitiuũ ſi cuncta ſibi oblata caperet: reſpondit ſe quidẽ ſua illic velle reliquere vt ea reuerſus ſibi haberet. Verũ nauim onerariã quam darius promitteret dono fratribus adcipere. Darius poſt q̃ hæc democedi præcepit homines ad mare dimiſit. Iſti cũ in phœnicẽ deſcendiſſent: & ex phœnice in vrbẽ ſidonem: confeſtim duas triremes inſtruxerunt: & ſimul ingentẽ onerariã omnifariis bonis impleuerunt. Cõparatiſq; omnibus in græciam trauiciunt. Et adeuntes maritima eius loca intuebantur atq; deſcribebant. Tũ plæraq; ac celeberrima græciæ loca cõtemplati. in Italiam tarentum tranſmiſerunt. ibi Ariſtophilides tarentinorum rex & ipſe crotonienſis gubernacula medicarum nauium reſoluit pariter & ipſos perſas detinuit tanq̃ certos explorato-res. Interea dum iſti patiuntur hæc: democedes crotonem abiit ad domum ſuã. Quo abeunte Ariſtophilides perſas miſſos fecit reſtitutis his quæ de manibus abſtuliſſet, illinc perſæ nauigantes: at Democedem perſequentes crotonem perueniunt nactiq; in foro democedẽ prehendunt. Eum crotonienſium quidam rem perſicã reformidantes tradere parati erant. Quidã iectis e diuerſo manibus perſas fuſtibus cædebãt his verbis cõmonefacientes. Viri crotonienſes cõſiderare quid facitis: qui hominem regis fugitiuum eripitis. An ex vſu erit vobis hanc iniuriam regi Dario intuliſſe: ac vobis bene cedet iſta feciſſe ſi vos dimiſeritis: cui .n. primum q̃ huic vrbi bellum inferemus: aut q̃ priorem diripere conabimur. Hæc dicendo nihil magis crotoniẽſibus ꝑſuaſerũt. Quinimo nõ mõ democede: ſed etiã

Democedes in græciã cũ exploratoribus mittitur.

Ariſtophilides Rex.

Democedes domũ abiit.

oneraria naui quã vna duxerat priuati ſunt : atq; in aſiã reuerſi omiſſo iam ſtudio diſcẽdi vlteriora græcię duce fraudati. Quibus tamẽ in digreſſu iſte mãdauerat vt Dario dicerent democedem ducere vxorem Milonis filiam. Frat. n. apud regem celebre nomen Milonis luctatoris: quas nuptias videtur mihi eo tempore properaſſe magna erogata pecunia: vt ipſum etiam in patria ſua ſpectatũ eſſe Dario adpareret. Profecti crotone perſæ ad Iapygiã in quaſdam naues inciderunt. A quibus in ſeruitutem redactos. Gillus quidam tarentinus exul redemit: & ad regem Dariũ reportauit. Ob quod meritũ cũ rex paratus eſſet donare ei quicquid vellet: optauit ſe in patriam reduci expoſita prius ſua calamitate dicens ne omnem græciam cõturbaret: ſi claſſis ingens ipſius cauſa in italiam mitteret: cõtentum ſe eſſe vt per ſolos cnidos reduceretur: exiſtimãs pro amicitia: q̃ cnidis erat cũ tarentinis ſe præcipue reductum iri. Id Darius pollicitus effecit. Nam miſſo cnidũ nuncio iuſſit vt Gillum tarẽtũ reducerent. Cnidi Dario obſequentes. Id tamẽ a tarẽtinis non impetrauerunt. Nam ad vim efferendi inualidi erant. Atq; hęc hunc in modũ adminiſtrata ſunt: hiq; Perſæ primi extitere: qui in græciam traiecti ſunt ſpeculandi gratia: & ob hanc rẽ Samũ vero poſt hæc rex Darius omniũ vrbium tam græcarũ q̃ barbararum primã euertit ob hanc cauſam dũ Cambyſes in expeditione aduerſus ægyptum ageret: permulti ſe illuc græcorũ cõferebant partim (vt credibile eſt) negociandi: partim militãdi: partim ipſius regionis oculis ſubiiciendæ gratia. E quibus fuit Syloſon Aeacis filius Polycratis germanus: extorris pria. Huic Syloſonti fœlicitas huiuſmodi contigit. Sũpto hic amiculo rutilo ac ſibi circũdato apud foꝝ memphęos ſpaciabatur. Quẽ cũ vidiſſet Darius Cambyſis ſatelles nullius admodum cõditionis vir captus amore amiculi adit hominẽ: vt mercetur amiculũ. Syloſon animaduertens Dariũ magnopere cupere amiculũ diuina quadam fortuna vſus. Ego (inquit) amiculũ hoc nulla pecunia vẽdo: ſed tibi largior. Si modo tuũ perpetuo debet eſſe. Hæc adprobans Darius adcepit indumentũ. Syloſon qui putaret ſibi illud ſtulte periſſe interiecto tẽpore cum Cambyſes deceſſiſſet: & ſeptẽ illi magũ oppreſſiſſent : & ex ſeptem Darius regnũ adeptus eſſet: vbi certior factus eſt ad eum virum peruenîſſe regnũ: cui ipſe præcanti dediſſet in ægypto veſtimẽtum: ſuſa aſcendit: ſedenſq; in veſtibulo regiæ: ait ſe eũ eſſe qui de rege ſit benemeritus. Hæc audiens ianitor regi nunciauit.

Milo luctator.

Iapygia. Gillus.

Samos euerſa.

Syloſon. Polycrates.

Darius.

Animaduerte Syloſontis liberalitatem vel in ignotũ

Ad quem admirabundus rex. Et quis eſt (inquit) græcorũ qui in me beneficus extiterit. Cui ego reuerentiam debeam recens regno potitus. Nec dũ multi aut nulli eorũ ad nos aſcẽderunt. Nec vllo græcor⁹ quicq̃ vt ſic dicam opus habeo. Tamẽ homi nẽ introducite vt ſciam quid hęc dicendo vult ſibi. Vbi a iani tore introductus eſt Syloſon ac ſtatus in medio : interrogatur ab interprætibus quiſnam eſſet: aut quo facto beneficus in regẽ extitiſſet. Ipſe rem omnẽ geſtam circa amiculũ refert. ſeſeq; illũ eſſe qui id donaſſet. Ad hæc reſpõdẽs Darius. O inquit virorũ generoſiſſime tu ne ille es qui mihi nullam dũ potentiã habẽti donaſti ea q̃uis parua tamẽ perinde grata. ac ſi nũc aliquid magnũ adciperẽ. Qua de re immenſo te auro argentoq; remunerabor: vt nũq̃ pœniteat te liberalẽ in Dariũ Hyſtaſpis extitiſſe. Cui Syloſon mihi (inquit) rex neq; auri neq; argenti dederis: ſed patriã meã Samũ vbi eã liberaueris : quam nũc poſt necem fratris mei Polycratis ab Orœte interfecti occupat ſeruus noſter. hanc mihi donato citra cædẽ atq; direptionẽ. His Darius auditis miſit exercitũ duce Otane vno e ſeptem viris iuſſo vt q̃ Syloſon rogaſſet: ea effecta redderet. Otanes ad mare deſcendẽs cõtrahebat exercitum. at Sami imperiũ optinebat Mæandrius Mæandrii adceptũ a Polycrate: vt illud procuraret. Cui iuſtiſſimo virorũ volenti eſſe non licuit. Nã vbi de Polycratis interitu adlatus eſt nuncius : ante omnia Ioui liberatori ſtatuit aram: eique phanũ in circuitu deſignauit: & qđ nũc quoque in ſuburbanis extat. Deinde vbi hoc perfecit aduocata omniũ ciuiũ cõtione ita verba fecit. Mihi ſcæptrum atque omnis potẽtia Polycratis (vt vos etiã noſtis) demãdata fuit: in meo quoque arbitrio ſitum eſt vobis dominari. Sed quod in vicino repræhẽdo: id ipſe quoad potero nõ faciam. Nã neq; Polycrates placebat mihi in viros ſibiipſi pares dominatũ habens: neq; alius quiſpiã talia faciens. Et Polycrates quidẽ fatũ ſuũ expleuit Ego aũt depoſito in mediũ dominatu iuris æquabilitatẽ ſuadeo: poſtulans iure optimo mihiipſi hoc honoris tantũ modo vt e pecunia Polycratis ſex demũ talenta peculiariter mihi cędant. Et p̃terea Iouis liberatoris (cui ego templũ exturxi) ſacerdotiũ tã meis in perpetuũ liberis: q̃ mihi qui libertatẽ vobis reſtitui. Hæc Mæandrius a Samiis poſtulabat. Tũc eor⁹ quidã ſurgẽs. Tu vero (inquit) indignus es qui nobis imperes: tu q malus extitiſti ac funeſtus: ſed dignus potius q pecuniarũ quas interuertiſti rationẽ reddas. Hæc Teleſarchus ita.n. vocabatur

Darius ad Syloſontẽ.

Otanes.

Mæandrius.

Iuppiter liberator.

Quod reprehendis ne facito.

Męandrii ad Samios oro.

Teleſarchus.

dixit: q; inter ciues erat exortæ virtutis. Quæ Mæandrius in animũ adcipiẽs reputansq; fore vt si dñatũ ipse deponeret. alius quispiã in eius locũ tyrãnus cõstitueret. nõ deponẽdũ sibi dominatũ statuit: sed in arcẽ regressus adcitũ vnũquẽq; eorũ tanq; rõnẽ pecuniarũ redditurus cõphẽdit: adligauitq; post hæc duhi in vinculis sunt. Mæãdrius morbo corripitur: quẽ decessurũ credẽs frater suus nomine, Lycaretus quo facilius Sami rerum potiretur: oẽs victos interemit. Neq; n. videbantur velle liberi esse. Igitur vbi samũ tenuere persæ Syloſontẽ reducẽtes: nemo aduersus eos manũ leuauit. Atq; hi q cõtrariæ Mẽãdrio factionis erãt. deditionẽ se facere velle dixerũt: quin ipse Mæãdrius ex insula discedere. Adprobante hæc Otane atq; inito fœdere eminẽtissimi quiq; persarũ politis sellis e regione arcis sedebãt. Erat Mæãdrio germanus vecordiusculus nomine Charileus. qui q; delinquere solebat in superterraneo loco erat adligatus. Hic cũ audisset quę agebãtur & per specũ suspiciẽs vidisset pasas quiete sedẽtes vociferando dicebat velle se in colloquiũ venire Mæandrii. Eũ audiẽs Mæandrius iussit solutum ad se adduci. Vbi adductus est confestim cõuicando maledicẽdoq; illi suadebat vt impetũ daret in persas. Hæc inquiens. Ne tu o deterrime virorũ qui sum tuus frater: quiq; nihil vinculis dignũ peccaui in superterraneo carcere adligandũ putasti. persas autẽ quos cernis te ad orientes: atq; extorrẽ facientes vltum ire nõ audes tã faciles tibi ad capiendũ. Quos si tu reformidas prębe mihi auxiliares tuos: vt illos ob suũ huc aduentum vlciscar: paratus teipsum ex insula admittere. Hæc Charileus. Quem sermonẽ Mæandrius admisit ẽtũ ego sentio: non quia eo insipientiæ venisset vt putaret suas vires regiis superiores esse: sed quia inuidẽs Syloſonti si ciuitatẽ & integrã & sine labore eẽt adcepturus maluerit res samias debilitati persis irritatis: atque ita tradi probe intelligens persas prius iniuria lacessitos sæuituros esse in samios & sibi tutũ ex insula excessum esse: quãdocũq; vellet. Foderat enim sibi occultũ cuniculũ ex arce ferentẽ ad mare. Itaq; ipse quidẽ Mæandrius e samo ꝓfectus est. Charileus aũt armatis cũctis auxiliariis: patefactisq; portis egredit in persas nihil tale expectãtes: sed omnia pacata existimantes. In his persas qui sellas adtulerãt: & plutimi momenti erãt: dato impetu auxiliarii graſſabãtur. Dũ hæc isti agũt cæteræ persarũ cõpiæ auxilio veniũt. A quibus repulsi auxiliarii: rursus in arcẽ ręceptorum se recipiũt. Otanes imperator certẽs tãtã cladẽ adcepisse psas: oblitus.

Mæandrius morbo correptus.

Lycaretus. Syloſon Samũ repetit.

Charileus.

Charilei ad męandrium oratio.

Mæandrius ſyloſonti inuidens.

Otanes darii

ét ſi memor erat p̃ceptorũ Darii dũ ipſum mittebat ne quẽ ſamiorũ aut occideret: aut caperet: ſed inſulã immunẽ malorum Syloſonti traderet: tñ horũ p̃ceptorũ oblitus eſt: iuſſitq; milites: vt quẽcq; ſamiũ adipiſcerẽtur occidere virũ pariter & pueros. Tũc pars copiarũ arcẽ obſidebat: pars obuiũ quẽq; ſine diſcrimine trucidabat tã i delubris q̃ extra delubra. Mæãdri⁹ e ſamo profugiẽs lacedæmonẽ nauigauit. Eo vbi peruenit habẽs q̃ in diſceſſu exportauerat: dat negociũ famulis vt pocula argentea: & aurea proponant. dũ illi ea promũt interea ipſe Cleomenem Anaxandridæ filium ſpartæ regem colloquẽdo deducit ad æ-des ſuas. Cleomenes vbi pocula inſpexit: præ admiratione attonitus erat. Mæãdrius eũ iubere q̃cũq; liberet illinc aſportaret Idq; cũ etiã atq; etiã Mæandrius diceret: tñ Cleomenes virorũ iuſtiſſimus extitit: q ea q̃ ſibi donabãtur recipiẽda non putauit: ſed cum ſenſit eadẽ nõnullis ciuiũ Mæandriũ elargiri quo mõ puniri deberet excogitauit. Aditis.n. ephoris hoc eſt tribunis plebis ait ſatius eẽ ſpartæ hoſpitẽ ſamiũ e pelopõneſo ablegari: ne quẽ ſpartanorũ aut ipſum aut aliũ quempiã perſuadeat fieri malũ. Illi Cleomeni obſequentes Mæandriũ ablegarũt. Perſæ vbi deripuere ſamũ. Syloſonti tradiderũt viris deſolatã. Interiecto tñ tẽpore Otanes imperator frequẽtẽ incolis effecit e viſione per quietẽ morbo correptus: quo laborauit circa pudẽda. Dũ ſamũ nauticus ꝓficiſcitur exercitus: interea Babylonii rebellauerũt rebus probe admodũ cõparatis. Nã q̃diu magis imperauit: & ſeptẽ cõiurati rẽ adgrediũtur per hoc oẽ tẽpus & p occaſionẽ rerũ turbatarũ ſe ad ferendã obſidionẽ inſtruxerũt: & in his adparandis vſq; latuerunt. Verũ vbi e profeſſo deſciuerũt: hæc ſibi facienda ſtatuerũt. Matres expellunt mulierum vnã q̃ ſibi quiſq; voluit e domeſticis delegit: & hanc ad panẽ ſibi faciendũ. Cæteras in vnũ cõtractas ſtrangulãt: hoc iccirco facientes: ne rem frumentariã ipſorũ illę abſumerent. His rebus cognitis: Darius aduerſus eos cõtractis omnibus copiis cõtẽdit. Et poſtq̃ peruenit: vrbẽ obſidione cingit. Sed illi nihili pẽdere obſidionẽ. Nã conſcenſis propugnaculis tripudiare probraq; ingerere Dario atq; exercitui: quorũ qdã ita inquit. Quid iſtic deſidetis perſę: qn poti⁹ abſcedetis. Tũc expugnaturi nos cũ peperint mulæ. Hoc quidã babyloniorũ dicebat credẽs nũq̃ parere mulam. Anno ac ſeptẽ menſibus in obſidione cõſumptis. iã Dariũ atq; vniuerſum exercitũ tedere q; babylonios expugnare nõ poſſet: & ſi aduerſus illos omnia machimẽta atque

Cleomenes.

Cleomenes virorum iuſtiſſimus.

Samos. Syloſonti traditur. Strabo. i. 14.

Samũ hominibus vidua tam Syloſontis opa acerbe imperãtis tradit.

Babyloniæ mulieres ſtrãgulatę.

omnes insidias expertum cũ alias: tũ illas qbus eos dẽ cyrus ex pugnauit. Omnia hæc frustra fuerunt: quia babylonii vehementer excubiis incũbebant: sed cũ ne sic quidẽ capi possent: vicesimo q̃ circũualati sunt mense zopyro megabysi filio vnius e septẽ qui magũ sustulerunt hoc contigit portentũ vt quędã mularũ eius q̃ frumentũ subuectabãt parereț. Quod ei renunciatum cũ non crederet ipse fœtũ inspicere voluit. Eo viso vetuit seruos cuipiã rem aperire reputans illius babylonii verba qui inter initia dixisset. postq̃ mulæ parerẽt: fore vt muri expugnarentur. Ex hac fama zopyro vita est expugnabilis babylon diuino enim numine & illũ locutum: & suã mulam esse enixam. Igitur vbi visum est fatale esse iã babylonem capi adiens Darũ sciscitatus est nunquid perq̃ magnificaret expugnare babylonẽ aut diẽs perq̃ magni ab illo fieri alius consultat quo modo ipse foret vrbis expugnator: & suum hoc op⁹. (Beneficia enim apud persas permultũ ad incrementa honorũ consequenda valent). Eoq; nemini ex promens se suffecturũ rei faciendæ si seipsum cum mutilasset ad hostes transfugere: sese deformissima mutilatione adfecit prorsus id minimi faceret. Quippe nares sibi p̃cidit: auriculasq; comã deformiter circũtodit: plagas imposuit. Atq; ita ad darĩũ perrexit. Quẽ ille intuẽs virũ. ſ. spectatissimũ sic trũcatum adeo grauiter tulit: vt exiliens e solio exclamauit interrogando quis eum ob quod facinus mutilasset. Ad eũ respondens zopyrus. Nemo inquit rex preter te: cuius tanta potentia est ita me potuisset adficere: neq; alienus quispiã hoc mihi fecit: sed ipse ego q̃ indigno animo fero assyrios persis illudere: Cui rex o virorum miserrime inquit turpissimo facto pulcherrimũ nomen imposuisti inquiẽs propter eos qui obsidentur temetipsum indigne lacerasse. Nũquid o demẽs e mutilato protinus hostes deditionẽ facient? Quid in teipsum laniando sensus amisisti. Ad eum zopyrus si (inquit) tecum cõmunicassem quę eram facturus: tu me nõ permisisses. Nunc memet ego adhibens in consiliũ id feci. Itaq; iam babylonẽ capiemus nisi tu tuis parces. Ego enim ita (vti sum) ad muros vt trãsfuga fugiã: dicãq; ad illos me hæc abs te esse passum: & (vt opinor) ex hoc corporis habitu fidem eis faciens consequar exercitus præfecturã. At tu decimo die q̃ muros fuero ingressus mille milites ex eo genere cuius amissione nihil admodũ dãni fiat collocа aduersus portã q̃ vocatur Semiramidis: Rursus interiectis septem diebus colloca duo milia ad portas q̃ dicũtur Ninorũ

zopyrus.

Mulæ partus Theophrast⁹ tñ mulas vulgo parere in cappadocia dicit vide plinĩ in octauo lib. cap. 44.

Beneficia.

zopyrus se lacerat.

atq; tertio viginti diebus interiectis e regione portarū q̄ dicun
tur caldæorū alios ſtatue numero quattuor milia. Dū neq; prio
res: neq; poſteriores habeant quo ſe defendāt: pręter gladios:
hæc tantū ſententias eos habere. Poſt diē viceſimū reliquas
copias iube recta muros vndiq; ſubire. Verū ad portas quę beli Belides por-
des ac Ciſſię vocātur: perſas mihi ſtatuito. Et.n. vt ego ſentio tæ.
babylonii mihi q magna opera ediderint cōmittent: eū alia: tū Ciſſiæ.
vero portarū claues. Illinc mihi atq; perſis curæ erit: operā na-
uare. Hæc vbi mandauit ad muros perrexit: ſubinde reſpectās
tanq̄ vere perfuga. Eo cōſpecto qui in turribus ad id diſpoſiti
erant deorſum decurrerunt & alterā portam aliq̄tulū reclinātes
ſciſcitabant q̄nā eſſet & cui⁹ rei indigens veniret. Cūq; hic di-
xiſſet ſe zopyrū eſſe: & ſe ad illos trāſfugere: eū ad babylonio⁹ zopyrus trāſ
magiſtratus deduxerunt. Ante quos vbi ſtetit zopyrus cōditio fugit ad ba-
nē ſuam miſerabatur referens a dario ſe paſſum q̄ a ſemetipſo bylonios.
paſſus eſſet: idq; ob eā cauſam q̄ ſuaſiſſet illi diſcedere cū exer
citu quoniam nulla via oſtenditur vrbis expugnandę At nunc
(inquit) ad vos venio babylonii futurus vobis in maximo bo-
no: Dario aūt & copiis eius maximo malo neq; n. q̄ ita me mu
tilauit feret impune: cum habeā exploratos omnes conſiliorū
eius exitus. Hæc zopyrus cōmemorabat. Quē babylonii vtiq;
virū apud perſas ſpectatiſſimum cernētes naribus atq; auribus
priuatū vibicibus ac ſanguine cōſperſum: ſperātes omnino ve-
re loqui & ad ipſos venire ſociū: inducti ſunt ad permittēda ei
q̄cunq; poſtulaſſet. Iſte poſtulauit copias militū: quas vt acce-
pit: perfecit ea q̄ cū dario cōpoſuerat. Siquidē decimo die edu
ctis babyloniorū copiis mille darianos: quos collocari primos
mādaret circūuentos trucidauit. Eū babylonii aduertētes cō-
ſentanea verbis facta prȩſtare: maiorē in modū lætabantur pa-
rati omni iure homini parere. Iſte rurſus interiectis diebus: de
quibus erat conuentū cū delectis babyloniorū egreſſus duo mi
lia darianorū militum interfecit. Babylonii cernentes hoc alte
rum opus nihil aliud q̄ zopyrū in ore habere eū laudibus tolle
re. Hic rurſus cōſtitutis diebus ſuperſedens ad p̄dictum locum
copias educit: circūuentaq; quatuor milia occidit. Quo tertio
ope edito zopyrus apud babylonios erat: vt & dux exercitus: &
murorū cuſtos declararetur. Vbi vero e cōpoſito darius copias
vndiq; muris admouit: ibi zopyrus omnē dolū patefecit. Nam
cū babylonii conſcenſis muris copias darii adorientes arcerēt Babylon ca-
ipſe apertis ciſſiis ac belidibus portis pſas in vrbē introduxit. pit a Dario.

Quod factū qui babyloniorū videbāt: hi in puluinar Iouis belli cōfugerunt. Qui nō videbant: hi in ſuo quiſq; loco pmanſerūt: donec & ipſi ſe proditos intellexerūt: ita babylō iterū capta eſt. Qua potitus darius muros eius circūcidit: & portas omnes amolitus eſt. Quoꝝ neutrū Cyrus fecerat pri⁹ eidē a ſe captæ. Babylonioꝝ quoq; procerū tria milia patibulis adfixit data cæteris venia vrbē incolēdi. Atq; vt idē vxores haberēt vñ ſucreſceret ſoboles prouidit. Nā fœminas babylonii (vt ſuperius demonſtratū eſt) rei frumētariæ cōſulentes ſtrāgulauerāt. Itaq; darius vicinis vndiq; populis negociū dedit: vt fœminas babylone repſentarēt pro iniūcto quiſq; numero. In ſumma igit̄ tur qnquaginta milia fœminarū cōuenerunt. Ex qbus qui ſunt babylonii originē duxerūt. Darii iudicio nemo perſarū zopyrū pſtantia facta ſupergreſſus eſt: neq; eoꝝ qui prius: neq; eorū qui poſterius extiterūt pter vnū cyrū: cui nullus vnq̄ perſarū ſe dignū qui illi cōpararetur exiſtimauit. Ferturq; darius hoc dictū ſepenumero vſurpaſſe p optaturū ſe zopyrū nihil eſſe cladis paſſum q̄ viginti ſibi babylones vltra illā q̄ haberet adquiri. Eū tamen egregie remuneratus ē cū dādo quotannis q̄ apud pſas ſunt honorificentiſſima: atq; alia permulta: tū tradita babylone immuni quo ad viueret in peculiarē portionē. Huius zopyri filius fuit megabyzus: q dux exercitus extitit in ægypto aduerſus athenienſes: & ſocios. Atq; huius megabyzi filius zopyrus ille qui ad athenienſes tranſfugit a perſis.

zopyri laus.

Cyri laus.

Megabyzus.

zopyrus.

¶ Herodoti Halicarnaſei Hiſtoriarū Liber Quartus: qui inſcribitur Melpomene.

Scythæ.

POſt babylonis expugnationē Darius aduerſus ſcythas fecit expeditionē. Nā cum floreret viris aſia: & magno pecuniæ ꝓuentu: cupido inceſſit ei ſcythas vleiſcendi quippe q priores iniuriā intuliſſent ingreſſi mediā: & his qui occurrerant p̄lio victis. Etenim ſcythę (quēadmodum ſuperius a me dictum eſt) duodetriginta annos ſuperiori aſiæ ꝑitauerūt. Siquidē perſequentes gētem cimeriā ingreſſi aſiā abrogarūt imperio medos: q ante ipſoꝝ aduentū aſiā obtinuerāt. Scythas cū octo & viginti annos peregre abfuiſſent: in patriā reuertentes excepit non minor q̄ medicus fuerat labor. Offenderunt. n. nō exiguū

exercitum cõtra ipſos venientẽ. Vxores nãq; eorũ diuturna virorum abſentia ad ſeruos adcesserãt viſu orbatos, Orbãt autem ſcythæ ſeruos oẽs lactis gratia: quod potãt: ita id facientes ſuſflatoria ossea fiſtulis ſimillima fumũtur: eaq; genitalibus equarũ impoſita ore inflãtur. Hoc aliis facientibus: alii equas emungunt. hoc ideo ſe facere aiũt q; venæ equarũ ſufflatę ĩplẽtur: & mãmæ deſcendũt. Poſteaq; emulxere lac: in cõcaua vaſa lignea diffundũt. His circũpoſiti cæci: lac agitãt. Cui⁹ (qđ ſummũ ẽ) delibatur: p̃cioſiuſq; habetur: villius autẽ quod ſubſedit. Hui⁹ rei gratia ſcythæ quẽcunq; capſunt: viſu orbãt. Nõ. n. agricolatores ſunt ſed paſtores. Ex his igitur ſeruis ac mulieribus ſcytharum progenita eſt iuuentus: quæ ſuorũ nataliũ conditione cognita obuiã perrexit his qui reuertebãtur a medis. Et primũ regionẽ interſcpſit ducta lata foſſa: quæ a taurícis mõtibus pertingebat ad mæotim paludẽ omniũ maximã Deinde in his cõſiſtens ſcythis itroire conãtibus repugnabat. Sæpe cõmiſſa pugna: cũ nihil tamẽ ſcythæ ꝓficerent: Quidã ex eis inquit. Quid nam rei facimus viri ſcythæ cũ noſtris ipſoꝝ ſeruis dimicãtes: qui & cũ interficimur: ipſi pauciores efficimur: & illos interficiendo paucioribus deinceps ĩperabimus. Mihi videtur haſtis arcubuſq; omiſſis ſumenda flagella: quibus equos verberamus: & ad illos propius eundum. Nam quoad vident nos arma habentes arbitrantur ſe ſimiles nobis atq; e ſimilibus eſſe: vbi nos pro armis verbera tenentes viderint: tunc ſe noſtros ſeruos eẽ intelligentes: atq; id agnoſcentes non perſtabunt. Hoc ſcythæ cum audiſſent ita ſibi faciendum putauerunt. Qua ex re pculſi illi pugnæ immemores fugam capeſſerunt. Ita ſcythæ imperio ſunt aſiæ potiti: & rurſus a medis eiecti ad terram ſuam hunc in modum reuerſi. Hæc de cauſa Darius vlciſcendi cupidus comparauit exercitum. Scythæ gentem ſuam omniũ nouiſſimam eſſe aiunt: idq; hoc modo extitiſſe. Virum quendam in hac terra cum deſerta eſſet primum fuiſſe nomine Targitaũ & eius parentes (quod tamen mihi non probatur) Iouem: Boryſthenisq; fluuii filiam. Tali genere ortum aiunt Targitaum eiuſq; tris liberos fuiſſe Nitoxain: Arpoxain: & nouiſſimum Colaxain. His regnantibus demiſſa cælitus in ſcythicam regionem ex auro facta aratrum cum iugo ſecurim phialam: Quæ cum primus omnium inſpexiſſet natu maximus adceſſiſſe: & itidem animo illa ſumendi: ſed eo adcedente aurum arſiſſe. Hoc digreſſum ſecundum adceſſiſſe: & itidem aurum arſiſſe.

Scytharũ ſerui oculis orbantur lactis gratia.

Caput lactis.

Sũmũ lactis.

Meoti palus maxima.

Scythæ.

Si Strabonẽ i. 2. & 3. & ſeptimo & vndecimo libris legas necnon pliniũ i ſexto ca. 13. & i ſeptimo ca. 2. tibi credibiliora (q̃ de ſcythis dicturus eſt) videbũr licet inter ſe non prorſus conueniant.

Targitaus.

Nitoxais.
Arpoxais.
Colaxais.

Ambobus ab ardendi auro ſummotis: tertio loco cũ minimus natu adcederet aurũ fuiſſe extinctum: & ab illo domũ portatũ. Eaq; re maiores fratres animaduerſa totum regnũ ad minimũ detuliſſe. Et a Nitoxai quidẽ progenitos eſſe eos ſcythas quorũ genus auchatæ adpellãtur. Ab arpoxai vero qui medius fuit eos qui catiari. & trapii nominantur. A minimo aũt natu reges qui paralatæ vocãtur & oĩbus nomẽ eſſe Scolotis regis cognomen: Sed ſcythas græci adpellauere. Hũc in modũ ſe extitiſſe ſcythæ memorant: & ex quo extiterunt a primo rege Targitao vſq; ad Darii aduerſus ipſos tranſitũ annos omnino mille nõ amplius fuiſſe. Aurũ vero illud ſacrũ in primis cuſtodiri a regibus placariq; maiorĩbus hoſtiis: & adiri quot ãnis ſolẽniter: & qui aurũ ſacrũ habet die feſto dormire ſub dio: & eũ nunq; peramare: & ob id dari ipſi tantũ ſoli q̃tũ vno die vectus equo peragrare poteſt: & cũ regio ſit ingens colaxain conſtituiſſe trifariũ filiis ſuis regnũ. Vnũ quidẽ (q̃ maxima portio eſt) vbi aurũ aſſeruatur: Superiora autẽ ad vẽtũ ad aquilonẽ vergẽtia. Vltra q̃ regionẽ nulli incolere poſſint: neq; proſpicere neq; tranſire propter interfuſas pẽnas. Pẽnis. n. tum terrã: tũ arcẽ oppletũ eſſe: & has p̃ſæpire viſũ Hęc ſcythæ de ſeipſis pariter ac de regione ſuperiore narrant. Sed græci qui pontum incolũt: ad hunc modũ herculẽ Geryonis vaccas agentẽ in hanc perueniſſe terrã q̃ deſerta eſſet: q̃ nunc ſcythæ incolunt. Geryonẽ autẽ habitaſſe extra pontũ in terra q̃ græci inſulã erythreã cõtra gades. q̃ ſunt extra colũnas Herculis in oceano. Oceanũ vero ab ortu Solis incipientẽ circũfluere terrã verbis quidẽ adfirmãt: ſed re tamen nõ demonſtrant. Illinc Herculẽ cũ ad regionẽ: q̃ nunc ſcythica vocatur veniſſet ſub tecta ſibi pelle leonis obdormiſſe Dęphenderat. n. eũ vehemẽs pluuia & gelu: & dũ dormit interea equas eius a curru paſcentes diuina q̃dam ſorte amotas nõ cõparuiſſe. Eas experrectus cũ indagaret omnẽ regionem colluſtrãs tandẽ in terrã: q̃ dicitur hylæa deueniſſe: ibiq; in antro q̃dam inueniſſe virginẽ ancipitis naturæ humanæ ac ſerpentinæ. Superne quidẽ femorũ tenus fœminã. Inferius autem viperã Eam conſpicatũ Herculẽ atq; admiratum interrogaſſe nuncubi ſuas equas errabũdas vidiſſet: illãq; reſpõdiſſe ſe quidẽ illas habere: ſed nõ prius redditurã ei q̃ cũ ipſa coiiſſet. Herculẽ ſub ea mercede cũ fœmina cõcubuiſſe. Sed cũ illa differret reddere equas cupida diutiſſime cũ hercule cõcumbendi & hic cuperet receptis equis abire ad poſtremum illis reddiris

Auchatæ. Catiarii. Trapii. Paralatæ. Scolotis. Scythæ. Aurũ ſacrũ. Hercules. Geryon. Erythrea inſula. Gades. Oceanus. Hylæa. Fœmina cũ vipera.

mulierē dixiſſe. Has ego tibi equas q̄ huc venerant ſeruaui: tu earum ſeruatarū præcium mihi perſoluiſti. Cōcepi. n. ex te filios tris: qui vbi adoleuerint: expone quid facere debeam nunquid hic habere domicilium. (Nā ipſa huius regionis imperium teneo:) an ad te mitti. Hæc percōtatæ reſpondiſſe poſteaq̄ eos in virilē ætatē adoleuiſſe videris: ſi ita facies non delinques. Quē animaduerteris eōrū hunc arcū ita tendentē: & hoc balteo ita percinctū: eū tu regionis huius incolā effice. Qui autē his operibus quę mādo nō erit par: eū hinc ablegabis. Hæc exequēdo & ipſa lætaberis: & p̄ceptis meis obtemperaueris. Atq; ita locutum herculē tetendiſſe alterum arcū (duos. n. geſtabat) & balteum p̄monſtraſſe atq; vtrunq; mulieri tradidiſſe arcum & balteum: qui balteus in cōmiſſura haberet auream phialam: & his donatis abiiſſe. Illā pueris natis nomina impoſuiſſe: vni agatyrſo: ſequenti Gelono: nouiſſimo ſcythæ. Et cum in virilem ętatem adoleuerunt eandem mandatorum memorem illa peregiſſe: & duos quidem filiorum agatyrſum ac gelonū qui propoſito certamini non ſuffeciſſent: a matre ablegatos e regione exceſſiſſe. Scytham vero qui rem cōpleſſet ibidē remāſiſſe: & ab hoc rege progeneratos deinceps reges ſcytharū: eoq; ab illa phiala ſcythas ad hanc vſq; ætatem phialas in balteis ferre: & id ſolū ſcythæ matrem excogitaſſe hæc græci qui habitant in pōto referunt. Fertur & alius ſermo ita habens: cui ipſe p̄cipue aſſentior. Scythas pecuarios qui in aſiam incolunt cū a maſſagetis bello vexarentur: araxe tranſmiſſo in cimmeriā abiiſſe. Nam regio q̄ nunc ſcythæ incolunt ea fertur olim fuiſſe cimmeriorū Sed inuadentibus ſcythis cimmerios cū deliberarent: vt quia magno inuaderentur exercitu in ſententia diſcrepaſſe hinc reges inde plębem: vtraq; quidem valida: ſed regum meliore. Nā populus ſentiebat abſtinendum bello: nec oportere cum multis adire periculum. Reges autem pro regione cum inuaſoribus dimicandum. Ita cum neutris alteri obtemperare vellent: & populares cenſerent ſine prælio demigrandum tradita inuaſoribus regione reges in ſua potius patria occumbendum nec vna cum plębe fugiendū reputātes quod bona habuiſſent: & quod mala euidentia habituri eſſent patria profugi. hæc illis e diuerſo ſentientibus inter ſe decertaſſe vtroſq; numero pares: & omnes qui mutuis ictibus concidiſſent fuiſſe a plębe cimmeriorū ſepultos ad flumē tyrā: quoq; adhuc ſepulchrū extat. His humatis cæteri e regione migrarūt: q̄ deſertā ſupueniētes ſcythæ

Herculis arcus.

Agatyrſus. Gelonus. Scytha.

Diodorꝰ ſiculꝰ nō prſꝰ herodoto aſſentit.

Cimmerii.

Tyra.

Cimmerii. occupauere: extantq; adhuc in ſcythia tũ muri cimerii: tũ porto ria cimeria: tũ loco cuidã nomẽ cimerio: tũ boſphorus q cimerius adpellatur. Cõſtat aũt cimerios in aſiam fugi ſſe ſcythas q cheronneſum cõdiderũt: vbi nũc ſinopẽ græca vrbs ſita ẽ. Adparet etiã ſcythas in perſequẽdis medias intraſſe vias aberrãtes. Nã cimerii qdẽ fugiẽtes iter ſemp ſcdm mare tenebãt ſcythæ aũt eos ad dexterã caucaſũ habẽtes inſeqbãtur ingreſſi mediã itinere in mediterranea cõuerſo: Alia quoq; fert cõmunis græcorũ barbarorũq; narratio. Ariſteus qdã ꝓcõneſi⁹ veſtificator Caliſtrobii filius memorat ſe Phœbo inſtinctũ veniſſe ad iſſedonas: & ſupra hos incolere arimaſpos viros vnoculos: & itẽ ſupra hos eẽ grypas: q aues adſeruãt: hac ſup hos eẽ hyperboreos, ſup aquilõares ad mare ptingẽtes: hos aũt oẽs ꝓter hyperboreos arimaſpis auctoribus alli duẽ finitimis bellum inferre & ab arimaſpis exterminari iſſedones: ab iſſedonib⁹ ſcythas a ſcythis vexatos cimerios: q ad auſtrale mare incolebãt: regionẽ relinq; re. Itaq; ne ariſte⁹ qdẽ cũ ſcythis de ea regione cõſentit, q vñ fuerit q hæc retulit dictũ eſt a me: Diceꝯ itẽ q̃nã de eodẽ viro in ꝓcõneſo & cyzico audierim. Ariſteũ aiũt q nullo ſuæ ciuitatis eſſet inferior genere ingreſſũ in ꝓcõneſo ſullonicã officinã de ceſſiſſe: Fullonẽq; occluſa officina abiſſe denũciatũ rẽ ꝓpinq; defuncti diſſipatoq; iã p vrbẽ rumore Ariſteũ eſſe vita functũ ſupuenhſſe ſermoni de hac re diſputantiũ quẽdã cyzicenũ ex vrbe Artacia ꝓfectũ q diceret ſeſe fuiſſe cõgreſſũ cũ Ariſteo apd cizicũ atq; collocutũ & cũ id iſte cõtẽdẽdo adſeueraret ꝓpiquos mortui ad fullonẽ ꝓſto fuiſſe habẽtes q̃ ad efferẽdos hoies expediũt: Apta domo ariſteũ nec viuũ adperuiſſe nec mortuũ. ſeptimoq; deinde ãno cũ in ꝓcõneſo adperuiſſet: eos verſus feciſſe: qui nũc a græcis arimaſpei vocãtur: qbus cõditis rurſus euanuiſſe. Hoc iſtæ ciuitates cõmemorãt: qd ſcio cõgruiſſe cũ metapontinis q ſunt in italia trecẽtis & quadraginta ãnis poſtq̃ iterũ euanuit Ariſteus quẽadmodũ cõiiciens & in ꝓcõneſo & apd metapõtinos inuẽi. Metapõtini aiũt ariſteũ cũ apud ipſos adparuiſſet: iuſſiſſe arã apollinis extrui q̃ cognomẽ haberet ariſtei ꝓcõneſii: & iuxta eã erigi ſtatuã: q; diceret apollinẽ ad eos ſolos ex italicis in ipſoꝝ terrã veniſſe: Illũ ſe adfectante: & q nũc ariſteus eſſet cũ deũ adſectatur: tũ eſſe coruũ: & hæc locutum e cõſpectu abiſſe. Eoq; aiunt metapontini ſe delphos ad deũ miſiſſe ſciſcitatũ quodnã illud hominis eſſet ꝓloquiũ: ſibiq; iuſſiſſe pythiã vt dicto audiẽtes eſſent: Melius.n. cũ ipſis actum iri ſi

Arimaſpei verſus.

Ariſtei procõneſii ara.

Ariſteus verſificator.

Arimaſpi.

Hyperborei.

Ariſteus.

Artacia vrbs

perent: & hæc ſe admittentes perfeciſſe: & nũc ſtatua extat cognomine Ariſtei iuxta arã ipſam apollinis in foro extructã circũſtantibus vtrinq; lauris. Hæc hactenus de ariſteo. Regionis autẽ de qua nos dicere inſtitueramus: q̃nã ſint vlteriora nemo exploratum habet. Neq; n. id ego ab aliquo audire potui: qui ſe diceret noſſe quod ipſe vidiſſet. Ac ne ariſteus qdẽ ipſe (cuius pauloãte feci mentionẽ) in his quos fecit verſib⁹ ait ſe vltra iſſedonas ꝓceſſiſſe. ſed vlteriora fando ſibi eſſe cognita: qđ iſſedones diceret iſta cõmemorare. Verũ nos quo ad lõgiſſime rẽ inueſtigare potuimus: oẽm referemus ab emporio boryſthenitarũ. hoc. n. ex maritimis totus ſcythiæ eſt maxime mediũ: primi incolunt callipidæ: qui ſunt græco ſcythæ: ideſt e græcis facti ſcythæ: ſup hos aliud genus eoꝝ qui vocãt halizones: hoꝝ vtriq; cũ in cæteris ſeruãt ritũ ſcytharũ: tũ in ſerẽdo atq; veſcẽdo cepe: alio: lẽte: milio. ſupra halizones incolũt ſcythæ aratores: qui nõ ad panem cõficiendũ ſerunt triticũ. ſed ad illud torrendũ. ſupra hos incolũt heuri: quorũ tractus qui ad aquilonẽ vergit quantũ nouiſſimus vaſtus eſt. atq; hæ quidem nationes iuxta flumen hypani colũt ad occidẽtalem partẽ boryſthenis. Verũ tranſmiſſo boryſthene a mari in primis eſt hylæa. Dehinc habitant ſcythæ agricolæ: quos græci qui ſub hipane incolũt boryſthenitas adpellãt. Ipſi vero ſe olbiopolitas. Hi igitur agricolatores ſcythæ colunt eũ quidẽ tractũ qui vergit ad auroram triũ dierũ itinere pertingentes ad flumẽ nothine pãticapẽ: Eũ vero qui ad ventũ aquilonẽ vndecim dierũ nauigatiõe boryſthenẽ verſus. Nã tractus q̃ vlterior eſt in multũ ſane ſpatii deſertus eſt. Vltra q̃ ſolitudinẽ androphagi habitãt: ideſt virorum carne veſcẽtes: ſeparata natio: at nequaq̃ ſcythica & ſupra hos vaſta iã proculdubio omnia: necvlla gens q̃tum nos ſcimus. At horum ſcytharũ qui agricolæ ſunt plagã q̃ ad auroram vergit tranſmiſſo flumine panticape nomades. i. pecuarii ſcythæ incolunt neq; ſerentes quicq̃ neq; arantes. Nuda arboribus eſt omnis hæc plaga ꝓter hylæã. Nomades iſti incolunt tractum quatuordecim dierũ lõgitudinis aurorã verſus ad gerrum vſq; flumen Trãs gerrũ autẽ ſunt ea q̃ vocantur regia: & ſcythę optimi panter & plurimi: & qui ſuos ſeruos eẽ cæteros ſcythas arbitrãtur a meridie quidem ad tauricam regionẽ pertingentes ab aurora vero ad foſſam quam dixerunt illi qui e græcis geniti fuerant & ad emporium paludis meotidis: quod vocatur cremni: ideſt præruptа. Quorum pars ad flumẽ tanaim porrigitur.

Calipidæ.

Halizones.

Heuri.

Hypanis flat.

Hylæa.

Boryſthenitę

Olbiopolitę.

Pãticapes.

Androphagi

Nomades.

Gerrus.

Cremni.

Quæ ſuperiora ſunt aduentũ aquilonẽ ſcythæ regionũ ea incolũt melanchlæni. alia nõ ſcythica gens & ſupra melanchlænos paludes ſunt: & deſerta hominibus regio q̃tũ nos ſcimus. Tranſflumen aũt tanaim nõ eſt regio ſcythica ſed prima laxiorũ ſauromatarũ: qui a receſſu meotidos paludis incipiẽte incolũt tractũ qui ſpectat aquilonẽ itinere dierũ quindecim vacuũ prorſus arboribus tã agreſtibus q̃ fructiferis. Supra hos habitant (q̃ ſecũda portio eſt) budini terrã colẽtes totã omni arborũ genere frequentẽ. Supra budinos ad aquilonẽ ſtatim excipit ſolitudo octo dierũ itineris. Poſt hanc ſolitudinẽ declinando potius ad ventũ ſubſolanũ incolunt thyſſagetæ natio copioſa: & propria. & e venatu victitans. His cõtigui & in eiſdẽ habitãtes locis his quibus nomen inditũ eſt lyrcæ: & ipſe venatione victitantes hunc in modũ. Conſcenſis arboribus quæ per omnem regionem frequentes ſunt inſidiantur. Singulis adeſt canis: & item equus in ventrã cubare e doctus humilius ſubſidẽdi gratia. Vbi quis ab arbore feram viderit: ſagittaq; perculerit: cõſcenſo equo illã perſequitur comitante cane. Super hos qua vergit ad aurorã incolunt alii ſcythæ: qui a regiis ſcythis defi cientes: ita in hunc locũ peruenerunt. Ad hos vſq; ſcythas omnis regio ſcythica eſt campeſtris: & ſpiſſi ſoli. Reliqua hinc lapidoſa: atq; ſalebroſa. Cuius regionis magno tranſmiſſo ſpacio incolunt ſub excelſorum mõtium radicibus hi homines qui ab ipſo natali dicuntur eſſe calui: mares pariter & fœminæ ſimis quoq; naribus: & ingenti mento proprio quodã oris ſono ſcythicam geſtantes veſtem ex arboribus victitãtes. Cui generi arboris nomen eſt ponticum: magnitudo fere eadem quæ fico: fructus fabæ ſimilis inſtarq; nucleum habẽs. Id vbi mite fuerit veſtibus exprimũt: & quod ab eo craſſum & nigrum defluit nomine acchy. Id aut lingunt: aut lacte cõmixtũ potant. Ex ipſi quoq; craſſitudinis fæce maſſas ad eum cõponũt. Neque enim multum eſt eis pecorum vtpotẽ ſtudioſis rei pecuariæ. Sub arbore quiſq; cubat per hyemem quidem vbi arborem pileo albo firmoq; contexerint: per æſtatem vero ſine hoc pileo. His nemo mortalium iniuriam infert. Sacri n. dicuntur eſſe: nihilq; martiorũ armorũ poſſident. Idem finitimorũ controuerſias dirimunt. Ad quos quiſquis confugit: is a nemine læditur. Nomen eis eſt Argyppæi: ad hos vſq; caluos ingens quoquo verſus proſpectus eſt regionis & gentiũ q̃ in conſpectu ſunt ex boryſthenis atq; ex aliis ponticis emporiis. Scythæ q; ad hos cõ-

Melãchlæni

Laxii Sauromatæ.

Budini.

Thyſſagetæ.

Lyrcæ.

Ponticum

Hoies natali ab ipſo calui.

Acchy

Hos homies Plinius in. 6. lib. cap. 13. nõ argyppæos ſed a cympheos vocat.

Argyppæi ſacri.

meant per ſeptē interpretes totidēq; linguas peruēniūt. Horū tenus noticia rerū habet qđ ſupra caluos eſt nemo pro cōperto referre pōt. Nā mōtes editi atq; p̄rupti trāſq; aūt: trāſitū interdi-eūt quos nemo trāſcēdit. Iſti tamē calui referūt q̄ apud me fidē nō habēt incoli mōtes ab hoibus capripedibus: quos vbi tranſieris eſſe alios q ſenos mēſes cōſopiant qđ ego in primis non admitto: ſed tractū illū qui ad auroꝝ caluis eſt ab iſſedonibus habitari ſine ābiguitate cōpertū eſt. Ille vero ſuperior qui vergit ad aquilonē tā iſſedonibus q̄ caluis ignotus eſt nūi quaten⁹ iſti ipſi dīt. Iſſedones talibus moribus vti ferūtur. Quoties p̄ alicui deceſſit: oēs eius ꝓpinqui pecora adducūt: q̄ vbi mactauerūt cōciderūtq; concidūt & mortuū patrē illius a quo in cō uiuiū adcipiūtur: cōmixtiſq; oībus carnibus cōuiuiū exhibent. Caput tū defuncti denudatū purgatūq; inaurāt: eoq; ꝓ ſimulacro vtūtur agentes illi quotānis maiores hoſtias cerimoniaſq; Hæc filius patri facit quēadmodū græci natalicia. Dīr p̄terea & iſti iuſti eſſe: & ipſorū vxores pæq; fortes ac viri. Hi & ipſi cognoſcūtur. Qđ ſupra hoc eſt: ibi aiunt Iſſedones eſſe homines vnoculos: & grypes auri cuſtodes. Hoc ab eis adceperūt ſcythę a ſcythis nos cęteri adcipientes verū putamus: ac ſcythice eos adpellamus arimaſpos. Nā arima ſcythæ vnū vocant. Spu vero oculū. Omnis aūt quā dixi regio adeo infeſtatur hiberna ſæuicia: vt octo menſibus toletati nō poſſit tale illic gelu eſt. Si cubi aquā effundas: nō facias ibi lutum: facies aūt ſi illic ignem adcēderis. Ibidē quoq; mare glaciatur: & omnis cimerius boſphorus ſup quā glaciē omnes qui intra foſſam incolūt ſcythæ exercitus ducūt: & plauſtra agunt trans mare vſq; ad indos. Ita vis hiberna octo menſibus perſtat: quattuor tamē menſibus reliquis frigora illic ſunt. Vbi etiam aliam: quam in cæteris regionibus conditionem habet hyems. Nam cūm tempus pluendi eſt nihil ibi quod ſit vllius momenti pluit. Aeſtate pluere non ceſſat. Quin etiā tonitrua cum alibi: tunc ibi nulla exiſtūt. æſtas nubila eſt. Hyeme ſi fiant tonitrua pro oſtento habetur. Terremotus in ſcythia ſi exiſtat ſeu æſtate ſeu hyeme tanq̄ prodigiū admirantur. Eam vim hyemis equi perferunt multi aſiniq; neq; incipientē quidē ferūt cū tñ alibi ſtātes in gelido equi labefiāt: aſini vero ac muli durēt. Et hæc mihi videt eſſe cauſa cur oino cornua bouino generi nō ſuccreſcant aſtipulante ſententię meæ. Homeri carmine in odyſſea: quod ita habet:

Et libyen vbi ſunt cornuti protinus agni.

Homines ea pripedes.

Iſſedones.

Iſſedonum mores.

Vnoculi.

Arimaſpi.

Arima. i. vnum.

Spu. i. oculus

Hiberna ſæuicia.

Aeſtate apud Arimaſpos pluere nō ceſſat.

Equi hyemē perferentes.

Muli & aſini hyemem nō ferentes.

Cornua bouino generi non ſuccreſcere.

quod recte dicitur in locis calidis mature cornua exiſtere. Nam in vehementibus frigoribus aut non oriuntur ſtatim pecoribus cornua aut ſi oriuntur vix oriuntur. In ſcythia itaq; hoc propter frigora contingit. Quo magis miror. (Ab initio.n. oratio mea indagare inſtituit) cur in omni heleo agro muli nequeũt gigni cũ neq; locus ſit frigidus. neq; vlla alia cauſa adpareat. Aiunt helienſes ipſi ex impræcatione quadã id ſibi contigiſſe. Cũq; tẽpus aduenerat conceptus equarũ ſe in loca finitima illas educere. Ibi poſtq; admiſerint aſinos: dũ quæ cõceperint: tunc rurſus eas reducere. De pennis autẽ quibus aiũt ſcythæ oppletum eſſe aerem: & iccirco nõ poſſe proſpici longius continentẽ: nec vlterius tranſiri. Hæc eſt mea ſentẽtia q; vltra eam regionẽ aſſidue ningit. & vt credibile eſt minus æſtate quam hyeme. Nam prout cuilibet eminus intuenti cadentẽ niuem copioſam liquet quod dico nix pennis adſimilis eſt: & propter hanc talẽ hyemẽ inhabitabilia ſunt eius cõtinentis loca ad aquilonẽ ſpectantia. Eoq; opinor pennas niuem eſſe interpretantes ſcythas ac circũiectas gentes ita loqui. Verũ hæc quæ reperiuntur lõgiſſime dicta ſunt. De hyperboreis autẽ hominibus neq; ſcythæ quippiam: neq; alii vlli illic incolentiũ memorãt præter iſſedones n ipſi quidẽ (vt mihi videtur) dicẽtes aliquid. Dicerent.n. & ſcythæ de hoc quẽadmodũ de vnoculis dñt. q̃q̃ & ab Heſiodo de hyperboreis mentio fit: quin etiã ab Homero in ephigonis: ſi tñ Homerus revera fecit hos verſus: ſed multo plurima de his dii memorant ſacra adligata in triticea ſtipula ex hyperboreis delta veniſſe ad ſcythas. A ſcythis deſceps finitimos adcepiſſe; gradatimq; per ſingulos ad occaſum vſq; atq; illinc meridiem verſus dimiſſa a primis græcorũ dodonæis eſſe adcepta: & ab his deſcendiſſe ad melienſem ſinũ: peruaſiſſeq; in euboiã: & oppidatim vſq; ad cariſtũ: & illinc reliquiſſe andrum. Caryſtios.n. eſſe qui in tenũ portarint: tenios vero in delũ. atq; ita hęc ſacra in delum aiunt perueniſſe. Sed primũ hyperboreis miſiſſe duas puellas: qui ferrent hæc ſacra: quas delii aiunt hyperochã Laodicẽ: & cum his tutelæ gratia quinq; e ſuis popularibus qui eas deducerent nũc Perpherees vocatos in delo vbi in magno honore habentur. Et cũ iſti ab hyperboreis miſſi rurſus nõ redirẽt indigne ipſos hyperboreas tuliſſe: ſi eos quos aſſidue mitterẽt nõ reciperent. Ita miſiſſe q ferrẽt ad cõfines ſuos ſacra in ſtipula tritici ligata: iuberẽtq; illos cõſiderate mittere ad aliã nationẽ. Atq; ita hæc gradatim miſſa aiũt deueniſſe in delũ. His ego

Cur muli apud heliẽſes nõ gignãtur

Aer pennis oppletus.

Pẽnas accipi pro niue.

Melienſis ſinus.
Euboia.
Caryſtos.
Andros.
Caryſtii.
Tenii.
Hyperborei
Deliæ puellę ſacræ.
Hyperocha.
Laodice.
Perpherees.

ſacris ſimile quiddã fieri animaduerti a fœminis thraiciis: atq; pæonis: q̃ in ſacrificando regiæ Dianæ nõ ſine ſtupula triticea id faciũt: atq; ipſe vidi eas faciẽtes. Cæterũ his virginibus hyperboreis vita functis in delo parẽtant puellæ deliæ ac pueri tõ dentis vtriq; crinibus: quos puellæ quidẽ fuſo ſtuolutos ſupra monumẽtũ illarũ deponũt: pueri ãt ad q̃dã herbã adplicãtes & ipſi ſepulchro ꝓponũt. Eſt ãt monumẽtũ itra artemiſiũ ad ſiniſtrã intrãtibus olea illic ſuperenata. Hoc honore ab incolis deli adficiuntur hæ virgines. aiũt iidẽ argen & opi virgines ex hyperboreis eorũdẽ hominũ ætatẽ in delũ veniſſe etiam priores Arge.
ſuperocha: & Laodice: & has quidem veniſſe ad reddendũ Lucinæ tributũ pro partu maturando quod inſtituerant. Argẽ ve ro & Opi vna cũ ipſis deis adueniſſe: & honoribus aliis ante illas fuiſſe donatas. ad eas.n. congregari cœtum mulierum quæ hymnũ canant ab Olene lycio conditũ. In quo hymno nomina Olen.
arges: & opis nũcupãtur. Deinde a deliis edoctos inſulanos: & Ionies cœtus agere inſtituiſſe: & nominatim argẽ & opim decãtare. hic olẽ e lycia ꝓfectus: alios quoq; vetuſtos fecit hymnos qui cãtantur in delo dũ cinis: qui ſupra ſepulcrũ eſt arges & opis diſpergitur ſup infinitã ægrotoꝝ turbã qui ad arã ſunt. Eſt aũt ſepulchrũ earũ poſt artemiſiũ ad auroram ſpectans ꝓxime ceoꝝ cenaculũ. hactenus de hyperboreis dictũ ſit. Nã de fabula abaris: qui fertur eſſe hyperboreus nihil dico: qui ſagittã dr p Abaris.
vniuerſam terrã circũtuliſſe nihil comedẽs. Q d ſi q ſunt hyperborei. i. ſup aquilõares. erũt alii & hypernotii. i. ſup auſtrales: nã Hyperborei. Hypernotii.
nẽpe rideo cũ multos video iã deſcripſiſſe ãbitũ terræ nullum hñtes in exponẽdo ſenſum q oceanũ ſcribũt circũflueret terrã Oceanus.
tãq; torno facta eſſet orbiculatã & aſiã facientes europæ parem. Terræ tes.
Nã ego ſingularũ magnitudinẽ breui patefaciã & q̃tæ ſunt ſingula ad deſcribendũ: vbi perſę incolũt: id ad auſtrale protendit Perſæ.
mare: quod dicitur rubrũ. Super hos ad ventũ aquilonẽ habitant medi ſuper medos ſapires: ſuper ſapires colchi ad ſeptentrionale pertingentes mare in quod influit flumen phaſis. Hæ Rubrũ mare. Medi. Sapires. Colchi. Phaſis.
quattuor nationes a mari ad mare incolunt. Dehinc veſperam verſus ab ea duæ oræ terrarũ ad mare protenduntur: quas ego exponam. Hinc qua ad aquilonem vergit ora vna a phaſi incipiens porrigitur ad mare per põtum: & helleſpontum vſq; ad ſigæum troicum. Qua vero ad auſtrũ vergit eadẽ ora a ſinu Mariandico: qui phœnici adiacet: tenditur ſcdm mare ad ꝓmontoriũ vſq; triopiũ. Incolũt ãt in ora hac hoim natiões triginta. Mariãdicus ſinus.

Rubrũ mare. Perſicũ mare Aſſyria. Arabia. Syria. Paleſtina.

Talis eſt vna ora altera vero a perſis incipiens porrigitur ad rubrũ mare: quod & perſicũ vocatur: deinde gradatim aſſyria atq; inde arabia: deſinitq; in ſinu arabico: & ſi non deſineret niſi ob id quod Darius e nilo riuos in illũ ſinũ induxit a perſis ad phœnicẽ tractus amplus eſt ac multus a phœnice hæc ora tendit ſecundũ hoc mare per ſyriã palæſtinã: & ægyptũ in qua terminatur. Intra quã tres ſunt omnino nationes: atq; hæ ſunt q̃ a perſis occaſum verſus in aſia cõtinẽtur. Quæ ſupra perſas ſunt: & medos: & ſapires & colchos aurorã verſus & ſolẽ orientem hinc mari rubro abluũtur. Aquilonẽ verſus a mari caſpio & flumine araxe: qui cõtra ſolem orientẽ fluit. India tenus habitatur aſia. Illinc iam aurorã verſus deſerta ſunt: nec qualia ſint dicere quiſq̃ poteſt. Et aſia quidẽ talis & tanta eſt. Aphrica autẽ ab altera ora eſt. ab ægypto. n. iã excipitur. Hæc ora circa ægyptũ iam anguſta eſt. Nã ab hoc mari ad rubrũ intercapedis eſt centum miliũ vlnarũ quę mille ſtadia. Ab his deinceps anguſtiis ſpacioſa ſane ora excipit: q̃ aphricana dicit. Itaq; admiror eos qui diſterminauerunt atq; diſtinxerunt aphricã aſiã europam; inter quas non parũ eſt differentiæ Siquidẽ europa longitudine quidem cæteras adſequitur: latitudine vero non videtur mihi cõparari digna. Nã africa ſeipſam monſtrat circũfluã mari eſſe excepto dũtaxat vbi aſiæ contermina eſt. Neco ægyptiorũ rege eorũ quos nouimus primo in hoc demõſtrando. Araxes. Aſia. Aphrica. Europa. Aphrica. Necus rex.

Is poſtq̃ deſtitit a depremẽda foſſa a nilo ad arabicum ſinũ miſit nauibus quoſdam phœnices p̃cipiens vt tranſuecti colũnas herculeas penetrarent ad ſeptẽtrionale vſq; mare. Atq; ita ad ægyptũ remearent. Phœnices igitur rubro mari ſoluentes abierũt in mare auſtrale: qui poſtq̃ autũnus aduencrat adplicitis ad terrã nauibus ſementem faciebant: vt aſſidue aphricani legerẽt ac meſſem expectarent. Deinde meſſo frumento nauigabant. Ita biẽnio conſũpto ad herculeas columnas. Anno tertio declinantes in ægyptũ remearunt referentes q̃ apud me fidẽ non habẽt forte apud aliquẽ alitũ p̃tereuntes aphricã ſe habuiſſe Solem ad dexterã. Atq; hunc in modũ aphrica primũ eſt cognita. Secundo loco fuere carthaginienſes: qui dixerunt quẽdam Sataſpem Teaſpis filiũ virum achæmenidẽ qui aphricã nõ pernauigauit cum eſſet ad hoc ipſum miſſus: ſed cũ nauigationis longitudine tum terræ ſolitudine deterritus retro rediit non impleto labore: quẽ ei mater iunxerat. Et. n. vitiauerat filiã virginẽ zopyri filii megabyſi: quẽ ob hanc cauſam a Xerxe rege ſuffigendũ

Phœnices ad aphricam cognoſcẽdã miſſi.

Sataſpes.

Sataſpes filia zopyri virginẽ viciauit.

cruci mſ ſua q̃ fuerat Darii ſoror liberauit: q̃ diceret ſe maiua illi ſuppliciũ irrogaturã: q̃ rex pareret. Quippe neceſſe ei fore p̃ nauigare omnẽ africã dũ peuenires ad arabicũ ſinũ. His adnuẽte Xerxe Sataſpes in ægyptũ abiit: ſumptaq̃ illinc naue ac ſocios nauigauit ad colũnas Herculis. quibus trãſmiſſis circũuectus aphricæ p̃mõtoriũ nomine Soloen in meridiẽ curſum tenebat. Ementuſq̃ p̃multũ maris intra cõplures menſes cũ aſſidue pluri tẽpore opus eẽt cõuerſo curſu in ægyptũ rediit. Et illic ad regẽ Xerxem regreſſus aiebat ſe in p̃nauigãda remotiſſima ad quã ierint ora vidiſſe hoies puſillos phœnicea vtẽtes veſte: q̃ quoties ipſi terrę nauim adplicarẽt: ad mõtes ſe fuga priperẽt relictis vrbibus. Ipſos ãt illos ingreſſos nihil iniuriæ intuliſſe: pecora tãtũ illic excepiſſe. Qd ãt totã africã nõ p̃nauigaſſent hãc cãm adferebat: q̃ nauigiũ vlterius p̃cedere nõ poſſet: ſed retineretur. Hũc Xerxes negãs locutũ vera. q̃ certamen ſibi p̃poſitũ nõ exoluiſſet: in crucẽ ſuſtulit irrogata quã deſtinauerat pœna. huius Sataſpis eunuchus audita dñi nece: ſamũ cũ magna pecunia p̃fugit: quã Samius quidã interuertit. Eius nomen cũ ſciam: tñ volens obliuiſcor. aliæ bona pars a Dario inueſtigata eſt. Is cupidus cognoſcendi vbinã Indus qui ſecũdus omniũ fluminũ crocodilos preſtat: mare influat miſit nauibus cũ alios quoſdã quos vera renũciaturos cõfidebat. Tũ Scylacẽ quiẽdã caryandẽ. iſti e Caſtapyro vrbe: & e terra Pactyia ſoluẽtes ſcdo flumine aurorã verſus atq̃ ſolẽ orientẽ nauigantes in mare. Dehinc p̃ ipſum mare tricelimo demũ menſe tenuerũt eũ locũ: vnde rex ægyptiorũ eos phœnices: quos antea dixi miſerat ad aphricã pernauigandã. Poſt horũ prænauigationẽ Darius indo ſubegit: & eo mari potit⁹ eſt. Ita aſiã (p̃ter eã q̃ oriẽtẽ ſolę ſpectat) cõpertũ eſt parẽ aphricæ eẽ Europæ a nemine inueſtigatũ eſt: neq̃ q̃ ad orientẽ: neq̃ q̃ ad aquilonem vergit a mari claudat. Longitudine tñ cognoſcitur ad vtrãq̃ adcedere. Neq̃ poſſum coniectura colligere vñ ſit: & cũ vna ſit terra triſaria ſint ei nomina indita e mulierũ cognominibus: eiuſq̃ fines ponãtur. Nilus fluuius ægyptiacus: & Phaſis colchidicus. Alii atũt eſſe fines Tanaim: & Meotidẽ fretũq̃ cimeriũ: ſed negant ſe audiſſe nomina eoꝝ qui hęc diſtinxerũt: & vñ nomina impoſuerint. Iã. n. Lybia quidẽ. i. aphrica a pleriſq̃ greciꝝ fertur ſortita nomẽ a Lybia q̃dã muliere indigena. Aſię vero ab vxore p̃methei: q̃ q̃ lydi hoc ſibi nomẽ vẽdicãt adſerẽtes ab aſio Manei filio aſiã adpellatã non ab vxore Promethei. Vnde & ſardibus

Soloe.

Sataſpes eunuchus ei ſuffixus.

Indus fluui⁹.

Crocodili.

Scylax.

Caſtapyrus.

Pactyia.

Aſia.

Europa.

Nilus.

Phaſis.

Tanais.

Meotis.

Cimerii.

Lybia vnde.

Aſia vnde.

Europa vñ. familiam q̃dã eſſe vocatã aſiadẽ. Europa autẽ neq; an ſit mari circũflua: neq; vnde hoc nomẽ adcepit: neq; quis nominis auctor extiterit: ab aliquo mortaliũ cõpertum eſt niſi dicimus ab Europa tyria nomen adcepiſſe regionẽ: nec ante ſicut cæteras nomen habuiſſe. Tamẽ illã ex aſia fuiſſe cõſtat: neq; in hãc cõmeaſſe terrã: q̃ nũc a græcis vocatur europa. ſed e phœnice tãtũ in cretam & e creta in africã. Hæc hactenꝰ de his dicta ſunt.

Pontus. nã q̃ ſentimus de his hæc dicimus. Pontus euxinus in quẽ Darius fecit expeditionẽ nationes exhibet omniũ imperitiſſimas: ſcythica dũtaxat excepta. Nullius.n.nationis eoꝝ q̃ ſunt intra pontũ aut aliqd ad ſapiẽtiã ptinẽs ꝓferre poſſumus: aut aliquẽ

Anacharſis. virũ ꝓ erudito habitũ nouimus. ꝓter Scythicã gẽtem & Anacharſim. In gente ſcythica ex omnibus humanis negociis vnũ maximũ q̃tũ nos ſcimus excogitatũ eſt. Nã cætera nõ admirot qđ maximũ ab eis excogitatũ id eſt: vt neq; q̃ſpiã qui ad eos ſe cõtulerit aufugere: neq; ipſi capi poſſint aut ne inueniri quidẽ ſi nolint atq; deprhẽdi. Siquidẽ nullæ ſunt eis vrbes nulla mœnia extructa domos ſecũ ferunt ſinguli: equeſtreſq; ſunt ſagittari nõ pane victitantes: ſed ex pecoribus: pro domibus plauſtra habẽtes: quidni imbelles: alioqui futuri & ad dimicandũ inhabiles. Hæc ſunt ab eis inuenta cũ opportunitate terræ: tũ fluminũ beneficio. Nam hæc terra cũ ſit campeſtris: ſua ſpõte vligi-

Iſter. noſa eſt: & humida: eamq; interfluũt flumina nõ multo pauciora numero q̃ in ægypto foſſæ quorũ quæ ſunt celeberrima: & a mari nauigabilia ea recenſebo. Iſter quinque oſtia habens. Poſt

Tyres. hunc Tyres & Hypanis: & Boryſthenes: & Panticapes: & Hypa

Hypanis. cyris: & Gerris: & Tanais. Iſti horſum fluunt. At Iſter omnium

Boryſthenes quos nouimus fluuiorũ maximus ſemp ſibi ipſi par tã æſtate q̃ hyeme fluit ab heſperio primꝰ omniũ qui ſunt in ſcythia ob id

Panticapes. omniũ maximus. q̃ alii in eũ influũt: qui ipſum ingẽtẽ reddũt

Hypacyris. per ſcythiã delapſi numero quinq;. Vnus quem porata ſcythæ

Gerris. adpellant græci pyretom: alter tiarantus: tertius ararus: quartus

Tanais. napares: quintus ordeſſus. Hoꝝ primo loco dictus fluuius magnus eſt ad auroꝝ fluẽs cũ iſtri aq̃ cõmunicat: minor ẽ tiarãtus

Iſter maximꝰ ad heſperũ magis vergẽs. Inter quos cæteri fluẽtes ararus napa-

Porata. ris & ordeſſus in iſtrum infundũtur. Hi ſunt vernaculi ſcythiæ

Pyretos. amnes q illũ augẽt. In quẽ etiã euoluũtur. Ex Agathyrſis quidẽ

Tiarantus. fluẽs vnus maris. Ex æmi vero iugis tres: alii ingẽtes ad aquiſ-

Ararus. lonẽ ventũ atlas & auras & tibiſis. per thraciã vero & crobyzos

Napares. thraces athrys: & nœas & artanes & ex pæoniis ac mõte rho-

Ordeſſus.

Atlas.

Auras.

Tibiſis.

Crobyzi.

Athrys.

Nœas.

Artanes.

dope mediũ interſcindẽs æmũſcius. Quin ex illyris in aquilonẽ tẽdẽs angrus planiciẽ triballiã interfluẽs: bõgrũ intrat: bõgrus iſte iſtrũ. Ita vtrũq; p ſe magnũ iſter excipit. ꝑterea ex ombricoq; regione carmis. & alius ad ventũ aquilonẽ alpis in iſtrũ exeunt. Omnẽ. n. europã iſter emetitur ſumpto ex celtis initio: qui omniũ in europa ad ſolis occaſum extremi ſunt. Poſt cineras: totãq; permẽſus europã ex trãſuerſo ingreditur ſcythiam his quæ dixi fluminibus: & aliis multis aquas ferẽtibus: iſter fis omniũ maximus. Qđ ſi alterius eũ alterius aqua cõparetur: profecto nilus copia aquæ antecellit: q̃ in eum nullus neq; fluuius neq; fons ingrediens ad incrementũ aquæ cõfert. Qđ aũt iſter ſibi ſemper par fluit tã æſtate q̃ hyeme ob id fit (vt mihi videt) q̃ hyeme eſt qtus eſt aliq̃tulo maior q̃ ſua natura fert. Nã per hyemẽ paululũ in ea regione pluit: ſed vbiq; ningit. Aeſtate vero nix q̃ ſub hyemẽ decidit pmulta vndiq; in iſtrũ liquefacta dilabitur: eũq; implet: nec ipſa ſolũ: ſed cũ ea imbres multi atq; vehementes. Quippe per æſtatẽ pluit quo tẽpore q̃to plus aquæ Sol ad ſe adtrahit q̃ hyeme: tãto plus aquæ cum iſtro miſcetur æſtate q̃ hyeme ita cum paria fac at iſter datis aquis & adceptis fit vt ſemper videatur ſibi eſſe ſimilis. Ex fluminibus ergo quæ apud ſcythas ſunt vnũ eſt iſter poſt hunc cyres qui ab aquilone means ortũ trahit ex ingenti palude: q̃ ſcythicã terrã a nebride ſeparat. Ad oſtiũ huius incolũt græci: qui tyritæ voc̃atur. Tertiũ flumẽ eſt hyppanis ex ſcythia veniens; & ex magna palude profluẽs circũ quã paſcũtur equi ſiluẽſtres cãdidi: rectẽq; vocatur hæc palus mr̃ hyppanis. Ex hac igr̃ ortus hyppanis fluit fere quinq; dierũ nauigatione anguſtus & adhuc duleis: ſed mox quattuor a mari dierũ nauigatiõe ſane q̃ amarus pp amarũ: qui in eũ influit fontẽ adeo inquã amarũ: & cũ ſit exigua magnitudine: tñ inficiat hypanI flumẽ in paucis magnũ. Eſt aũt hic fons in finibus regionis ſcytharũ aratorũ: & alizonũ eodẽ noie quo loc⁹ vñ emanat. Scythica lingua exãpæus. i. ſacræ viæ apd alizonas cõtrahũt terminos ſuos tyres & hyppanis: mox deinde in diuerſum abeũtes mediã intercapedinẽ laxãt. Quart⁹ fluui⁹ eſt boryſthenes ſcdm iſtrũ omniũ maxim⁹: & noſtra ſentẽtia nõ mõ ſcythicoq; fluuioq; lõge vberrimus: ſed ẽt cæteris vberior: ꝑter ægyptũ nilũ: cũ quo nõ licet alium cõparare. Cæterorum vberrimus eſt boryſthenes: paſcua ꝑbens amœniſſima: & adcõmodatiſſima pecoribus: necnõ optimorum ac ſingularium adfatim piſcium; idem ad potandum ſuauiſſimus liquidus inter

Scius. Angrus. Bongrus. Ombrici. Carmis. Alpis. Iſter. Iſter ſemper par. Cyres. Tyritæ. Hyppanis. Hyppanis dulcis. Hyppanis amarus cur. Hyppanis mater. Equi ſiluẽſtres cãdidi. Alizones. Exampæus. Boryſthenes Iſtro tñ. Rhodan⁹ a Varrone cũ de europa diſſereret cõparat⁹ eſt. qđ Aul. gel. in. 10. li. cap. 7. adpro bare videtur

turbidos fluēs iuxta quē ſementis optima fit & herba nō ſatiua
Sal ſua ſpōte concreſcens. etiā altiſſima. In cuius quoq; oſtio ingens vis ſalis ſua ſpōte cō-
creſcit. Præbet idē ingentia cete ad ſalſurā ſpinis carentia q̄ an-
Cete. taceos adpellāt. Alia p̄terea p̄ſtat admiratione digna. Quadra-
Antacei. ginta dierū nauigatiōe vſq; ad locū noie gerrū cognoſcitur ab
Gerrus. aquilone fluere. Supiora per q̄ fluit nemo hominū eloqui poteſt
Adparet tñ fluere p ſolitudinē ad ſcytharū agricolantiū plagā.
Nā hi ſcythæ decē dierū nauigatione adcolūt hoc flumē. Cui⁹
tātū ac nili fontes nec ipſe poſſum nec vllū græcor̄ reor poſſe
dicere. Idē cū ad mare aduenīat hypanis: cū eo miſcetur eodē
in loco mare irrūpēs. Qđ inter hos amnes in cōfluētē tēdētes
Hyppoleo. intercapedinis eſt Hyppoleo ꝓmōtoriū vocitatur: vbi delubrū
cereris extructū eſt. Vltra qđ delubrū ſub hypani incolūt bory-
ſthenitæ. Hactenus q̄ ab his fluuiis. Poſt hos alius qui quintus ē
Panticapes. nomine Panticapes: & ipſe ab aquilone fluens atq; e palude. In-
ter quē & boryſthenē incolūt ſcythæ agricolatores: idē in Hy-
Hyleas. leā ingreditur. qua trāſmiſſa boryſtheni immiſcetur. ſextus eſt
Hypacaris. Hypacaris qui e palude manās medioſq; ſcythas pecuarios in-
Carcinitis. fluens in mare voluit iuxta carcinitim opidū ad dexterā coer-
Gerrus. cēs: hyleā & curſum: q dr̄ Achillis. Septimus eſt gerrus nomē a
loco optinēs: q e boryſthene dirimit circa ea loca: apud q̄ bory-
ſthenes cognoſcit: cui loco nomē eſt gerro diſterminatq; regio
nē ſcytharū pecuarior̄: ac regior̄: & dū in mare fluit: in hypa-
Tanais. carim dilabit. Octauus eſt tanais q ſupius e vaſta palude ꝓfluēs
Meotis. in aliā vaſtiorē diffundit nomine Meotim. q̄ diſcludit regios
Hyrgis. ſcythas a ſarmatis. In hūc Tanaim alius influit noie Hyrgis. Ita
Gramen ſcythæ celeberrimis annibus muniti ſunt. Gramē qđ in ſcythia
ſcythicū. germinat (omniū q̄ nos nouim⁹ germinū) aridiſſimū eſt: qđ ita
ſe hr̄ diſſectis pecoribus licet diſcernere. Et ea quidē q̄ maxima
ſunt ita apud eos abūdāt. Cætera āt vulgaria ſunt: atq; hunc in
modū rex ſunt eis inſtitutæ. deorū hos ſolos ꝓpiciātur. Veſtā
ante oēs. Deinde Iouē ac Tellurē exiſtimātes: tellurē Iouis cō-
iugem eſſe. Poſt hos Apollinē & cæleſtē Venerem & Martem &
Scythar̄ dei Herculem. hos cūcti ſcythæ deos arbitrātur. Sed qui regi ſcy-
Regii ſcythę thæ vocantur: etiam Neptuno ſacrificant. adpellantes Veſtam
Papæus lingua ſua labiti: Iouem Papæum mea ſentētia rectiſſime. Tel-
Apia. lurem Apiam: Apollinē Oetoſyrū: cæleſtem Venerem Argiñi-
Oetoſyrus. paſam. Neptunnū Thagimaſam. Simulacra & aras & delubra
Thagimaſa. facienda non putant præterq̄ Martī: idem ſacrificium prorſus
apud omnia templa fieri eodē modo eſt inſtitutū: qui talis eſt.

Victima ipſa primoribus implicita pedibus ſiſtitur. Cuius a tergo ſtans imolator amota in primis infula pecudē ferit: eaq; cōcidente deū inuocat: cui illā mactat: deinde circūdat laqueum collo: tū iniecto bāculo circūducit: hoſtiāq; ſtrangulat nō incē ſo igni: nō votis nūcupatis: nō ſumptis libamentis. Sed vbi pecudē ſtrāgulauit: eiq; pellē detraxit: ad coctura ſe cōuertit. Verū cū ſcythica regio lignorū ſit admodū inops: hoc ab illis ad carnē coquendā excogitatū eſt. Vbi victimā pelle denudarunt denudant quoq; oſſa carnibus: dehinc illas in lebetes eius gentis leſbiis crateribus adſimiles (niſi q; ſunt multo capaciores) inuiciunt. Subiectis atq; ſuccēſis oſſibus hoſtiarū coquūt. Si autem nō adfuerit lebes oēs carnes hoſtiarū in aluos illarū & cū aqua cōmiſcent atq; oſſa ſuccendūt: quibus pulcherrime ardētibus & alnis facile capientibus carnes oſſibus ſeparatas: ita fit vt bos ſeipſe coquat: & itē cętera pecora imolata per ſemetipm quodq; elixū ſit. Coctis carnibus is qui imolauit earum atq; in teſtinorum libamenta ante ſe porricit. Immolant autē cum alia pecora: tū præcipue equos. Et alius quidē diis hunc in modum & alias pecudes imolant. Marti vero ſic priſco ritu apud quoſq; tale extruitur templū. Sarmentorū faſces adgeruntur triū in lōgum latūq; ſtadioꝝ mmoris tamen ſublimitatis: deſuper quadrata planicies efficitur. Tria latera prærupta ſunt. quartū a cliue: per quod aſcendatur: Eo quot annis cōparant centū quinquaginta plauſtra ſarmentorū. Nam ſemper ꝓpter cæli tēpeſtatē illa marceſcunt. Sub hoc adgeſtu ferreus Acinacis qui ſingulis vetuſtus eſt ſtatuitur. Idq; eſt martis ſimulacrum: cui annuas hoſtias offerūt cum alioꝝ pecoꝝ tum equoꝝ: & plus huic Acinaci q̄ cæteris diis. Ex captiuis centeſimū quēq; immolant nō eodē quo pecora modo: ſed diuerſo. Nā vbi eorū capitibus vinum libauerunt: ipſos ad quoddā vas mactant. Dehinc eiſdē in congeriē ſarmentorū ſublatis. Acinacē cruore perfundunt. Hæc quidē ſupra conferunt. inferius autem ad templū illa faciunt. Virorū interēptorum omnes humeros dextros præcidunt quos vna cū manibus in aerē iaciunt: quocūq; deciderit manus ibi iacet: & ſeorſum mortuus. Cæteris deinde ſolēnibus confectis abeūt. Et ſacrificia quidē hæc ab eis ſunt inſtituta. Sues ꝓ nihilo putāt quos nec alere omnino in ſua regione volūt. Quæ vero ab bellum adtinent: hunc in modum ſunt ab eis cōparata. Quem primum virum ceperit vir ſcytha eius ſanguinem potat quoſcunq; in prælio interemerit eorum capita regi offert. Nā

Victimarum ritus.

Scythia lignoꝝ inops.

Martis tēplū ex ſarmētis.

Acinacis.

Martis ſimulacrum.

Sues nō alūt Scytharum mos i hoſtes.

capite adlato fit prædæ quancũq; ceperit particeps: alioqui expers. Caput hoc modo præcidit: in orbem illud amputat circa aures verticeq; sumpto excutit. deinde pellẽ detrahit: & vbi sicut bouis coriũ manibus molliuit: rangꝫ mãtile possidet: eaq; & habenis equi sui adpensa gloriatur: qualia mãtilia vt quisq; plurima habeat: ita vir iudicatur præstãtissimus. Sunt quoq; multi qui coria hæc humana tãq; brutoꝝ cõsuant: quibus pro amiculis induantur. Multi etiã cæsoꝝ hostiũ manus dextras cũ vnguibus excoriant: eiusq; operculapharetrarũ integunt. Est autẽ inter omnia coria humanũ fere & crassum maxime & candore splendidũ. Multi totos hoies excoriatos & super ligna extentos supra equos circũferunt. Hæc ab illis in mores sunt recepta Non tamen de omniũ sed de inimicissimorũ capitibus hoc faciunt: vt illud quisq; infra supercilia reclium prorsus excuteret: & crudo tantũ bouis corio si pauper sit. Sin diues nõ modo exterius inducat bouino corio verũ etiã interius inauret: & sic vterq; pro poculo vtatur. Idem agũt de familiaribus si inter eos extiterint discordiæ dũ apud regẽ victoria sint potiti. hæc capita hospitibus q ad eos venĩut viri alicuius existimationis exhibent: referũtq; illos cũ essent domesticis & ad pugnã lacessissent ab ipsis esse superatos. Id strenuitatis loco ponẽtes semel quot annis singuli regionũ principes miscent vinũ crateri: de quo scythæ omnes hostiũ homicidę bibũt nemo gustat qui nihil p̃clari operis ediderit: sed sine honore seorsum sedet: q̃res apud eos maximæ est ignominiæ: Qui vero cõplures cædes fecerunt: hi duobus panter quos habẽt calicibus potant. Apud eosdem permulti sunt vaticinatores: qui cũ pluribus virgis saliginis diuinant. Ad hunc modũ grandes virgarũ fasces cũ attulerunt humi positos dissoluunt ac separatim ponentes illarũ singulas vaticinãtur: Ad hæc dicẽdo viceuersa virgas præbendunt: & rursus sigillatim cõponunt. Hæc est illis tradita a maioribus diuinatio. Sed enaries qui sunt androgini aiũt sibi a Venere traditã diuinationẽ tiliæ fronde vaticinãtes. Tiliã vbi qs trifariã sciderit digitis suis eam implicãdo ac reſoluendo tractat atq; hunc in modũ vaticinãtur. Horꝝ tres maxime ꝓbatos adcersit res quoties ægrotat. Cui isti fere semper dicũt hũc aut illũ ciuẽ. Nominãt autẽ hominẽ de quo loquũtur peieraſſe iurantem per regiũ soliũ. Est aũt scythis mos plerũq; iurãdi per regiũ soliũ cũ maximũ volunt interponere iusiurandũ ꝓtinusq; his quẽ dixerint peieraſſe adductus coarguitur sciẽtia diuinã-

Hoſtium coria

Homicidæ familiariũ sedisioſorũ habẽtur strẽnui

Hoſtiũ homicidæ in magno honore.

Vaticinatores cũ saliginis virgis diuinant.

Enaries.

Androgyni.

Scytharũ iusiurandum.

di tanq̃ cõpertus falso deieraſſe per regiũ ſoliũ & ob id regẽ ægrotare. Si ille ĩficias ſe negat peieraſſe: atq; rẽ grauiter ferit: rex duplũ vaticinoꝝ adcerſit. Qui inſpecta diuinandi rõne ſi & ipſi hoiem periurii cõuicerint: ſine mora caput excidũt: eiuſq; facultates inter ſe partiũtur primi vaticini. Sin vero illi q ſuperuenerunt vaticini homines abſoluerint: Alii: atq; alii pſto ſunt: quorum ſi plures abſoluerint. decernitur primis illis vaticinis eſſe pereundũ: eoſq; hunc in modũ necat. Plauſtrũ cõcameratũ vbi ſarmentis referſerunt: bobuſq; iunxerũt: vaticinos pedibus implicatis & manibus poſt tergũ reuinctis atq; ore obſtructo extẽdunt in mediũ ſarmentoꝝ: incenſiſq; ſarmentis territando agitant boues. Quorũ boum multi cum vaticinis cõcremãtur: Multi ambuſti vtiq; cremato plauſtri temone aufugiunt: Hoc quem dixi modo vaticinos cõburunt etiã ob alias cauſas: adpellantq; pſeudomãtias: ideſt falſos vaticinos. Sed quos morte rex adficit: eorũ ne liberos quidẽ relinquit: ſed vniuerſos mares interficit: Fœminis nihil læſis. fœdera cũ quibuſcunq; ineunt ſcythæ. hoc modo ineunt. Infuſo in grandem calicẽ fictilem vino cõmiſcent eoꝝ ſanguinẽ qui feriunt fœdus percutientes cultello aut ineidentes gladio aliquantulũ corporis. Deinde in ealice tingunt Acinacem: ſagittas: ſecurim: iaculũ: Hæc vbi fecerunt ſeſe multis verbis deuouent: poſtea vinũ epotant nõ modo ij qui fœdus fecerunt: ſed etiã comites hi qui ſunt maximæ dignitatis. Regũ ſepulchra apud gerros ſunt vbi boryſthenes iam nauigabilis eſt. Ibi cum rex eorum deceſſit: in gentem ſcrobem effodiunt forma quadrata. Hoc vbi prepararunt: adcipiũt mortuum corpore incæratо aluo euulſa atq; expurgata: q̃ ſilere contuſo & thymiamate apiiq; ſemine & aniſi cum expleuerunt reſuunt rurſus impoſitumq; plauſtro cadauer ad aliam gentem ferunt: quod qui excipiunt eadem agunt. quæ regii ſcythæ: aurem decidunt: crinem circuntondent: brachia circuncidunt: frontem naſumq; conſauciant: ſiniſtrã manũ ſagittis traiiciũt. Poſt modũ regis cadauer carpẽto ferũt ad aliã gẽtẽ: cui ĩpitãt q̃ ipſos comitat ad eos vñ primũ venerãt Vbi iã mortuũ circũferentes luſtrauerũt ſingulas gẽtes qbus ĩperauit apud eos deponũt q i extremis habitãt & in ſepulchris: quẽ poſtquã ſup totum in loculo viderunt: haſtis atq; hinc defixis deſuper ligna diſponunt: deinde pallio contegunt. In reliqua loculi ſpacioſitate aliqua eius pella cum ſtrangulatam ſepeliunt: & eum qui vina miſcebat & coquum & equi agaſonẽ; & miniſtrũ: & q erat

Vaticinorũ falſorũ puniẽdoꝝ modus.

Pſeudomantiæ falſi vaticini.

Scytharũ fœdera.

Regum ſepulchra.

Luſtratio regis cadauer. circũferentiũ

Scytharum regis ſepulchra.

a nunciis necnõ equos & aliarum rerum omniũ primitias: quin etiam phialas aureas. Nã argenteũ aut æreum nihil in vſu hãt. His actis humũ certatim atq; auide iniiciunt cupientes tumulũ q̃ maximũ efficere. Circũacto anno rurſus hoc agunt: e famulis regis intimos ſumũt. Sunt autẽ famuli regum ingenui ſcythæ & quos ipſe rex iuſſerit. Nã nullus venalitius ei miniſtrat. Hos miniſtrorum quinquaginta cum ſtrangulauerunt ac totidẽ præſtantiſſimos equos eductis inteſtinis expurgatus paleis implet ac cõſumit. Et vbi dimidium fornicis ſuper duo ligna reſupinatum ſtatuerint: alterũq; dimidium ſuper altera duo ligna: & item alia multa huiuſcemodi defixerint tum ſuper ea equos imponunt craſſis tignis in lõgum ad ceruicem vſq; traiectos. Ita vt priores fornices ſuſtineant armos equorum poſteriores vero iuxta fœmora ſuſcipiant vteros vtriſq; cruribus ſuperne pẽdentibus. Equos infrenant eorũq; habenas ad palos extentas adligant. Dehinc ſuper eorum ſingulos ſtatuunt ſingulos quinquaginta iuuenũ ſtrangulatorum hunc in modũ. Vnicuiq; eorum rectum ſtipitem per ſpinam ad ceruicem vſq; tranſfigunt: quod inferius ſtipitis extat vltimũ infigũt tigno illi quo equus trãſiectus eſt. His equitibus ſepulchro circũpoſitis abeunt. Hũc in modum reges ſepeliunt. Alios autem ſcythas cum deceſſerunt proximi quippe in paluſtris collocatos ad amicos circũferunt. Eos ſinguli amicorum excipientes epulum cadauer comitantibus præbent tam propinquis q̃ cæteris ad hũc modum quadraginta diebus priuati homines circũaguntur: dehinc humãtur tali tamen ratione prius purgati. Vbi caput exinaniuerunt ablueruntq;: circa corpus ita agunt tria ligna ſtatuũt mutuo inclinata. circa hæc p̃tendunt lanea pilea q̃ maxime poſſunt cõſtipantes & in ſcapham in medio lignorum pileorũq; poſitam lapides coniiciũt ex igne perſpicuos. Naſcitur autem apud eos cannabis lino ſimillima præterq̃ craſſitudine ac magnitudine. Sed q̃ noſtra eſt multo p̃ſtantior vel ſua ſponte naſcẽs vel ſata: ex qua thraces veſtimenta cõficiunt lineis ſimillima: quæ niſi quis admodũ terat linea ſint an cannabacea nõ queat dignoſcere: & qui nõ viderit cannabem: extimet lineum eſſe veſtimentum. Huius cannabis ſumptũ ſemen ſcythæ ſub pileis occulũt ſupra lapides igni perſpicuos. Vnde fit thymiama tantum reddens vaporẽ quantũ apud græcos nullum thuribulum reddit. Hoc odor ſtupentes ſcythæ eiulant: quod apud ipſos loco lauacri eſt. Neq; enim lauant omnino corpus. Sed vxores eorum

Scythæ argẽteũ aut æreũ in vſu habẽt nihil.

Regũ ſcythię famuli.

Scytharum funera.

Cannabis.

Thracum veſtimẽta.

Thymiama vnde.

infundentes aquã corpora ad lapidem aliquem ſcabrũ cõterũt cypreſſo & cedro & thuris ligno. Deinde perfrictum corpus cũ intumuerit: illud faciẽque medicamentis oblinũt. Id eas ſimul bene olentes facit. Simul poſtero die medicamẽtis amotis mũdas ac ſplendidas. Externis hi ritibus vti magnopere cauẽt ne mutuo quidem inter ſe: ſed græcorum præcipue vtiq; poſteaq; depræhenderunt Anacharſim & deinde iterum Scylem: Siquidem: Anacharſis cum multum orbis terrarum cõtẽplatus eſſet: & multum in ſapientia profeciſſet: eam ad mores ſcytharũ pertulit. Is dũ in helleſpontum nauigans tenuiſſet cyzicum: nouit matri deorum (Offendit enim cyzicenos) eius diem feſtũ magnifico ſane adparatu celebrãtes ſi ſaluus ſoſpeſq; domũ reuertiſſet ſacrificaturum ſe eodem ritu quo cyzicenos ſacrificantes vidiſſet: & peruigilium noctis inſtituturũ. cũ abiiſſet in ſcythiã venit ad locũ qui dicitur hylea iuxta Achillis curſum ſita vbiq; omnifariis omnibus referta. In hanc abſtrudens ſe Anacharſis omnem feſti cerimoniam deæ perſoluit tympanum tenẽs exutiſq; ſimulacris. Hæc eum agentẽ quidã ſcytha animaduertẽs indiciũ detulit. Sauleo regi. Rex eum & ipſe contuliſſet ſe eo: & Anacharſim ea facientẽ inſpexiſſet excuſſa ſagitta necauit. Et nũc ſiquis de Anacharſi interrogat: ſcythæ negãt ſe nouiſſe hominẽ ob id qđ in græciã peregrinatus eſt: extremoſq; ſit mores ſectatus: licet (vt ego adcepi) tutor fuerit Tymnis filii Spargapithis: patruuſq; Idanthyrſi ſcytharũ regis filius Gnuri nepos Lyci ,pnepos Spargapithis. Itaq; ſi ex hac familia extitit Anacharſis: conſtat cũ a patruele fuiſſe interẽptũ Idanthyrſus enim fuit filius Saulei. Sauleus autẽ fuit qui Anacharſim interemit. Quãq; & aliud quiddam pellopõnenſes audiui referentes Anacharſim ab rege ſcytharũ miſſum grecię factũ eſſe diſcipulũ: & cũ rurſus rediſſet: dixiſſe ad eũ qui ſe miſerat cũctos græcos eẽ in omni ſapiẽtia occupatos lacedæmoniis exceptis: qui ſoli rationẽ haberẽt dãdi & adcipiẽdi prudenter. Verũ hæc narratio aliter ab ipſis greçis deluſa eſt. Hic igitur vir (quẽadmodũ antea dictũ eſt) mortẽ oppetiit & ipſe quidẽ ita egit ,pter externos ritus: & græcoꝝ cõſuetudinẽ. Multis aũt ſane annis poſtea interiectis ita paſſus eſt Scyles Aripithis filius. Etenim Aripithes ſcythaꝝ rex cũ alios multos filios: tũ Scylẽ ſuſtulit ex vxore Iſtrina haud quaq; indigena: quæ filiũ greçã linguã litteraſq; edocuit. Interiecto deinde tempore Aripithe per dolũ occiſo a Spargapithe Agathyrſorũ rege. Scyles regnũ ſuſcepit & vxorẽ

Anacharſis. Scyles.

Cyzicus. Cyziceni

Hylea. Achillis curſus.

Sauleus rex. Anacharſis cædes.

Tymnis Spargapithis Idãthyrſus.

Græci in omni ſapientia occupati. Lacedæmonii dandi & adcipiendi prudẽter rationẽ habẽt. Scyles. Aripithes. Iſtrina.

Opœa. Orirchus.

patris nomine Opœam. Erat autē Opœa hęc ciuis: ex qua erat Aripithę filius Orirchus: Scili regnū ſcythiarum optinenti: ſcythicus tamen viuendi mos nihil prorſus cordi erat: ſed græcus in quo fuerat imbutus a puero. Ideoq; multo magis ad hūc exercendum ſe conuertebat. Vtiq; cum ad vrbem boryſthenitarū ſcythicum ducebat exercitū Boryſthenitæ autem ſe a mileſiis

Boryſthenitæ. Scyles græco ſacrificās more.

uiunt eſſe oriundos. Ad hos quotics Scyles veniebat relicto in ſuburbanis exercitu ipſe muros ingreſſus portas obſerabat de poſita ſcythica ſtola græcum ſumebat veſtimentum: & eo indutus per forum ſpatiabatur. nullo neq; ſatellitū neq; populi comitatu adpoſitis qui portas cuſtodirent: ne quis ſcytharum cerneret eū geſtātem huiuſmodi ſtolam: & cum cæteris græcorū inſtitutis vtebatur tum in faciēdis deorū ſacris. Et cū ibi tempus menſtruum aut amplius triuerat: abſedebat induta ſibi ſcythica

Scyli baccha būdo ingens portentū cō tigit.

ſtola. Idque ſæpenumero faciebat extructis ſibi ædibus illic: & vxore illinc adcepta. ſed cum foret ei male euenturū ex hac occaſione male euenit. Adfectanti ei Dionyſiū bacchanalem initiari ac hoſtiam initiationis ſamiā ſumpturo in manibus oblatum eſt ingens oſtentum. Erat ei in vrbe boryſthenitarū circū ædes ſuas: quarū pauloante habui mentionem magnas atque magnificas e lapide candido ſpynges & grypes ſtantes. In has ædes deus fulmen iaculatus eſt: totæq; deflagrauerunt. Scyles nihilominus initiationē peragit. Enimuero ſcythæ græcis probro dant bacchanādi cōſuetudinē negantes eſſe credibile deū

Bacchanalia

inueniſſe quo homines ad dementiā adigātur: poſteaq; bacchanalibus ſacris iniciatus eſt ſcyles: quidā boryſthenitarū ſcythis indicū detulit inquiēs. Vos quidē ſcythæ nos irridetis q; bacchanalia agamus: quodq; nos deus occupet. At nunc demū hic veſtrum quoq; regem occupauit. Nā bacchanalia exercet adeo in dementiam actus. Quod ſi mihi non habetis fidem: ſequimini me rem vobis oſtenſurū. Primores ſcytharum hominē ſe-

Scythæ a ſcyle deficiunt.

cuti ſunt: quos boryſthenita ille deductos clanculū in turri collocauit. Vbi adfuit Scyles cū Thyaſo. ideſt cum choro illo bacchabūdus. ſcythæ eo cōſpecto rem ingētis calamitatis eſſe duxerunt: digreſſiq; ea quæ viderant omni exercitui indicarunt Poſt hæc vbi ad lares ſuos rediit Scyles defecerūt ab eo ſcythę delecto fratre eius Octamaſade ex filia Teris genito: Scyles co-

Octamaſades.

gnito quid de ſe fieret: & quā ob cauſam profugit in thraciam. Id cū audiſſet Octamaſades cū exercitu aduerſ' thraciā cōtēdit, cui ad iſtrū progreſſo thraces occurrerūt: & dū conflictant

erant. Sitalces ad Octamasadē misit caduceatorē cū his man- Sitalces.
datis. Quid opus est inter nos tētare fortunā. Tu quidē sororis
meæ es filius: sed habes germanū meū quē si mihi reddideris:
ego vicissim tradā Scylē tibi. Ita neq; tu: neq; ego periclitabor
exercitu. Erat aūt apud Octamasadē frater Sitalcis ab eo pro-
fugus. Hāc a Sitalce oblatā cōditionē Octamasades adcepit:
redditoq; Sitalci frater eodēq; auūculo suo Scylē recepit fratrē
Et Sitalces quidē recepto fratre reduxit exercitū: Octamasa-
des aūt eodem die caput Scylī dempsit. Adeo sua instituta scy- Scylis mors.
thæ obseruāt: & his q̄ externos ritus adciscūt tales irrogāt poe Scythę suoꝝ
nas. Multitudinē scytharū nō potui exacte indagare cū de ei⁹ institutorum
numero varia referētes audiā: & permultos illos: & rursus pau- o! seruādis-
cos esse vtiq; scythas. Quātū aūt sub aspectū meū venit: est in- simi.
ter Borysthenē: & Hypanim flumina locus nōine: Exampeos
cuius etiā aliquāto antea habuimus mētiomē: cū dicebā fontē Exāpeus me
eo esse aquæ amarę hypanim in quē fluit impotabilē reddētis. moratur a so
Hoc i loco iacet ahenū sexties tantū q̄ crater qui est in ostio pō lino in. 24.
ti a pausania Cleōbroti filio dedicatus: qđ si quis nō inspexit cap.
hūc ei in modū declarabo. Sexcentarum est amphorarum facile Ahenum
capax crassitudine digitorū sex id aiunt indigenæ ex aculeis sa capax.
gittarū esse factū. Regem enim suū nomine Arantem cū nume- Pausanias.
rum scytharū inire vellet iussisse singulos scythas conferre sin- Arantes.
gulos sagittarum aculeos: propositā morte ei qui nō ferret. Ita
magnam vim collatam esse aculeorū: & ex his aliquod cōfectū
opus placuisse ei pro monumento relinquere: atq; inde feciſſe
id ahenum: & in hoc Exampeo dedicasse. Hoc de multitudine
scytharum audiebā. Hæc regio miracula nulla habet p̄ter flumi
na cū multo maxima: tum numero plurima. si quid tamē præter
flumina & magnitudinē campi exhibetur admiratione dignū.
Id dicetur Vestigium Herculis ostendunt petræ impressum vi-
rili vestigio simile bicubitali magnitudine iuxta fluuiū tyrem.
Et hoc ita se habet, Redeo ad eam quam ab initio instituera
orationem: Dario aduersus scythas exercitum comparanti: di-
missis nūciis ad imperandum aliis vt peditatum: aliis vt clas-
sem præstarent: aliis vt Bosphorū thracium iungerent: Artaba- Artabanus.
nus Hystaspis filius Darii frater nolebat illū vllo pacto scythis
inferre bellū cōmemorans scytharum inopiam vtilia suadens
cū tamen non persuaderet illi destitit a dissuadēdo. Darius vbi
omnia ei in expedito fuere copias eduxit ex vrbe susis. Ibi cum
Oebazus quidam persa: cui tres filii erant omnes in militiam Oebazus.

euntes obſecrabat vt vnum ſibi ex illis relinqueret. Cui Darius tanq̃ amico & modeſta obſecranti: reſpõdit ſe oẽs eius liberos relicturũ. Eo reſponſo Oebazus magnopere lætabatur ſperans liberos ſuos miſſionẽ habere militiæ. At ille præpoſitos filiis oebazi iuſſit vt omnes eos interimerent. ita filii Oebazi obtrũcati illic ſunt relicti. Darius ſuſis mouens peruenit ad boſphorum calchedonis vbi pons iungebatur. Illic conſenſa nau trãſmiſit in inſulas nomine cyaneas quas græci prius errabundas fuiſſe aiunt. Ibi ſedens in tẽplo ſubiiciebat oculis pontũ rẽ ſpectaculo dignam. Nã inter omnia maria eſt maxime admirabile. Cuius longitudo eſt vndecim miliũ ac centũ ſtadiorũ: latitudo qua latiſſimũ eſt triũ milium ducẽtorum. Huius pelagi os latitudinis eſt quatuor ſtadiorũ lõgitudo oris. quod ẽ collũ. quæ boſphorus dicitur vbi pons connectebatur circiter cẽtũ viginti ſtadia ad propontidẽ vſq; pertingens. Propontis autẽ quingentorum ſtadiorũ eſt mille & quadringentorũ longitudinis influens in helleſpontum. Ipſe helleſpontus vbi anguſtiſſimus ſtadius ſeptẽ quadragintis: longus intrans pelagi vaſtitatem: quod ægæum vocatur. Hæc autem ita dimẽſa ſunt. Nauis fere meat omnino ſeptuaginta milia paſſuũ longo die. nocte vero ſexaginta. Itaq; a faucibus põti ad phaſim hoc eſt enim põti lõgiſſimũ nouẽ dierũ eſt nauigatio: & octo noctium: quæ fiunt mille centum ac decem milia paſſuũ: hoc eſt ſtadiorũ vndecim milia ac centũ. E ſcythica autẽ ad Theſmycirũ quæ eſt ſuper flumen thermodontẽ. Hic nãq; põti latiſſimũ eſt triũ dierũ duarumq; noctiũ eſt nauigatio quæ fiunt paſſuũ trecenta ac tria milia. ſtadiorũ vero tria milia & trecenta. Hunc igitur in modũ põtus ac boſphorus & helleſpontus a me dimẽſa ſunt: & ſecundũ ea quę dixi ſitũ habent. Quin etiã pontus hic paludẽ habet influentem in ſe non multo q̃ ipſe eſt minorem: quæ mæotis appellatur: & mater ponti. Darius vbi pontem contemplatus eſt renauigauit ad pontem cuius architectus extitit Mandrocles ſamius. Contemplatus item boſphorum duos ſuper eum Cippos erexit e candido lapide litteris inciſis: vnũ quidem aſſyriis: alterum vero græcis omnes gentes quas ſecum ducebat. Ducebat autem omnes gentes quibus imperabat: continentibus numero ſeptingenta milia hominum cum equitatu præter claſſem: quæ conſtabat e nauibus ſexcentis. his poſtea cippis byzantii in vrbẽ ſuam tranſlatis vſi ſunt ad aram Dianæ erectę præter vnũ lapidẽ qui iuxta Bacchi delubrũ eadẽ vrbe relictus

Cyaneæ.

Põti amplitudo.

Boſphorus.

Propõtis.

Helleſpont⁹.

Ægæum.

Phaſis.

Mæotis.

Mandrocles

eſt litteris opletus. Boſphori locus quē rex Darius pōte cōmiſit: cōiectanti mihi videtur medius inter byzantiū & tēplū: qđ ſupra fauces eſt. poſt hæc darius ponte ſublicio delectatus: auctorem eius mandroclē ſamiū donauit decuplo. Ex cuius primitiis Mandrocles pictis animalibus cōmiſſionē boſphori & regem dariū medico ſolio ſedentē: ac ſuas copias traducētem effinxit: eāq; pictura tēplo iunonis dedicauit cū hac ſcriptiōe

Mandrocles

Qui rate piſcoſum cōiunxit boſphoron implens
Darei regis vota iubentis opus.
Iunoni Mandrocles hæc monumenta dicauit.
Eſſet honor ſamiis: vnde corona ſibi.

Hæc igitur monumenta extiterunt eius qui pontē compegit: quem vbi remuneratus eſt darius. trāſmiſit in europā iuſſis ionibus nauigare in pontū vſq; ad iſtrū. Atq; vbi eo peruenīſſent ſe illic pōtolari fluuium ponte iungētes. Ducebant enim claſſem ſones & æoles & helleſpontii. Hi præteruecti cyaneas recta ad iſtrū nauigarunt ſubuectiq; duorū dierum itinere a mari ad fauces fluminis. vbi in diuerſa ſcinditur. Illud ponte iungunt. Darius tranſmiſſo per ratē boſphoro faciebat per thraciam iter: & cum ad fontes tearī amnis peruentū eſt triduo hic habuit ſtatiua. Tearus fertur ab adcolis omnium amniū eſſe optimus cum ad alios morbos: tū ad ſcabiem curādā vel hominum vel equorum. Eius fontes dudequadraginta ſunt ex eadē petra manantes partim frigidi. partim calidi. Ad hos tantūdem viæ eſt a iunonis tēplo eius vrbis: quæ iuxta perinthum eſt: & Apolloniæ: quæ eſt in ponto auxino duorū dierum vtraq; Fluit autem tearus hic in flumen Contadeſtum Contadeſtus in Agrianē. Agrianes in Hebrum: hebrus in mare iuxta vrbem aenum. Ad hunc igitur amnem cū peruenīſſet Darius. Caſtraq; poſuiſſet oblectatus amne cippum erexit his litteris inſcriptum. Tearī amnis capita optimam aquā atq; pulcherrimā cunctorum amniū continent: & ad ea peruenit exercitum ducens aduerſus ſcythas vir optimus atq; pulcherrimus cunctorum hominū Darius hiſtaſpis filius perſarum cunctæq; continētis Rex. Hęc ſunt illic inſcripta. Darius hinc mouens venit ad aliū amnem nomine aruſcum qui per odryſes fluit: quo vbi peruenit ita agendū ſibi putauit. Oſtenſo certo loco copiis ſuis iuſſit illic ſingulos quoſq; pertreuntes ponere ſingulos lapides. id cum omnis exercitus feciſſet grādes acerui lapidum adfecti ſunt: quibus relictis Darius illinc mouit. Sed priuſquam ad iſtrū peruenīret primos ſubegit

Tearus ſaluifer.

Perinthus.

Apolonia.

Cōtadeſtus.

Agrianes.

Hebrus.

Aenum op.

Aruſcus.

Salmideſus. Meſambria. Scyrmiadæ. Nipſæi.

getas: qui immortales aguut: nã thraces qui ſalmideſum: quiq; ſupra apolloniã: & meſambriã vrbẽ incolunt: & qui ſcyrmiadæ & nipſæi vocantur: ſine pugna ſeſe dario dediderunt. Getæ vero per imperitiã reſiſtentes in ſeruitutẽ redacti ſunt cũ ſint fortiſſimi thracum: atq; iuſtiſſimi: Immortalẽ autẽ agunt hoc modo: q; ſe mori nõ putant: ſed eũ qui defunctus eſt meare ad zalmoxin demonẽ: quẽ nõnulli eoꝝ opinãtur eundẽ eſſe beliezẽ. ad hunc mittũt aſſidue cũ naui quinq; remigũ nuncium quempiã ex ſe ipſis forte delectũ præcipiẽtes ea quibus ſemp indigent: eũq; ita mittũt. Quibuſdã eorũ datur negociũ vt tria iacula teneant: aliiſue cõprehenſis eius qui ad zalmoxin mittitur manibus pedibuſq; hominẽ agitantes in ſublime iactent ad iacula. Qui ſi in p̃ſentiarũ extinguitur. propitiũ ſibi deũ arbitrant ſin minus ipſum nunciũ inſimulãt adſeuerãtes malũ illũ eſſe virũ: Hoc inſimulato aliũ mittunt dãtes adhuc viuenti mandata Iidẽ thraces dũ tonat fulgurãtq; in cælũ ſagittas excutiũt deo minitantes q; nullũ aliũ p̃ter ſuũ eſſe arbitrãtur. Verũ (vt ego a græcis adcepi) helleſpõtũ & pontũ incolẽtibus zalmoxis hic homo fuit: famiq; ſeruitutẽ ſeruiuit pythagoræ Mneſarchi filio. Illinc nactus libertatẽ cũ multũ pecuniæ cõparaſſet i patriã rediit: q cũ aiaduerteret thraces male viuentes: & inſcite ipſe eſſet doctus ionieũ viuẽdi genus & mores q; thracũ liberaliores: vt q cõuerſatus eſſet cũ græcis: cũq; pythagora nõ infirmiſſimo i ter græcos ſophiſta: domiciliũ extruxit: i qđ primos quoſq; populariũ in cõuiuiũ adcipiebat: & inter cõuiuandũ docebat: neq; ſe neq; ſuos conuiuas. neq; illos qui illic aſſidue gignentur interire ſed in eũ locum ire: vbi ſuperſtites omniũ bonorũ cõpotes eſſent. Dũ ea q̃ cõmemorata ſunt agit atq; dicit interi ſubterraneũ ædificiũ ſtruit. Quo prorſus abſoluto e thracũ cõſpectu ſe ſubducit deſcendẽs i illud ſubterraneũ ædificiũ. Vbi ciriter trienniũ degit deſiderantibus eũ thracibus ac deflentibꝰ tanq̃ mortuũ. Quarto ãno ſe eiſdẽ in cõſpectum dedit: atq; ita credibilia ſunt effecta q̃ illis expoſuerat. Hæc zalmoxi aiunt fe ciſſe. Cuius ſubterraneo ædificio neq; valde credo ſed multos eũ antea pythagorã ãnis extitiſſe: q ſiue quis ẽ dæmon getarũ indigena valeat. Getæ hoc ritu vtẽtes vbi ſunt a perſis ſubacti cæterũ ſunt exercitũ ſecuti. Darius vbi ad iſtrũ peruenit & vna pedeſtres copiæ cuctiq; flumen tranſmiſerunt: tunc vero iuſſit iones poſtq̃ ratẽ ſoluiſſent ſequi ſe pedeſtri itinere cum nauticis copiis. Qui cum ratem ſoluturi eſſent: & imperata facturi. Coes

Zalmoxis. Beliezn. Ex ſtrabonis in. 7. & diogenis laertii in primo lectione nõ zalmoſis ſed zamolſis legendum eſt. Thracũ ſagittæ in cælum.

Pythagoras. Alienã abhe rodoti opinione habet ſẽ tẽtiã ſtrabo i ſeptimo qui zamolſi ab ægypto i patriã reuerſũ i regni ſocietatẽ ab rege adceptũ deiq; ſacerdotẽ cõſtitutũ eẽ tradit ibi multa de getarum & thracuũ moribus leges.

Coes.

Alexandri filius mytylineoꝝ ꝓfectus ita apud Dariũ verba fecit. Scisciatus antea nũquid ei gratũ foret audire sententiã dicere volentis. Cũ aduersus eã terrã rex facias expeditionẽ in q̃ fertur nihil arari. nullas vrbes coli: finito nunc pontẽ hoc loci stare relictis ad eius tutelã custodib⁹ iis qui eum cõtegerunt: p quẽ siue ex sententia rẽ geremus scythis inuentis siue illos inuenire nequibimus tutus nobis sit redditus. Neq; n. vereor ne prælio cõmisso a scythis vertamur in fugã: sed potius eis non inuentis aliquid patiamur erratici. At enim credat me quispiã mea ipsius causa hæc dicere vt hic subsistã. Ego vero qnod in tuam rẽ esse sentio rex id in medium profero. Ipse te sequivolo neq; hic relinqui. Delectatus admodũ eo consilio Darius ita respondit. Hospes lesbie fac omnino cũ sospes domũ rediero prẽsto mihi vt te ob egregiũ consilium egregiis factis remunerẽ: Hæc locutus vbi sexaginta nodis lorum innodauit adcitis ad colloquium tyrãnis ionibus ita locutus est. Viri iones quã prius habuerã de ponte sententiã: eam missam facio. Vos sumpto loro hæc ita velim agatis. Quo ex tempore videritis me raptissime iter intendentem in scythas: ex eo tempore, incipientes soluite singulis diebus singulos nodos: Intra quod tempus nisi adfuero: sed dies nodorũ exierit: vela facite in patriã vestrã: interea quoniã consiliũ mutaui agite: custodiam ratis & omne studium illi & conseruandæ & tuendæ adhibẽtes: quod facientes maiorem in modũ mihi gratificabimini: Hęc locutus Darius promouet exercitum: Thracia tellus in mare intendens scythicæ prætenditur qua sinũ faciẽte scythica excipit: & illic ister mare subit ostio in ventũ eurũ cõuerso. Quod autẽ ab istro soli scythici secundũ mare est: Id metiẽdo indicare adgrediar. Ab istro hæc iam vetus scythia est ad meridiẽ versus astrũ proposita vsq; ad vrbem carcinitidẽ: eiusdẽ deineps quod ad mare fert montosæ regionis & in pontũ porrectũ incolit gens taurica cherõneso tenus nomine trechea. i. aspera. Hæc ad mare pertingit. qđ ad ventum subsolanũ vergit. Sunt autem finiũ scythicæ partes duæ ferentes ad maria: vna ad meridianũ: altera ad orientale: qđ admodũ atticæ regionis atq; similiũ q; sic partẽ scythiæ tauri incolunt: vt si atticæ iugũ Suniacũ alia gẽs nõ atheniẽsis icoleret: qđ a tribu thoica vsq; ad anaphlystã magis ꝑ põtũ porrigit promõtoriũ: Talis est vt parua cum magnis cõparem taurica regio. Qui autẽ non est hãc atticæ partem præterueckus: huic alio mõ planũfaciã. Vt si iapygiæ nõ iapygies;

Scythia vet⁹
Carcinitis.
Taurica gẽs.
Arachea.
Suniacũ iugũ
Thoica anaphlysta.

Sed alia gens imperans eã diuiſa terra a bronduſio vſq; tarehtum promontorũ incoleret. Cũ hæc duo dico multa aliaſ milia dico: quibus taurica gens eſt cõparanda. A gente taurica de inceps Scythæ ſupra tauros & orientale verſus mare incolunt: q̃ Boſphori Cimmerii ſunt ad veſperã vergentia: & quę paludis mæotidos tanai tenus q̃ influit in huius paludis receſſum. Itaq; ab iſtro iã q̃ ſuperiora ſunt ferẽtia in mediterranea diſcludũt ſcythiã ab agathyrſis, deide a neuris, deinde ab androphagis: poſtremo a melanchlænis. Itaq; ſcythię veluti formæ q̃dratę duę partes: quæ ad mare pertingunt: altera ad mediterranea fert. altera maritima vſq; quaq; ſunt pares. Nã ab iſtro ad boryſthenẽ decem dierũ eſt iter. Tantundẽ a boryſthene ad mæotidem paludem. A mari mediterranea verſus vſq; mælãchlænos viginti dierum iter. Supputantur autẽ a me in ſingulos dies itineris duocena ſtadia. Ita tranſuerſa ſcythæ erunt quattuor miliũ ſtadiorũ recta quæ ad mediterranea ferunt totidem ſtadiorũ. Tantæ eſt hæc terra magnitudinis. Scythæ inter ſe collocuti cũ ſoli impares eſſent copiis Darii prælio repellendis nuncios ad finitimos miſere. Eorum reges vbi cõuenere conſultabant (vt fit) ingenti exercitu inuadente. Erant autẽ qui conuenerant reges taurorũ & agathyrſorũ & neurorũ & androphagorũ & melãchlænorũ & gelonorũ & budinorũ & ſauromatarũ. E quibus tauri huiuſmodi moribus vtuntur. Virgini naufragos immolant: & quoſcunq; græcos illuc delatos. Hoc modo poſtq̃ præces pegerint hominis caput clava ferunt: truncũ eius quidam aiunt perturbari e rupe. Nã in rupe prærupta templũ eſt eorũ ſitũ: cruci adfigunt caput. Quidam de capite ſuffigendo conſentiunt: ſed trũcum e præcipitio deiici negant: ſed humo contegi dicunt demonem cui immolant ipſi tauri aiunt eſſe Iphigeniam Agamẽnonis filiã. In hoſtes quos ceperint hoc agunt. amputatum gſq; caput hoſtis domũ reportat: fuſti ſuffixum admodũ ſublimẽ ſupra tecta ſtatuit: & plerũq; ſupra fumariũ. Ideo in ſublimi locantes q̃ dicant eos totius domus eſſe cuſtodes. Viuunt autẽ e rapto & ex bello. At agathyrſi exceltiſſimi viri ſunt: & aurum plerũq; geſtantes in cõmune cum mulieribus coeunt: vt inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes: nihil neq; liuorib⁹: neq; odii mutuo exercentes. Cætera ad thracũ cõſuetudinem adcedentes. Neuri ſcythicis vtuntur moribus qui vna ante Darii expeditionẽ æſtate coacti fuerant ſolũ vertere propter ſerpentes. nam ſerpentũ cũ magna vis ex ipſorũ ſolo eſt edita: tum maior

Taurica gẽs.

Cimmerii.

Scythiæ partes duæ.

Tauri populi

Iphigenia colitur.

Agathyrſi Neuri.

ſuperne e locis deſertis ingruerat: quibus vſq; adeo infeſtati: vt relicto ſuo ſolo cũ budinis habitauerint. Idẽ periculũ faciunt ſe homines eſſe maleficos: q; dicũtur a ſcythis & ab iis qui in ſcythia incolunt græcis ſemel quotãnis ſinguli ad aliquot dies effici lupi: & rurſus in priſtinũ habitũ redire: qđ tamẽ dicẽtes mihi nõ perſuadẽt. Nihilo minus ipſi tñ aiũt ita eſſe ac deierãt: Androphagi agreſtiſſimos oium hoium mores habẽt: nõ iudiciis nõ legibus vtẽtes pecuariã exercẽtes: veſtẽ ſcythicæ ſimilẽ geſtantes: propriã linguam habẽtes. Melanchlęni oẽs indumẽta nigra gerunt: vnde & cognomentũ habent. Qui ſoli ex his humana carne veſcũtur: inſtitutis ſcythicis vtẽtes. Budini ingens natio atq; numeroſa vehemẽter ceſiis oculis ois ac rufa: quorũ vrbs nomine gelonus e materia cõſtructa eſt muro alto e materia toto: cuius ſingula latera tricenorũ ſtadiorũ ſunt magnitudinis. Aedes quoq; cũ priuatæ tũ ſacræ ſunt e materia. Nã viſuntur ibi deoꝝ græcoꝝ tẽpla græcanice extructa ſimulacris aris delubris ligneis. Libero trieterica ideſt triennalia agũt: & bacchanalia exercent. Quippe geloni quondã græci fuere: ſed ſummoti inter budinos habitauerunt lingua partim ſcythica: partim græca vtentes. Budini a Gelonis & lingua & victu ſunt diſpares. Nam cum indigenæ ſint: pecuariæ operam dant. ſoli que eius regionis pedũculos edũt. Geloni agriculturæ operam dãtes frumẽto victitant: & hortos polliẽt nihil illis neq; aſpectu neq; colore ſimili. Budini a græcis geloni vocãtur nõ recte vocãtibus. horũ regio ois eſt arboribus frequẽs: & vbiq; plurimũ cõſita: vbi eſt lacus ingẽs & multus & palus ac multũ circa arundinis. Ex quo lacu lutriæ capiũtur & caſtores & aliæ ferę forma oris quadrata: quoꝝ pelles ad renones faciẽdos conſuũtur: & teſticuli ad curãda poſteriora ſunt. De ſauromatis ita memoratur. Dũ græci prælıati ſunt cũ amazonibus: quas ſcythæ æorpatã vocãt: quod nomẽ poteſt trãſferri viricidæ æor. n. virũ vocãt: pata autẽ occiderc. Ferũtur poſt victoriam prælii ad thermodontẽ facti abiiſſe portãtes tribus in nauibus quaſcũq; potuere ex amazonibus capere. Quibus illę in pelago inſidiatę cunctos trucidauere. Sed cũ naues haberẽt incognitas: nec gubernaculo aut velis aut remis vti ſcirent: interfectis virís ferebãtur ſecundũ tempeſtatẽ & ventum. Delatæq; ſunt ad paludis mæotidis præruptа q̃ ſcytharũ liberorũ telluris ſunt. Ibi e nauibus egreſſæ amazones ad loca habitata inter habẽtes quã primã nactę ſunt equoꝝ poliã diripiunt: cõſcẽdũtq;: & obeqtãtes

Lupi ex hominibus.

Androphagi

Melanchlęni

Budini.

Gelonꝰ vrbs.

Trieterica.

Budini pedũculos cõedũt Geloni.

Lutriæ.

Caſtores.

Sauromatæ.

Aeorpata.

Amazones.

Strabo in .11. geogr. & diodorus in .3. q̃ de amazonibus dicũtur Ab hiſtoriæ veritate remota & fabuloſa eſſe tradunt.

e ſcythis p̃das agunt Scythæ quid hoc rei eſſet: coniicere neq; bant: cũ neq; vocem neq; veſtẽ neq; gentẽ agnoſcerent: admira bundi vnde venirẽt: rati cũctos eſſe viros eiuſdẽ ætatis. Sed cõ miſſa cũ eis pugna potiti cadauerib⁹ illaq; ita demũ nouerũt fe minas eſſe. Itaq; cõſilio habito viſum eſt eis nullo pacto poſt hac quãpiam illarũ eſſe occidendũ: ſed ex ſe qui maxime iuue nes eſſent ad eas mittendũ eodẽ numero quo illas eſſe cõiecta bant. qui ſua prope earũ caſtra haberẽt: & eandẽ quæ illæ face rent: ſi inuaderentur pugnarent. neu ſupterfugerẽt: vbi ſubſiſte rent illæ: & ipſi proxime accedentes caſtra ponerent. Hoc ſcy thæ idcirco decreuerunt quod prolẽ ex illis ſuſcipere cupiebãt Aduleſcentes qui miſſi ſunt: mandata peregerunt. Quos vbi a mazones intellexerunt neutiquã ad ſe lædendas veniſſe valere ſinebant. Quotidie tamen caſtra caſtris propius admouebãtur: ne ipſi quidẽ aduleſcentes aliquid habebant quẽadmodũ ama zones præter arma & equos & eandẽ quã illæ viuebant venan do atq; prædando. Circa meridiem amazones ſolebant aut ſin gulæ aut binæ ſeparatim a reliquis ad ventrẽ leuandũ longius vagari. Ea re ſcythæ cognita & ipſi itẽ faciũt. quorũ cuidã vna illarum quæ ſoliuaga erat propinqua cẽ fuiſſet nõ ſe aperti: ſed de colloquendo deliberabat: nec adpellare poterat eũ quo cum nõ eſſet prius congreſſa: tamen manu ſignificauit: vt ad eundẽ locũ poſtridie rediret: adducto ſecũ altero vt duo eſſent ſe quo q; alterã adducturã. Digreſſus ab ea aduleſcens hæc enarrat cæ teris: poſteroq; die ſociũ ſecũ ducẽs ad locũ præſto fuit ac repe rit amazonẽ expectantem ſociam. Eius rei certiores facti relt- qui aduleſcentes & ipſi ſeducũt cæteras. Poſt hæc cõmixtis ca ſtris pariter habitant: eã quiſq; vxorẽ cũ qua primũ coierat ha bentes. Earũ vocem cum ipſi diſcere non poſſent: ipſorum illæ diſcebant. Et cum vtriq; inter conueniſſent: viri ad amazones ita dixerunt. Nobis parentes ſunt pariter & facultates. Proin de non agamus diutius hanc vitam: ſed hinc digreſſi in homi num frequentia degamus. vbi nos habebimus alias vxores ne quaq; alias. Ad hæc illæ reſponderunt: Nos vero non poſſum⁹ veſtris cum fœminis habitare quibus nõ iidem qui nobis ſunt mores. Nos.n. arcu tela excutimus: & iaculamur & equitamus muliebria opera indoctæ. Veſtræ fœminæ nihil eorũ q̃ recẽſui mus: ſed opera muliebria factitant: deſidentes in plauſtris non ad venationẽ atq; ad alia huinſmodi prodeũtes. Proinde non poſſum⁹ illis eſſe ſimiles. Quod ſi vobis cordi eſt habere nos

Amazones cum viris.

coniuges & viros videri eſſe iuſtiſſimos. Ite ad parẽtes veſtros & facultatũ ſortiti partẽ rurſus redite. ita ſemoti ab illis habita bim⁹. Id adprobãtes ita facere adoleſcentes: adceptaq; facultatum (q̃ ipſis cõtingebat) portione: rurſus ad amazones redierũt. Ad quos illæ. Duplex (inquũt) met⁹ nos tenet in his locis habitãdi: vnus q; nos parẽtibus veſtris vos priuauim⁹: Alter q; terrã veſtrã magnopere vaſtauim⁹. Sed quoniã dignamini nos habere vxores: hoc vna nobiſcũ agatis. Agedũ proficiſcamur e regione hac & tanaí tranſmiſſo illic habitem⁹. Huic quoq; rei obtẽperauere adoleſcentes. Traiectoq; tanaí & a tanaí triũ die rum orientẽ verſus totidẽq; a mæotide palude & aquilonẽ itinere cõfecto peruenerunt ad eũ locũ: quem nũc incolũt: vbiq; ſubſederunt. Ideoq; priſca cõſuetudine viuẽdi fœminę ſauromatarũ vtũtur. Venatũ vna cũ viris ac ſine viris eunt equis inſidentes atq; adeo in p̃lium eandẽ q̃ viri ſtolã ferũt. Sauromatę putãtur lingua ſcythica ſolœcizare. i. corrupte vti. q; eã ab inítio nõ probe didicere amazones. Quod ad cõiugia pertinet ita ab eís eſt inſtitutũ. Nulla virgo nubit priuſq; aliquẽ hoſtiũ interemerit. Ideoq; nõ nullæ earũ decedunt iã vetulæ anteq; nubãt q; legi ſatisfacere nequeãt. Ad harũ igitur quas dixi gentiũ coactos reges nũcii ſcytharũ cũ pueniſſent: certiores eos fecerunt pſam vbi oſa q̃ ſunt in interiore cõtinente in ſuã ditionẽ redegit. Faucibus boſphori ponte iunctis in citeriorẽ traieciſſe cõtinentẽ. Subactiſq; illic thracibus fluuiũ iſtrũ iunxiſſe animo hęc oía i ſua redigẽdi ptãte. Proide vos (inquit) nolite vllo pacto de medio cedere finẽtes ad pniciẽ nos deuenire: ſed idẽ ſentiẽtes obuiã eam⁹ iuadẽti: Qđ niſi facitis nos in vltimũ diſcrimẽ adducti aut regionẽ deſerem⁹: aut manẽtes deditionẽ faciem⁹. Quid .n. cladẽ ſubeam⁹ nolẽtibus vobis auxilio nobis eẽ. q̃q̃ nõ cõmodi⁹ ageť vobiſcũ aduerſus quos nõ min⁹ venit perſa q̃ aduerſ⁹ nos neq; nos ſubegiſſe cõtẽtus a vobis abſtinebit: Cuius rei magnũ hic adcipite documẽtũ q; ſi nobis ſolis íferret il le bellũ aio ſupioris ſeruitutis vlciſcẽdo. debebat a cæteris hoĩ b⁹ abſtinere: & ſic i noſtrã tẽdere regionẽ oſtẽdẽs oĩb⁹ ſe aduerſũ alios ire. At nũc vbi primũ traiecit i hãc cõtinentẽ vt q̃ſq; ſi bi occurrit paccat cęteros veluti thraces & nobis cõfines getas ſuo ſubiectos imperio habet. Hæc cũ ſcythiæ denũciaſſent il q e nationibus venerant reges deliberabant: ſed diſcordes eorum erant ſententiæ. Nam geloni quidem & budini & ſauromatæ concordia animo receperunt ſe ſcythis auxilio futuros.

Amazonum locus.
Soloecizat.
Amazonum nuptiæ.

Agathyrſus autē & Neurus & Androphagus & taurorū melā-
chlænorūq; reges ita ſcythis reſpōderunt. Si vos iniuria infe-
Iniuriā nō i-ferētibus nō eē inferēdā. renda ac laceſſendo bello priores nō fuiſſetis: recte videremini
prēcari q̄ precamini: & nos veſtris precibus morē gerētes idem
q; vos ageremus. Nunc ſine nobis illorum terram ingreſſi vos
imperitaſtis perſis: quoad deus vobis indulſit: & illi quandoq;
dem eos idē deus in vos excitat: vicem vobis reddunt. At nos
neq; tunc quicq̄ intulimus iniuriæ his viris: neq; nunc quicq̄ co
nabimur priores inferre. Quod ſi hic noſtrā regionē inuaſerit:
& prior iniuriam fecerit: nos haud quaq̄ tolerabimus. Id donec
cernamus apud noſmet ipſos manebimus. Neq; n. in nos veni
re perſæ videntur: ſed in eos qui fuerant auctores iniuriæ. Scy-
thæ vbi hęc relata audiere: ſtatuerunt nullam ſibi pugnam recta
atq; ex aperto cōferendam: quando ipſis iſti ad ſocietatem non
adcedebant. Itaq; digreſſi clam ac lōgius ꝓgreſſi puteos quos
ipſi offenderant. ac fontes abſtruunt. bifariāq; diuiſi herbam e
regione aterunt. Et ad vnam a partibus vbi regnabat Scopaſis
Scopaſis. iubent ſauromatas pergere. qui ſe ſubducerent ſi eo perſa declī-
naret fugientes recta ad flumē Tanaim ſecundū mæotidē itidē
perſam abſcedentem inuadendo perſequerentur. Hæc erat vna
pars regni ordinata ad hanc viam quemadmodū dictum eſt.
Reliquarum duarum vnā cui imperabat rex Idāthyrſus q̄ ma-
Idanthyrſus Taxacis. gna eſt & tertiā in qua regnabat Taxacis in vnū coeuntes. Ad-
eedentibus Gelonis atq; Budinis iubent hos vno die ꝓgreſſos
exercitum perſarum ſeducere hoſtē laceſſendo: & ea quæ decre
uiſſent exequendo: & ante omnia hoſtē ſeducere in agros illo-
rū: qui ſocietatem ipſorū habuiſſent: vt eos ſi minus volētes bellū
aduerſus perſas ſuſciperent: certe inuitos redderent iſtis hoſtes
Deinde in ſuam terram deflectere & tēptare ſiquid ipſis tēptā-
dum eſſe videatur ac libeat. Hæc vbi decreuere ſcythæ copiis
Darii ex occulto occurrebant ꝓſtantiſſimis equitum prēcurſo-
ribus miſſis. Carros autē in quibus eorum filii vxoreſq; omnes
degunt vna cum pecoribus ꝓterq̄ ad victum ſuppetentibus ꝓ-
miſerant dato ſuis mandato: vt ſemper aquilonē verſus tēde-
rent. Hoc cum præparaſſent ſcythæ eorum emiſſarii poſteaq̄ cō
pererunt perſas ab iſtro trium fere dierū & ante ſe vnius diei iti
nere abeſſe: poſitis caſtris germina terræ vaſtant. Perſæ vbi ſcy
tharum equitatus in cōſpectū ſe dedit: eum inſequi maturant a
via ſeſe ſemper ſubducentē & cū ad vnam partium ventum eſt
auroram verſus & tanaim & ſcythis tēdētibus & in ſequētibus

perſis:ſcythæ tanaim traiiciunt:eo & perſæ traiecto illos in ſe quũtur donec peragrata ſauromatũ plaga peruenĩũt in budino rum. Quãdiu perſę fuerunt in ſcythica ac ſauromatide regione nihil ei detrimenti inferre potuerũt vtpote vaſtę. Vbi vero budinicã ingreſſi ſunt:ibi nacti lignea mœnia a budinis deſerta & omnibus rebus vacua incenderũt. His actis ipſo itinere ire porro tendunt:dum eam regionẽ peruagati in vaſtam ſolitudinem deueniũt. Hæc ſolitudo a nemine hominũ colitur poſita ſupra budinoꝝ regionẽ ſeptẽ dierũ itineris magnitudine: vltra quã thyſſagetæ incolũt:a qbus quattuor ingẽtes amnes p mæeteos fluunt:& in paludẽ nomine Mæotim ſe inſinuãt:qbus hęc ſunt indita nomina:Lycus:Hoarus:Tanais:Syrges. Darius vt ad ſolitudinẽ peruenit curſu omiſſo copias ſuper fluuiũ hoarũ locauit. Poſt hæc octo vrbes eaſq; ingentes cõdidit pari inter ſe ſpacio diſtantes ſexagenorũ fere ſtadioꝝ: quarũ ad meã vſq; memoriã adhuc ruinæ extabant. Dũ in his Darius occupatur. interim ſcythæ quos ille inſequebatur circuitis locis ſuperioribus peuerterũt in ſcythiã. Quibꝰ e cõſpectu oĩno ſemotis nec ſe amplius exhibentibus. ita Darius vrbibus illic relictis dimidiatis cõuertit iter ad occaſum: ratus & hos eſſe cũctos ſcythas & ad occaſum fugere. Proinde cũ exercitu maturãs ire in ſcythiã. eo deuenit vbi in duas ſcytharũ indicit partes. Hos nactus inſeq̃batur vnius diei ſpatio nũq̃ intermittẽs ſubterfugiẽtes. Subterfugiebãt ãt de induſtria in terrã eorũ qui ſocĩetatẽ ipſoꝝ reſpuerant & primũ in melanchlænoꝝ. Quos cũ perturbaſſent tam perſæ q̃ ſcythæ eoꝝ terrã ingreſſi: ſcythę in loca androphagorũ perſas adducũt. Perturbatis autẽ androphagis hoſtẽ in neuridẽ ducũt. Neuris quoq; cõſternatis tendũt ſubterfugiẽdo ire ad Agathyrſos. Agathyrſi cernentes fugari finitimos a ſcythis ac perturbatos: priuſq̃ a ſcythis ager ipſorũ inuaderetur: miſſo caduceatore ſcythis ingreſſu ſuoꝝ finiũ prohibent p̃dicentes ſi conarẽtur inuadere agrum ſuũ: cũ eis primũ ſe pręliũ cõmiſſuros. Hoc interminati Agathyrſi in fines ꝓcurrũt animo arcẽdi ingredi volẽtes. At Melanchlæni & Androphagi & Neuri inuadẽtibus perſis vna cũ ſcythis neq; viriũ neq; minarũ memores: ſed timore perculſi fugã capeſſerũt: aquilonẽ verſus ac ſolitudinẽ. Scythæ partim ad Agathyrſos iam nõ recuſantes ſocietatẽ ſe cõferebant partim e neuride regione in ſuas perſas p̃ibant. Id cũ diu factitaretur: neque deſiſteretur. Darius ad Idãthyrſum ſcytharũ Regem miſſo equite inquit. Virorum dęmo-

Thyſſagetæ.
Mæetei.
Lycus.
Hoarus.
Tanais.
Syrges.

Scite dicit Plinius ſcđs in. 6. cap. 17. nõ in alia pte q̃ ſcythica ſcriptorẽs ma iorẽ hĩe incõſtantiam.

Neuri.

Idãthyrſus rex.

nie ideſt beate quid aſſidue fugam facis enim liceat tibi horum facere alterutrũ. Si tibi videris idoneus ad deſiſtendum negociis meis: ſiſte diſcurſum: ac pſtans mecũ Fac pręliũ. Sin agnoſcis te imparem eſſe: hĩc quoq; ſiſte curſum: & hero tuo munera offerens terrã atq; aquã: in colloquiũ veni. Ad hæc ſcytharum rex Idanthyrſus ita reſpõdit. Sic res meæ habẽt (o pſa) vt neq; vllũ mortaliũ ego metuẽs antefugerim: neq; nunc fugiã te neq; quicq̃ faciã diuerſum nũc atq; in pace facere cõſueuerã. Qđ aũt nõ protinus tecũ in eo pliũ: huius rei te certiorẽ faciam. Nobis neq; oppida ſunt neq; agri culti: quorũ vel amittendorũ vel vaſtandorũ metu ꝓperemus vobiſcũ cõſerere pugnã: ad quã ſi opus eſt cõtinuo deuenire ſunt paterna ſepulchra: q̃ age dũ inueneritis tẽptate labefactare: & tũc intelligetis pugnaturi vobiſcũ ſimus pro ſepulchris nec ne: prius autẽ niſi nos ratio traxerit: tecũ præliũ nõ cõſeremus. Hactenus qđ ad pacẽ pertinet dictũ ſit. Qđ ãt ad cætera ego ſolos mihi heros arbitror Ioué ꝓgenitorẽ meũ & ſoliũ ſcytharũ regnũ. Tibi ãt pro terra & aqua quę dono poſcis mittã q̃ decet ad te venire dona: pro eo q; herũ te meũ eſſe dixiſti iubeo te flere. Hoc a ſcythis reſpõſum eſt: qđ caduceator reuerſus Dario renũciauit. Scytharũ reges laudato nomine ſeruitutis indignatione ꝓfuſi partẽ illam quæ cum ſauromatis ordinata erat: cui præerat Scopaſis mittũt ad collo quẽdũ eũ Ionibus qui iſtrũ põte iũctũ adſeruabãt. At perſæ nõ amplius ſibi vagandũ eſſe ſtatuerũt: vt hoſpitibus qui ipſorum cõmeatũ eripiebãt inſidias tenderẽt diſtributis qui aduerſus ereptores frumẽtariæ rei iuſſa exequerẽtur. Enimuero equitatus ſcytharũ ſemp in fugã vertebat eq̃itatũ perſarũ: ſed fugientes incidẽdo in peditatũ ab eo defenſabãtur. Ita ſcythæ ſummoto equitatu hoſtili tamẽ metu peditũ abſcedebãt: & nihilo minus noctibus quoq; ineurſiones faciebãt. Aduerſus quos quid darianis auxilio fuerit referam res i primis admirabilis aſinoꝝ ac mulorũ ſpẽs. Nã (vt ſuperius a me demõſtratum eſt) nullus in terra ſcythica neq; aſinus neq; mulus gignitur: ac ne vllus qdẽ viſitur ꝓp frigora. Itaq; rudẽtes aſini ꝑturbabãt ſcythaꝝ equos & cũ ſcythæ ſæpenumero ꝓſas adorirẽtur: eorũ equi exaudita aſinorũ voce cõſternati auertebãtur arrectis auribus ſtupefacti vtpote inſolentia tum vocis: quã prius nõ audiſſent: tũ formæ quã nũq̃ inſpexiſſent. Atq; hoc quidẽ paululũ quiddã momẽti ad bellum adferebat. Cæterũ ſcythæ vbi animaduertũt perſas tumultuantes quo diutius in ſcythia illi cõmorarentur: & eom-

Idanthyrſus ad Darium.

Idanthyrſus ſuũ ꝓgenitorẽ vocat Iouem.

Scopaſis.

Scytharum equitatus.

Aſinus. Mulus.

Vehemẽs apud ſcythas frigus.

morantes ad omniũ neceſſariarũ rerum inopiã redigerentur: faciendũ ita ſibi putarunt: vt pecoribus ſuis vna cum paſtoribus relictis in aliũ ipſi abſcederent locum. Perſæ illuc ſe cõferentes excipiebant pecora. Quo facto cũ ſæpius idẽ tentarent ad vltimũ Darius inopia rerũ laborauit. id reges ſcytharũ intellegentes mittũt ad eum cũ muneribus caduceatorẽ aue mure rana: & quinq; ſagittis. Perſæ eum qui munera ferebat: percontabãtur quid illa ſignificarent. Iſte negare ſibi aliud eſſe mandatum niſi cum illa tradidiſſet celerrime rediret. iubere tamẽ ipſos perſas ſi ſolertes forent interp̃tari quid ſibi dona vellent. Hoc cum audiſſent perſæ cõſultabant. Et Darii quidẽ ſentẽtia erat ſcythas ſeipſos ei donare & terram atq; aquam hac ratione coniectans quod mus quidẽ in terra gignatur: & eodẽ quo homines victitet. Rana autẽ in aquis naſcatur. Auis vero ſit equo adſimilis. Sagittis dandis quod ſeipſos tradere videantur. in hanc ſententiam Darius dona interpretabatur. At Gobryes vnus e ſeptẽ qui magos ſuſtulerunt: hoc dicere dona coniectabat. O perſæ niſi effecti vt aues ſubuoletis in cœlum: aut mures ſubeatis terram: aut ranæ inſiliatis in paludes: non remeabitis vnde venistis his ſagittis confecti. Et perſæ quidem munera interpretabãtur. At vna pars ſcytharũ cui datũ ante erat negociũ meotidis paludis cuſtodiendæ: tunc autem cũ ionibus qui ad iſtrũ erant colloquẽdi: vbi ad pontẽ venit: ita verba fecit. Viri iones libertatẽ vobis adferentes venimus ſi mõ nos exaudire volueritis. Adcepimus.n. Darium vobis precepiſſe: vt ad ſexaginta dũtaxat dies cuſtodiã põtis ageretis: & niſi intra id tẽpus ipſe nõ adforet: domũ abiretis. itaq; ſi id feceritis & apud illũ & apud nos culpã deuitaueritis. Proinde cũ ad p̃ſtitutã diẽ pmãſeritis: iã licet abſcedatis. Hæc ſe facturos recipiẽtibus ionibus ſcythæ rapti retro abiere. At cęteri ſcythæ poſt miſſa Dario dona cũ peditatu ac equitatu aduerſus perſas in acie inſtructi ſtetere rũt tãq; cõflicturi. Cũ interi lepus in mediũ proſilit: quẽ vt q̃ſq; vidit inſeq̃bat. Perturbatis ſcythis ac vociferãtibus ſciſcitabat Darius vnde hoſtiũ tumultus exiſteret: & cũ audiſſet illos lepo rẽ inſectari: inquit ad eos perſas cũ q̃bus cætera colloqui cõſueuerat. Hi viri videtur mihi magno nos hĩ cõtemptui: & nũc Gobryes recte dixiſſe de ſcythicis donis: quo magis cũ mihi quoq; ipſi res ita ſe habere videantur: bono conſilio eſt opus vt tutus nobis eo vñ venimus ſit receptus. Ad hæc Gobryes equidẽ inquit o rex horum ego virorum inopiã videbar mihi fere fama

Scythæ munera ad Darium: Auis: Rana: Mus: & Sagittæ quinq;.

Gobryes.

Scythiæ munerum interpretatio.

Scythæ leporẽ inſectãtes.

habere cognitã: ſed vbi aduenì euidentius intellexi. Animad-
uertens eos habere nos ludibrio. Proinde mihi videtur cũ pri-
mum nox aduenerit incẽſis e more ignib⁹ & aliis q̃ cõſueuerũt
fieri actis imbecilliſſimus quibuſq; militũ ad hoſtẽ fallendũ te-
humo cõtegũt: adgeſtoq; deſup tumulo cũ alia ois generis cer-
tamina ꝓponũt: tũ p̃cipue certa cũ rõe Monomachiã. i. ſingu- Monoma-
lare certamẽ. Et ſepulturæ qdẽ Thracũ huiuſmodi ſunt. Qd ãt chia.
huius regionis ad aquilonẽ vergit nemo põt ꝓ cõperto referre Thraeum
quinã homines eã incolãt: ſed illã q̃ trans iſtrũ plaga eſt cõſtat Sepulturæ.
vaſtã eſſe atq; ignotam: vbi ſolos audio habitare homines noie
Sigynnas veſte medica vtẽtes eorũq; equos toto corpore hir- Sigynnæ.
ſutos eſſe ad quinq; digitos altitudine piloꝝ eoſdẽ puſillos ac
ſimos: Inualidoſq; ad viros geſtãdos: ſed currui iũctos eſſe p-
niciſſimos: atq; his curribus indigenas inuehi. Horũ fines pxi-
me adcedere ad Henetos: qui ſunt in Adria. Eos quoq; ſe colo Heneti in
nas Medorũ dicere: qui quo pacto coloni Medorũ fuerint: eq- Adria.
dẽ nõ queo dicere: ſed fiat quidlibet intra lõgũ tẽpus. Sigyn- Sigynnæ.
nas pœni qui ſupra Maſſiliã incolũt inſtitores adpellãt: Cypriı
iacula. Verũ vt Thraces aiũt apes loca tranſiſtrana obtinent: &
ob illas vlterius pergi non poſſe: quæ cũ dicũt haud credibilia
apud me dicũt: quoniam hoc animal conſtat frigoris intolerans
eſſe. Mihi tamen loca quæ ſeptẽtrionibus ſubſunt: videntur ob
gelu inhabitabilia eſſe. Hactenus de hac regione. Cuius orã ma
ritumam Megabyzus Perſis obedientem reddidit. Darius trãſ-
miſſo rapidiſſime Helleſponto poſtq̃ Sardis venit: recordatus
eſt beneficii in ſe ab Hiſtiæo collati & conſilii Cois Mytilenæi.
Quibus adcerſitis Sardis obtulit electionem. Hiſtiæus vt qui Hiſtiæus.
eſſet Mileti tyrãnus nullam ſibi tyrannidẽ popoſcit: ſed Myr-
cinũ Hedonidẽ animo vrbis in ea condendæ. Et iſtæ quidem Myrcinus.
hanc elegit. Coes autem vt qui non tyrãnus: ſed priuatus eſſet Coes.
optauit Mitylenes tyrannidem. Impetrato vterq; quod optaue
rat: eo ſe contulit. At Dario res huiuſcemodi oblata eſt: vt illam
videnti inceſſerit cupido iubẽdi Megabyzo vt Pæonas ex Eu-
ropa e ſedibus in Aſiam trãſportaret: erant Pygres & Mantyes
viri Pæones qui poſtq̃ Darius tranſmiſit in Aſiam: & ipſi Sar-
dis venere cupidi tyrannidis apud Pæonas potiundæ ducen-
tes vna ſororem procera ſtatura atq; ſpecioſam. Hi obſeruato tẽ
pore dum in ſuburbanis Lydorũ Darius præſideret: talem rem
ſibi agendã putarunt. Sororem q̃ optime poterant cum exor-

naſſent: ad aquã mittunt vas capite continentem: equũq; e brachio trahentem: linũq; nentẽ. Eam prætereuntẽ Darius adtẽte conſiderabat q; neq; perſica erãt illa quæ ageret mulier neq; lydica neq; vllarũ ex aſia fœminarũ. Hæc conſiderãs miſit quoſdam ſuos ſatellitum iuſſos obſeruare inquam rẽ vteretur mulier equo. Iſtis obſequẽtibus fœmina vbi puenit ad flumẽ equo ſatiſſecit: vas aqua ipleuit. His actis eadẽ via regredit aquã capite ſuſtinẽs: equũ e brachio trahẽs ac fuſum verſans. Admiratus Dari⁹ tũ iis q̃ ab exploratorib⁹ audiſſet. tũ iis q̃ ipſe audiſſet adduci corã fœminã iubet. Ea adducta aduleſcẽtes fratres q; aderant non procul rẽ ipſam ſpeculantes interrogãti Dario cuias illa eſſet: aiunt ſe pæones eſſe: & illam ſuã ſororẽ Ad quos Darius quinam homines eſſent pæones: & vbi locorum habitarent: & cuius rei gratia illi veniſſent Sardis perconctari. Adule

Pæonia. Strymon.

ſcentes ſe vero veniſſe dicere vt ſeſe ei donarent: pæoniã autẽ eſſe ad flumen Strymonem ſitam: qui Strymon non procul abeſſet ab Helleſponto pæones eſſe coloniam teuctorũ qui troia fuerunt. Hæc ſingulatim illi referebant. Interrogantiq; Dario nunquid omnes illic fœminæ tam laborioſæ eſſent adfirmare prõpte adita habere. Huius, n. rei gratia illud fiebat. Ibi Darius literas ad Megabyzũ; dat quẽ in thracia p̃fectũ reliquerat iubens e ſedibus ſuis pæones ad ipſum tranſferri cũ liberis pariter & vxoribus. Eques cũ hoc nuncio confeſtim ad helleſpon-

Megabyzus i pæones exercitũ ducit.

tum cucurrit. Helleſpontoq; tranſmiſſo literas Megabyzo reddidit. Quibus ille lectis ſumpto e thracia duce aduerſus pæoniam exercitũ ducit. Pæones cognito perſarũ in ſe aduentu cõtractis copiis proceſſere ad mare rati illac perſas igreſſuros ad dimicandũ. Et pæones quidẽ ad arcendũ exercitus Megabyzi ingreſſum parati erant: Perſæ aũt certiores facti pæonas cõueniſſe ad intercludendũ ab ora maritima ingreſſum: ſumptis ducibus iter ad ſuperiora cõuertunt: hoſtẽq; latentes in eius opida irrumpũt: & illa vtpote vacua facile occupant. Quod vbi reſciuere pæones protinus diſperſi ad ſua quiſq; dilabũtur. ſeq;

Syropæones Pæoplæ. Praſias. Pangẽs mõs

perſis dedunt. Ita e pæonibus Syropæones & Pæoplæ: & q ad Praſiadẽ vſq; paludẽ incolũt e ſuis ſedibus emoti in aſiã ſunt abducti. Qui vero circa pangeũ montẽ incolũt: doberaſq; & agriamias & odomantes & ipſam Praſiadẽ paludẽ a principio non cepit Megabyzus. Tentauit tamen expugnare eos qui Paludem incolunt. Incolunt autem hunc in modum. In media palude compactæ erant ſublicæ tenuem a continente ingreſſum

vno ponte habentes. Has ſublicas tabulata ſuſtinentes olim communiter omnes ciues ſtatuebant. Mox e lege hunc in modum ſtatuendum cenſuerunt: vt pro ſingulis vxoribus quas quiſque duceret (Ducunt autem ſinguli multas vxores) ternas defigeret ſublicas e monte ſumptas: cui nomen eſt Orbelus: Hoc habitantes modo obtinent ſinguli ſuper ea tabulata turgurium in quo degunt: & fores inter tabulata compactas deorſum ad paludem ferẽtes paruulos liberos per pedem reſte illigant metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Equis autem & ſubiugabilibus piſces pro pabulo prębent. Porro piſciũ tanta ẽ copia vt quoties quis tanuã cõpactam reclinauerit. demiſſam ſune ſportã vacuã aliquanto poſt retrahat piſciũ plenã. Quorũ duo ſunt genera: vnũ quod vocãt Papraces: alterũ Tilones. E Pæonibus ii qui capti fuere in Aſiã ſunt abducti. Pæonib⁹ captis Megabyzus nuncios in Macedoniã ſeptẽ Perſas q poſt eũ erant in exercitu ſpectantiſſimi miſit ad Amyntã petituros regi Dario terram & aquã. Eſt autem e Palude praſiade breuis admodũ in Macedoniã via. Nã in primis paludi confine eſt Metallum: ideſt foſſo æris. Vnde poſtea tẽpora Alexandro in ſingulos dies ſingula talenta proueniębant. Poſt Metallum ſuperato monte quẽ vocant Dyſorum Macedonia intratur eo perſæ vbi peruenere: & in conſpectũ Amyntæ ad quẽ mittebãtur regi Dario terrã & aquã petiere: Amyntas & ea dedit: & hominesin hoſpitiũ vocauit. Inſtructaq; ſplendidæ cœna percomiter adcepit. Perſæ poſtq̃ a cœna ad potũ peruenere: hoſpes (inquiunt) Macedo nobis perſis cõſuetudinis eſt quoties magnã exhibuimus cœnã: tũc etiã concubinas & adnleſcentulas vxores ad adſidendũ introducere: proinde tu nunc quoniam libẽter excepiſti nos: & liberali hoſpitio proſecutus es: regiq; Dario & terrã das & aquã ſectare cõſuetudinẽ noſtrã. Ad hęc Amyntas nobis (inqt) Perſæ iſta conſuetudo non eſt: ſed viros a fœminis ſe mouendi. Verũ quandoquidẽ vos exigitis qui domini eſtis: hoc quoq; vobis præſtabitur. Hactenus locutus Amyntas fœminas adcerſit: illæ vt iuſſæ præſto fuerunt: & e regione Perſarum deinde cõſederunt Quas perſæ conſpicati formoſas Amyntã adloquuntur negantes omnino id factũ eſſe ſapienter. Satius enim futurũ fuiſſe ab initio non venire fœminas: q̃ poſtq̃ venerant non adſidere: ſed ex aduerſo ſedere in oculorũ dolorem. Ita coactus Amyntas illas adſidere fuſſit. Quæ cũ obtẽperaſſent: illico perſę mammillas illarũ tractare vtpote pluſcu-

Orbelus.

Papraces.

Tilones.

Dyſorus.

Perſarũ conuiuia.

Amyntæ cõuiuium.

Fœminę a viris ſemotæ.

lo vino temulenti: nõnulli etiã tẽptare ſuauiari: Hæc Amyntas intuens & ſi iniquo ferebat animo: tamen præ metu Perſici no minis quieſcere. Verũ eius filius Alexander cũ adeſſet: atq; hęc ſuſpiceret vtpote aduleſcens & malorũ inexpertus neq; amplius tolerare poſſe. Itaq; grauiter ferẽs ad Amyntã inquit. Tu vero pater cæde ætati: abiq; hinc ad requieſcendũ: neq; indulgeas nimiũ potationi. Ego hic remanens oia hoſpitib⁹ q̃ oportet exhibeo. Amyntas eũ rei nouæ aliqd facturũ animaduertẽs ad hæc reſpondit: filii inquiens verba tua hinc me ſummouẽtis pene intellego. Ideo.n. me dimittis q; aliquid noui agere in animo habes. Quare nolo te quicq̃ noui in hos viros perpetrare futurũ in pernicię noſtrã ſed tolera ſpectans q̃ gerũtur. Nam q; ad diſceſſum meũ pertinet parebo. His reſponſis Amyntas abiit. Et Alexãder ad perſas. Vobis inqt hoſpites cũ his fœminis vel oĩbus ſi libet facillime licet concũbatis: ſed cũ qua eaq; concũbere libeat indicate. Nũc.n. fere tempus cubãdi aduẽtat: & vos bene potos eẽ temulentoſq; video. Proinde has fœminas ſi vobis cordi eſt ſinite ire ad ſe lauandũ quas cũ lotę fuerint adcipiatis. Hæc locutus Alexander adprobantibus Perſis egreſſas fœminas in muliebre remittit cõclaue: ac totidẽ viros leues malas habentes mulieribus veſtibus exornat: traditiſq; pugionibus introducit: admonetq; perſis inquiens. Vos vero pſę a nobis in cõuiuiũ eſtis omni munificẽtia adcepti: Quippe q bus & q̃ habebamus: & q̃ inuenire potuimus ea oſa repſentauimus: & q; oĩum maximũ eſt etiã noſtras ipſoq; matres & ſoroꝛes liberaliter exhibemus: vt omni honore adfecti a nobis intellegatis quibus rebus digni eſtis: vtiq; regi qui vos miſit renũcietis a græco quodã macedonũ principe vos & mẽſa & lecto bene adceptos eſſe. Hæc locutus Alexander ſingulos Macedonas quas fœminas eſſe aiebãt: adſidere iuſſit ſingulis perſis. Qui poſteaq̃ a Perſis adtrectari cœpere: illos obtrũcauere. Et hac quidẽ morte adfecti ſunt Perſæ ipſi pariter & eoq; comitatus. Comitabantur.n. eos & vehicula & familia & omnis generis adparatus: q̃ cũcta cũ illis omnibus pariter intercepta ſũt Nõ multo deinde interiecto tẽpore cũ magna horũ viroq; iter Perſas inqſitio fieret: Alexãder illos prudenter occupauit tum multa aliis pecunia tũ ſororeſua noie Gygea Bubari data viro Perſæ vni ex inqſitoribus interfectoꝛ. Ita horũ perſarũ cædes deprehẽſa: ſed ſilẽtio ſuppreſſa ẽ. Eſſe aũt græcos q hæc fecere a Perdica pgenitos quẽadmodũ ipſi aiunt: & ego adſentior in

Alexander ad perſas.

Viri pro mulieribus.

Perſarũ cædes i cõuiuio

Gygea. Bubaris. Perdica.

ſis q̄ poſtea dicā. id ita eſſe probatur: & ii q̄ in Olympia certami
nibus græcor̄ præſunt cōſentiūt. Nā cū Alexāder certādi gra
tia ad hoc ip̄m deſcendiſſet: a cōcurſoribus ꝓhibebatur q̄ ne-
garent barbaror̄ id eſſe certamē: ſed græcor̄. At vbi palā fecit
ſeſe argiuū græcus eſſe iudicatus eſt: & ſtadium currēs ꝓximus
primo extitit. Et hæc quidē ita geſta ſunt: Megabyzus aūt Peo
nas ducēs abiit in Helleſpōtū & illo trāſmiſſo peruenit Sardis.
Cū interi Hiſtiæus mileſius iā muris cingeret locū quo a ſe pe-
tito donatus a Dario fuerat in præciū ſeruatæ ratis q̄ locus eſt
ad flumen Strymonē nomine Myrcinus. Megabyzus cognito Myrcinus.
qđ fiebat ab Hiſtiæo cū primū venit Sardis primū ducēs pæo
nes ita eſt Dariū adlocutus. rex quidnā tu rei feciſti dato loco
ad vrbē cōdendā in Thracia viro græco eidēq̄ ſolerti atq̄ in-
duſtrio: vbi adfatim materia eſt ad naues edificandas multūq̄
remigum atq̄ pecuniæ Multis etiā cū Barbaris tū græcis inco
lentibus q̄ nacti ducē faciēt quicquid ille vel die vel nocte pre-
ceperit. Nūc tu virū hūc ita fauentē inhibe ne domeſtico bello
adflicteris: inhibe autē miti modo adcerſitū: quē cū adceperis:
da operā ne quādo in græciā reuertatur. Hæc locutus Megaby
zus perfacile Dario perſuaſit tang̃ ꝓbe ꝓſpiciens qđ eſſet euē-
turū. Darius miſſo in myrcinū nūcio ad Hiſtiæū hæc inqt. Hi-
ſtiæe rex Darius hæc dicit mihi rebuſq̄ meis melius conſulen-
tē q̄ te inuenio neminē: qđ nō verbis ſed factis cōpertū habeo.
Proinde cū res magnas agere deſtinē: præſto mihi ſis vt ea ti-
bi aperiam. His verbis fide habita Hiſtiæus & ſimul magnifa-
ciens cōſiliariū regis fieri Sardis ꝓfectus ē. Cui adueniēti Da
rio. Hiſtiæe ego (inqt) ea de cā te adcerſiui: q̄ poſteaq̄ a Scythis
redii maturaui: & tu ab oculis meis abfuiſti nullius rei deſideriū
tā me tenuit breui: q̄ vt tu in aſpectū & colloquiū meū venires:
eū ſcias omniū poſſeſſionū p̄cioſiſſimā eſſe virū amicū ſoler- Amicꝰ ſolers.
tem bene ſentientem: quæ ibi ambo adeſſe ego teſtimonio eſſe
poſſum e rebus meis. Quare tibi ego qui feciſti probeq̄ veniſti
hoc gratificādum putaui: vt omiſſa Mileto & recens condita
in Thracia vrbe me ſequaris ſuſa: eadem quæ ego habitaturus:
meuſq̄ conuictor ac conſiliarius futurus. Hæc locutus Darius
vna ſecum Hiſtiæum ducens ſuſa verſus iter intendit ꝓfecto.
Sardibus Artapherne fratre ſuo ex eodem patre. Item prefec- Artafernes.
to Otane oræ maritimæ: cuius patrem Siſamnem vnum e regi- Otanes.
bus iudicibus q̄ iniuſte ob pecuniam iudicaſſet rex Cambyſes Siſamnes.
interemerat. Interemptoq̄ detractum corium in lora concidit

quibus tribunal in quo ille ſedens iudicarat intendit: ibidemq; eius filiũ Otanẽ ſedere iudicem p̃cepit atq; in memoria habere in quo tribunal iudicaret. Hic igitur Otanes in eo tribunali ſedens: tũc Megabyzi ſucceſſor exercitus Bizantios ac Chalcedonios cepit. Cepit item Antãdrum qui eſt in terra troade: cepit quoq; Lamponiũ. Sũpta etiã a Leſbiis claſſe cepit Lẽnũ: & Imbrũ a pelaſgis tũc quoq; vtrãq; habitam. Sed Lẽnii quoniã prælio contẽderant: & aliquãdiu repugnauerant: mala perpeſſi ſunt: quos qui ſuperfuere. iis præfectũ Perſæ impoſuere Lycaretũ Meandri eius qui Sami regnauit germanũ. Hic Lycaretus cum Lemno præeſſet hac de cauſa mortem oppetiit: q̃ omnes in captiuitatẽ redigebat: atq; euertebat alios inſimulans deſertores Scythice expeditionis: alios vexatores copiarum Darii a Scythis reuertentium. Hæc iſte in ſua præfectura perpetrabat. Sed non diu in malis faciendis delituit: & ceperũt iterũ Naxo atq; Mileto calamitates Ionibus fieri: e Naxo quidem q̃ inter inſulas felicitate præſtabat: e Mileto autẽ q̃ ea tempeſtate ppe ſeipſam ſuperatis maxime florebat. Eratq; Ioniæ prætextũ cũ laboraſſet duabus ſuperioribus ætatibus morbo ſeditionis: donec eam ſeditionẽ Parii ſedauerint: ex omnibus græcis correctores a Mileſiis delecti. Hũc aũt in modũ eos Parii correxere. Cum Miletum veniſſent viri inter Parios præſtãtiſſimi cernerentq; domos vehementer labefactas: dixerũt velle ſe regionẽ ipſorũ peragrare. Id facientes & omnẽ agrũ Mileſiũ luſtrantes vt quẽq; fundum animaduertebant bene cultũ fructũq; emittẽtem: cõſcribebant domini nomen. peragrata omni regione cũ paucos huiuſmodi fundos compiſſent: q̃ maturrime ad vrbem deſcenderunt. Coactoq; cœtu decreuerũt vrbem ab iis eſſe incolendã; quorũ fundos bene cultos inueniſſent. Videri. n. illos ita curaturos publica vt ſua ipſorũ curauiſſent. Cæteros Mileſios qui prius ſeditioſi fuiſſent: iuſſerũt horum dicto audientes eſſe. ita Mileſios Parii correxerũt. Ex his tunc vrbibus hoc mõ cœperunt Ioniæ mala contingere. Ex Naxo quidẽ locupletes e plebe in exiliũ miſſi Miletum ſe cõtulerunt. Miletum ãt procurabat Ariſtagoras Molpagæ: idẽq; gener ac cõſobrinus Hiſtiæi Liſagoræ quem Darius ſuſis deſtinebat. Nã Hiſtiæus Mileti erat tyrãnus & per id tempus ſuſis degebat: dũ Naxii Miletum venere iam pridem Hiſtiæi hoſpites cũ Miletum Naxii aduenere obſecrarunt. Ariſtagoram vt aliquantulũ copiarũ ipſis præſtaret ad redeundũ in patriam: ille colligens ſi per eũ iſti

Antandrus. Lamponiũ. Imbrus.

Lycaretus.

Naxus. Miletus.

Parii Mileſios correcturi veniunt Miletum.

Qui priuata & publica alienaq; negligit.

Mileſii a Pariis correcti.

Ariſtagoras.

in patriã redirent: fore vt Naxio imperaret: tamẽ prætendens Hiſtiæi hoſpitiũ ita eos eſt adlocutus. Meæ quidẽ vires ad tantum copiarũ prebendũ nõ ſuppetũt . vt inuitis his qui Naxum tenẽt: vos poſſim reducere: cũ audiã octo milia ſcutatorũ Naxiis ac multũ longarũ nauiũ eſſe: tamẽ omne ſtudiũ adi ſtud efficiendũ adhibebo hoc ſcilicet in animo verſans. Eſt mihi amicus Artaphernes Hyſtiaſpis filius Darii regis frater q Perſis eſt omnium in Aſia maritimorum multo exercitu præditus ac multa claſſe. Hunc ego virũ opinor facturũ omnia ex animi noſtri ſententia. His auditis Naxii inſtare Ariſtagoræ vt rẽ q̃optime poſſet cõficeret: vtq; munera homini polliceretur dicere & ſe exercitu ſumptũ ſuppeditaturos magnam videlicet ſpẽ habebat cũ ipſi Naxo adpuiſſent Naxios oia q̃ iuberent eẽ facturos atq; adeo cæteros inſulanos. Nulla dũ.n. Cycladũ inſula ſub Dario erat ꝓfectus Sardis Ariſtagoras ait ad Artaphernem eſſe inſulã Naxũ nõ ſpacioſã illã qdẽ: ſed pulchrã alioqui & bonã: Ioniæq; vicinã: multis ꝓterea & pecuniis & ſeruiciis ꝓditã. Proinde tu aduerſus hanc regionẽ ducito exercitũ p cãm illuc exules reducẽdi. Qd facienti tibi magnæ ſunt penes me in expedito pecuniæ: ꝓter illas quæ in exercitũ erogabũtur. Has.n. æquũ eſt nos ꝓbere: qui aduẽtus noſtri auctores ſumus & te inſulas regi adquirere ipſam Naxũ & q̃ ex hac pendẽt Parum & Andrũ. Cæteraſq; quæ Cyclades nominãtur. Vñ proficiſcens haud difficile inuades Euboeam inſulã magnã ac beatam: nec inferiorẽ Cypro ac facilẽ ſane ad capiendũ centũ omnino nauibus ad has occupãdas ſuffecturis. Huic reſpõdes Artapherne: tu vero (inquit) quæ ſunt ex vtilitate regiæ domus exponis. & probe iſta ſuades omnia ꝓtereq̃ de numero nauium. Nam pro centũ naubus ducentę tibi ineunte ſtatim vere in promptu erunt Oportet tamen de his rebus auctoritatem quoq; regis adcedere. his auditis Ariſtagoras lætus Miletum rediit. Artaphernes autem miſſo Suſa ad Darium nũcio: per quẽ de rebus ab Ariſtagora dictis cũ certiorem faceret, vbi ille rem adprobauit ducentas naues inſtruxit tum Perſarũ: tũ aliorum ſociorum magna ſane multitudine ꝓfecto eis duce Megabate viro Perſa familia Achæmenidarum ſuo ac Darii conſanguineo. q (ſi vera ſunt quę poſt hoc tẽpus geſta) filiam deſponderat Pauſaniæ Lacedæmonio Cleombroti filio græciæ tyrannidẽ adfectanti. Delecto itaq; duce Megabate exercitum Artaphernes ad Ariſtagorã miſit e Mileto Megabates Ariſtagora ſũpto atq; iadũ

Artaphernes

Cyclades inſulæ.

Naxus.

Paros.

Andros.

Euboea.

Megabates.

Achæmenidarũ familia

Pauſanias.

exercitu cū Naxiis profectus ē p ſimulationē eūdi in Helleſpō
tū: atq; vbi Chiū puenit: Claſſē cōtinuit apud caucaſa vt illinc
vēto aquilone traiceret in Naxū. Sed quoniā nō erat fatale na
xios ea Claſſe deleri: hoc negocii contigit Megabates in cir-
cūeundis nauiū excubiis offendit nauē Myndiā a nemine cu-
ſtodiri: quā rē indigne ferēs iuſſit ſatellites inuentū eius nauis
Scylacis pœ na. principē noie Scylacē vincire traiectū p Thalamiā ideſt p fora
mē per qđ remus extat: ita vt caput extaret corpus intus eſſet.
Thalamia re mi foramen. Ariſtagoras a quodā factus certior hoſpitē ſuū Myndū a Me-
gabate vinctū adflictari perſam adit hominē excuſat: repoſcit
Scylacis ſolu tio. cū nihil exoraret: ipſe adcedēs Scylacem ſoluit. Id vbi reſciuit
Megabates grauiter admodū ferens Ariſtagorā inuaſit: cui A-
riſtagoras quid tibi (inquit) eſt cū iſtis negociis. Nōne te miſit
Artaphernes vt me ſequereris? atq; eo nauigares quocūq; ego iu
berē? qđ multa agis? His verbis indignatus Megabates vbi nō
Naxi obſeſ ſio. adfuit: miſit Naxum quoſdā cū naui ad rem Naxiis quæ impē
derent exponendā. Naxii vt qui minus q̄ hāc aduerſus ſe Claſ
ſem venturā expectabant: vbi id audierunt: oia confeſtim ex a-
gris in vrbē comportare: & ſe tanq̄ obſidendi eſſent inſtruere
cibariis potu muroq; refectione. Et iſti quidē tanq̄ inſtante ſibi
bello ſeſe adparabant. Illi vero poſteaq̄ e Chio in naxū traiece-
runt: iā præmunitos adgreſſi ſunt. Cōſumptiſq; quatuor in ob-
ſidione mēſibus: abſumpta q̄ ſecum adtulerant pecunia: ab Ari
ſtagora maxima cū plura deſideraret obſidio. Vbi mœnia Na-
xius exulibus ædificauerunt: in contionē reuerterunt male ad-
fecti Ariſtagoras quando quod Artaphernē receperat præſta-
re non poterat: nec exercitui ſtipendiū exigenti dare preſertim
Megabate inſimulāte apud milites male adfectos. Præterea ne
regno mileti fraudaretur: his de cauſis trepidus de defectione
Hiſtiæi ad Ari ſtagoram Nuncius. conſultabat. Contigit. n. e ſuſis ab Hiſtiæo venire quendā cō-
puncto noctis capite quibus Hiſtiæus Ariſtagorā cōmonefa-
ciebat vt ab rege deficeret. Id nāq; volens Hiſtiæus Ariſtago-
Literæ in ca pite impreſſæ ræ indicare: quia alia ratione facere non poterat vtpote itineri
bus cuſtoditis fidelißimo e ſeruis caput eraſit: literaſq; ipreſſit
& hominē retinens coad capilli refruticarent vbi illi renati ſūt
raptiſſime dimiſit miletū nihil aliud mandās niſi vt cū miletū
peruenißet. iuberet Ariſtagorā Eraſo ſuo capite iſpicere. Ea āt
ſtigmata ſignificabāt (vt a me ſuperi⁹ dictū ē) defectionē hoc
Defectionis ſignificatio. ideo Hiſtiæes faciebat: q; magnā ſibi iacturā ducebat ſe ſuſis di
ſtineri: ēt atq; etiā ſperās fore vt ſi ab Ariſtagora rebellaret: ad

mare proficiſceret. Sin miletus nil noui mollireť: nullã ſibi viã amplius eẽ ad eã reuertẽdi intellegebat. Eũ Hiſtiæus quidẽ hęc cõſiderans nũtiũ mittebat Ariſtagoras aũt cũ ei hæc oĩa cõſentanea per idẽ tẽpus cõtigiſſent: rettulit ad ſeditioſos tã de ſua ſentẽtia q̃ de Hiſtiæi mandatis. Cui cũ cæteri oẽs adſenſiſſent Hecatæus. iubentes vt rebellaret. Hecatæus tñ Logopius .i. ſermonũ auctor initio diſſuadere bellũ ſumi aduerſus regẽ perſarũ enume Logopius.i. rans cũctas nationes: q̃bus Darius iperaret: omnẽq; illius potẽ ſermonum tiã. Sed cũ hoc pſuadere nõ poſſet ſecũdo loco ſuadere vt claſſe mare occuparent: negãs ſe videre q̃ alia ratione id eſſet euenturũ. Scire. n. ſe mileſios vires eſſe imbecillas: ſi tñ pecunię e tẽplo: quod eſt in Branchidis tollerẽtur: quas Crœſus Lydus re- Brãchidæ. poſuiſſet: multũ ſpei recipere maris potiũdi atq; ita pecuniã & Crœſi pecuipſos habituros ad vtendũ: nec hoſtes ſpoliaturos. Erãt autem niæ. hæ ingentes pecuniæ quẽadmodũ a me in primo libro demõſtratũ eſt. Verũ ne hæc quidẽ lentẽtia obtinuit: ſed illa vt omni no rebellareť: vtq; vnus eoꝝ myuntẽ nauigaret ad exercitũ: qui e Naxo reuerſus illic agebat: vt conareť duces Claſſiariorũ cõprehẽdere. Miſſus ad hoc ipſum Iatrogoras dolo cepit Oliatũ Iatrogoras. ibanolis Mylaſienſem: & Hiſtiæũ Tymnis termerẽſem: & Coẽ Oliatus. Alexãdri: quẽ Darius mytilene donauerat & Ariſtagorã Hera- Coes. clidis Cymeũ: cõplureſq; alios. Ita ex pfecto Ariſtagoras defecit omnia in Dariã cõmentus. Et primũ quidẽ verbo dũtaxat tyrannidẽ immutãs: ſtatũ rei publicę mileti conſtituit: vt ſecũ libẽter mileſii rebellarent. Idẽ dehinc in reliqua Ionia fecit tyrannoꝝ alios eiiciẽs: alios vtiq; quos cœperat e nauibus iis quę aduerſus Naxũ vna ierãt: vt ciuitatibus gratularetur aliũ in alia vrbe diuẽdẽs ex qua quiſq; illoꝝ erat quoꝝ Coem mityleneı vt Coes lapidiad eperunt ſine mora productũ lapidibus interemerũt. Cymęi bus iterẽpt⁹. ſuum dimiſerunt. Poſteaq̃ & alii cõplures Tyranni fuga ſolum vertere: paſſim per ciuitates tyrannoꝝ abdicatio facta eſt. Tyrãnis ſummotis Ariſtagoras mileſius ſecundo loco iuſſit in ſingulis ciuitatibus cõſtitui ſingulos magiſtratus: moxq; ipſe Lacedæmonẽ triremi pro legato miſſus eſt. Opus enim erat magnã aliquã cõparate ſocietatẽ. Spartæ regnũ: iã nõ tenebat Anaxã Anaxandrides leõtię filiꝰ qa ñ ſupſtes erat ſed eiꝰ obitu filius Cleome des. nes regnabat: nõ ille qdẽ pp virtutis ſpecimẽ: ſed pp genꝰ. Et tenĩ Anaxãdrides ducta i matrimoniũ ſororis filia: q̃ & ſi cordi erat: tñ ex ea liberos ñ ſuſcipiebat. Id cũ ita eẽt: Ephori his eũ verbis incuſauerũt. Si tu tibi nõ pſpicis certe nobis hoc nõ eſt Ephori.

Euriſthæi genus. deſpiciendũ Euriſthæi genus labefieri. Tu quandoquidẽ vxorem habes: quæ nõ concipit: aliã ducito gratiſſimã rem ex hoc Spartiatis facturus. his ille reſpõdens negat ſe earum rerũ alterutram eſſe facturũ: ſed hos nõ recte conſulere qui ipſum hortẽtur repudiata (quã haberet) vxore innoxia alteram ducere: eoq; ſe nõ eſſe pariturum. Cui Ephori atq; optimates cõfilio inter ſe habito retulerũt. Quoniã is cernimus amore coniugis quam habes implicitum facito quod dicimus: ac noli repugnare: ne quid de te Spartiatæ grauius conſulant. Cõiugem quam habes vt repudies non poſtulamus. quecũq; ei p̃ſtans nunc ea omnia p̃ſtato. Alterã tamẽ ducito p̃ter hãc vxorẽ quę ſit fœcũda. Hęc

Anaxandridæ vxores. dicẽtibus adſenſus eſt Anaxandrides duas dehinc vxores habẽs binis ædibus habitabat haud q̃quã Sparciatice faciẽs. Nõ lũgo interiecto tempore vxor: q̃ poſterius ducta eſt: parit hunc

Cleomenes. Cleomenẽ: quẽ mater ſucceſſorẽ regni Spartiatarũ nũcupabat. at vxor prior q̃ hactenus ſterilis fuerat: & ipſa cõcepit hoc fato vſa: q̃ cũ re vera p̃gnãs eſſet: domeſtici tñ poſterioris vxoris id audiẽtes: ac moleſte ferẽtes dicere iactari hoc ab illa aio ſubiiciẽdi ſibi partũ. Itaq; his indigne ferẽtibus: exacto tẽpore pariẽdi Ephori increduli fœminę parturiẽti cuſtodes adſederũt:

Dorieus. Leonides. Cleõbrotus. Prinetades. quæ Dorieũ peperit: moxq; Leonidem: & poſt hunc gradatim Cleombrotũ. Sũt qui dicãt Cleõbrotũ: atq; Leonidẽ fuiſſe gemínos. Quæ Cleomenẽ peperit ſecũdo loco in matrimoniũ ducta Prinetade Demarmeni filia alterũ filiũ amplius nõ genuit. Et Cleomenes quidẽ nõ cõpos vt fertur ſed inops mẽtis. Dorieus aũt inter æquales oẽs primus: erat: meritoq; putans ſe ob virilitatẽ regnor otiturum. Hic ita opinione p̃ſumẽs defuncto Anaxandrida cũ Lacedęmonii Cleomenẽ ex lege q̃ maximus natu eſſet: creaſſent indigne tulit id ſibiq; a Cleomene imperari. Igitur petita a Spartiatis plebe Coloniã duxit: neq; delphico vſus oraculo in quã terrã ad vrbẽ cõdendam tenderet neq; quippiam cõſuetorũ executus. adeo rem indigne ferebat in Aphricam nauigans ducibus Theræis ad Cinypẽ delatus locum cõmunit totius Aphricę pulcherrimũ iuxta flumen: ſed illinc

Mace Antichares. tertio eiectus anno a Macis & Aphris & Carthaginienſibus in Peloponneſum abiit vbi Antichares vir Cleonius ei conſilium dedit ex Laii oraculis: vt Heracleam in Sicilia conderet adfirmans Erycis regionem eſſe Heraclidarum ipſo Heracle. i. Hercule conditore. Hoc ille audito delphos ſe contulit ad oraculũ cõſulendũ numqd regione (ad quã mittebatur) potiturus eſſet.

Fryx. Heraclidæ.

Pythia eum potiturũ reſpondit. Sũpta itaq; Dorieus claſſe quã & in Aphricã duxerat Italiam preteruehebatur: ea tẽpeſtate (vt ferũt) Sybaritę cũ Tely rege ſuo bellũ crotoniatis erant illatu-
Sybaritæ.
ri. Id metuentes Crotoniatæ Dorieũ vt ſibi opem ferret oraue
Telys.
re. hoc præcibus inductus vna cũ illis aduerſus ſybariã cõtendit: eãq; cepit: hæc Sybariæ Dorieũ & qui cũ illo erant: feciſſe aiunt. Crotoniatæ negant quẽpiã ſe pegrinũ in bello aduerſus Sybaritas adciuiſſe p̃ter vnũ Calliam heleũ Amicleor ũvati
Callias.
cinium: & hũc a Telyſybaritarũ tyranno ad ipſos tranſfugiſſe hoc modo q; ſacrificans de eũdo aduerſus Crotonẽ non litaret. Hæc iſti aiunt: quarũ rerum vtriq; teſtimonia hæc adferunt Sybaritæ quidẽ phanũ ac templũ prope craſtin lapidũ maceriã
Craſtis.
qđ Dorieũ capta vrbe aiunt extruxiſſe Mineruæ cognomine
Minerua
Craſtiæ: & hoc ipſius Doriei necis volunt eſſe maximũ teſtimo
craſtia.
nium: q; præter vaticinia agẽs interẽptus eſt. Si n. nihil niſi id ad quod mittebatur feciſſet: nec trãſgreſſus eſſet erycinã regionẽ obtinuiſſet: & obtẽtam poſſediſſet nõ ipſe cum exercitu abſumptus eſſet. At Crotoniatæ multa mõſtrãt peculiariter donata Calliæ Heleo in agro crotonienſi: q̃ etiã ad meã vſq; memoriã prognati Calliæ colebant. Dorieo aũt & eius poſteris nihil
Bellum ſyba
omnino fuiſſe donatũ: cui ſi in bello Sybaritano fuiſſet Croto
ritanum.
niatis auxilio multo plura q̃ Calliæ fuiſſe donanda. Hæc pro ſe vtriq; eoq; teſtimonia referunt: quoq; vtris adcedere vt quiſq;
Crotoniatæ.
mauult: his adcedat licet. Nauigarunt aũt cũ Dorieo & alii du-
Theſſalus.
ces coloniæ ſpartiatarũ deducendæ Theſſalus & Parebates &
Parębates.
Cæleas & Eurylieon: qui cũ omni claſſe ſiciliã tenuerũt ſupera
Cęleas.
ti a phœnicibus atq; egeſtanis in prælio occubuerunt. vna tantũ ex hac aduerſa pugna ſuperſtite Euryleonte q; collectis eoq;
Euryleon.
Selinuſii.
reliquiis occupauit Minoã ſelinuſioq; coloniã: ſelinuſioſq; libe
Monarchus.
rauit Monarchia Pythagoræ. Hunc cũ ſuſtuliſſet ipſe tyranni-
.i. vnicus
dem Selinũtis inuaſit. Sed breui Monarchus .i. vnicus priceps
princeps.
extitit. Nã ſelinuſii impetu in eum facto cum ad Iouis forenſis
Iouis foren-
arã cõfugiſſet obtruncarunt. Dorieo & vitæ & mortis cõmu-
ſis ara.
nes fuit Philippus Bucacidæ vir crotoniata. qui deſponſa ſibi
Philippus.
filia Telys Sybaritæ crotone ꝓfugerat: abnegatoq; matrimo-
Bucacidæ.
nio tranſmiſit Cyrenẽ: Ex hac diſcedens ſectatus eſt familiarẽ
Olympioni-
triremem ac familiariũ virorũ ſumptũ: q; eſſet olimpionices .i.
ces .i. victor
victor certaminis ad olympia & omniũ illinc græcorũ ſpecio-
certaminis
ſiſſimus. Ob quam corporis ſpeciẽ a Segeſtanis ea quæ nemo
ad olympia.
alius reportauit. Nam ſepulturę eius heroico monumento ex-
Segeſtani.

Cleomenes.

Gorgo.

Tabella totius orbis.
Aristagoræ tabella.
Aristagoræ ad Cleomenē oratio.
Iones.
Barbarorum arma.

Iones.
Lydia.

Phryges.
Cappadoces
Syri.
Cilices.
Cypr⁹ insula
Armenii.

Matieni.
Cissia.
Choaspes.
Susa.

Messenii.
Arcades.
Argiui.

tructo Segestani hostias offerunt: Hunc in modū Dorieus vitā functus est: qui si in animū induxisset sibi ferendū esse cleomenis regnū: & in sparta pmansisset: regno fuisset Lacedæmoniorū potitus. Neq; n. diu Cleomenes imperauit: ac sine liberis decessit vna dūtaxat relicta filia nomine Gorgo. Cleomene igitur imperium tenente spartam venit Aristagoras mileti Tyrannus. Cleomenēq; adlocutur⁹ cōuenit habēs: (vt Lacedęmonii aiūt) æreā tabellā in qua totius terræ ambitus erat incisus cunctūq; mare atq; oia flumina. Huius in colloquiū vbi venit ita ad eum inquit. Studiū meum Cleomenes: q huc aduenerim ne mireris. Non. n. ab re hoc fit. Prolē Ioniā p libera seruam esse cū nobis ipsis dedecus dolorq; maximus est: tū vero vobis & eo maior: quo magis cæteros in græcia antecellitis. Proinde nūc p deos græcos eripite Iones a seruitute cōsanguineos vestros: quod facile est ad præstādū. Nā neq; Barbari sunt viri strennui: & vos in summū rei bellicæ p virtutē euasistis: & genus pugnādi eorū huiuscemodi est breues arcus, ac breuia spicula: lōgasq; in capitibus cristas: vnde faciles captu sunt gerentes in pugnā eunt: ad' hæc tantū bonorū est his qui eā incolūt continentē: quantum nō est cæteris vniuersis tū auri (vt ab hoc incipiam⁹) tū argēti tū æris tū variæ vestis tum iumentorū tum mancipiorū: quibus vos si potiri libuerit potiemini. Sunt quoq; inter se cōfines vt ego dicerā. His Ionibus cōfines sunt Lydi: qui terrā incolunt: tum aliarū rerū: tum vero argenti feracissimā. Hæc autem dicebat ostendens ex ambitu terrę in tabella quā adtulerat descripto Lydis vero dicebat Aristagoras cōfines sunt hi Phryges auroram versus pecorū copia & terræ vbertate: omniū (quos ego noui) longe beatissimi. Phrygibus confines sunt Cappadoces quos nos Syros adpellamus His cōfines sunt Cilices huius maris adcolæ: vbi hac Cyprus insula est ita: qui tributū annuū regi pendūt quingena talenta. His Cilicibus cōfines sunt ii Armenii: & ipsi re pecuaria abūdantes. Armeniorū hanc regionē contingunt Matieni: quorū terræ Cissia hęc cōfinis est. In qua iuxta fluuiū hūc Choaspē sita sunt hæc Susa: vbi rex magnus domicilia habet: atq; hic pecuniarū thesauri sunt. Hanc vos vt bem si animose ceperitis. iam cū Ioue de diuitiis licet certetis. Neq; vero operæpręcium est vos suscipere prælia pro terra neq; multa neq; ita feraci: & pro exiguis finibus aduersus Messenios vestros consorres & Arcades & Argiuos. quibus nihil est neq; auri neq; argenti: quarum rerum cupiditate quis inducitur

ad morte periclitãdum. Ergo cum offeratur occasio totius Asiæ facile potiundæ: aliud quippiã præoptabitis: Hæc Aristagoras dicebat. Cui respondens Cleomenes milesie (inquit) hospes in triduum tibi differo respondere Tunc quidem hactenꝰ processum est. Vbi vero dies responsione præstituta adfuit: & ad locum de quo conuenerant ventum est. Interrogauit Aristagoram Cleomenes quot dierum ab Ionio mari ad regẽ sit iter. Aristagoras alioqui solers & valde illum antecellens prudentia in hoc tamen lapsus est qui cũ non deberet rẽ (vt se habebat) illi aperire volens spartiatas in Asiam educere: dixit trium mensium necesse iter. Cleomenes interpellata huius quam ordiri instituerat oratione de itineris spacio inquit hospes milesie abscede e sparta ante solem occidentem: nihil.n. rationis dicis. Cũ illud facile sit Lacedæmoniis qbis eos trimestri itinere abducere a mari. hiꝯ locutus Cleomenes domum abiit. Aristagoras sumpto oleæ ramo ad domũ Cleomenis se cõtulit: eãq; ingressus iubebat præcabũdus ad se audiendũ mitti illius filiã. Adsidebat.n. Cleomeni filia: Cui nomẽ erat Gorgo vnica ꝓles: eaq; octo aut nouẽ ãnos nata. Cleomene iubente eũ dicere q̃ vellet: filiolæ.n. gratia nolle prohibere. Tunc Aristagoras incepit polliceri illi vndecim talenta si præcibus suis annueret. Abnuente Cleomene subinde adiiciendo eo peruenit: vt quinquaginta talenta polliceretur Ad quod Puella pater (inquit) hospes te corrũpet: nisi hinc abis. Consilio Puellæ delectatus Cleomenes in aliud conclaue abiit: & Aristagoras e sparta prorsus abscessit: nõ facta ei ãplius potestate indicãdi itineris qd erat vsq; ad regẽ ea nãq; itineris rõ ita habet Vbiq; sunt regii Stathmi. i. mãsiones ac diuersoria pulcherrima. Iter oẽ p loca culta atq; tutũ: id nũq; intermissũ p Lydiã: & Phrygiã vigiti mãsionũ hoc ẽ vicinorũ castrorũ ẽ: Parasãgæ nonaginta q̃tuor & dimidiat⁹. E phrygia excipit fluuius Halys. cui imminẽt portæ quas transire oino necesse. atq; ita fluuiũ trãsmittere: & præsidiũ quod supra illum est trãsgresso in Cappadociã & eam permetiendi vsq; ad fines Cilices duodetriginta Stathmi sunt. Parasãgæ cẽtũ quatuor. In hoꝝ mõtibus positas duplices portas ac totidẽ præsidia ptransis. Hæc tibi transgresso & per Ciliciam iter facienti tres Stathmi sunt Parasangæ qndecim ac dimidiatus. Ciliciã autẽ ab armenia disterminat flumẽ. (qd nauibus trãsitur) noie Euphrates. In Armenia Stathmi sunt diuersoriꝝ qndecim Parasangæ qnq̃ginta sex & dimidiatus in quibus & præsidiũ ẽ.

Aristagoras sapiens lapsus est.

Cleomenis ad Aristagoram responsio

Aristagoras redit ad Cleomenem.

Gorgo.

Puellæ astus.

Aristagoræ e sparta abitio

Stathmi. i. mansiones.

Halys.

Euphrates.

Tigris.

Eam fluuii qui nauibus tranſeuntur quatuor influũt: quos trãſmittere prorſus neceſſariũ eſt. Primus Tigris. Secũdus dehinc ac tertius eiuſdẽ nominis & Sinon idem fluuius nec ex eodem fluens loco. Nam horũ quos enumeraui primus Tigris ex Armeniis: fluit alter ex Matienis. Quartus fluuius nominatur Gynges: quem Cyrus aliquando in trecentos ac ſexaginta diduxit Alueos. Ex hac Armenia in terrã Mantienã tendenti Stathmi ſunt quattuor. vnde in regionẽ Ciſſiã tranſeunti ſunt vndecim Stathmi: Paraſangæ vero quadraginta duo & dimidiatus ad fluuiũ Choaſpẽ: & eũ nõ niſi nauibus trãſmittendũ: ſupra quẽ vrbs Suſa eſt ſita. Oẽs aũt hi Stathmi: ſunt cẽtũ vndecim. Tot diuerſoria Stathmoq; ſunt aſcendenti Sardibus Suſa. Quod ſi iter regiũ recte metiamur Paraxangis: & Paraxanga valet q̃tum triginta ſtadia vt valet: ſunt e Sardibus ad regiam quæ dicitur Memnonia tredecim milia ſtadiorũ & quingenta: cũ ſint Paraſangæ quadrigenti quinquaginta. Itaq; pagrãdo ſingulis diebus centena & quinquagena ſtadia cõſumũtur ſolidi nonagita dies. Hũc in modũ ab Ariſtagora Mileſio apud Cleomenẽ Lacedæmoniũ dicẽte triũ menſiũ intereſſe recte dicebatur. Quod ſiquis exploratius iſta inquirat: hoc quoq; ego iudicabo. Nam iter ab Epheſo ad Sardis hac ratione decet cõputari. A græcomari ad Suſa (hęc. n. vrbs Memnonis vocatur) dico eſſe tredecim milia ſtadiorũ & quadraginta. Ex Epheſo ad Sardis quingenta & quadraginta ſtadia: atq; ita tribus omnino diebus producitur iter trimeſtre. Digreſſus e Sparta Ariſtagoras Athenas cõtendit tyrãnis liberatas hoc mõ. Poſtquã Hipparchum Piſiſtrati filiũ. Hippiæq; tyrãni fratrẽ qui in ſomnis viſionẽ cladis ſuæ euidentiſſimã vidiſſet interfecere Ariſtogiton & Harmodius priſco genere Gephyræi. Poſt hæc nihilominus Atheniẽſes ĩmo magis: quã prius tyrãnidẽ quadriẽnio pertulerũt. Viſio aũt inſomnii Hipparchi hæc erat pridie Panathenæorũ videbatur. Hipparchus cernere virum adſiſtẽtem ſibi procerẽ atq; ſpecioſum hos verſus per ænigma dicentem.

Suſa.
Memnonia regia.

Tigris.
Gynges.
Ciſſia.
Choaſpes.
Suſa.
Paraxanga.
Memnonia
Regia.
Suſa.
Memnonia
vrbs.
Epheſus.
Hipparchus.

Intoleranda leo tolera tolerans animo ægro
Nemo viris pœnas iniuſtis iure rependet.

Vbi dies illuxit: cõfeſtim p̃ ſe ferebat referre hæc velle ad ſomniorũ coniectores. Sed mox ſpreta viſione miſit pompam Vbi mortẽ oppetiit Gæphyræi e quibus erãt pcuſſores Hipparchi (vt ipſi aiunt) fuere a principio ex Erethria oriundi. Verum (vt ego interrogãdo comperio) fuere Phœnices ex his qui cũ

Gephyræi. i. Põtani qui & Tanagrici dicũtur inquit Strabo in. 9.

Cadmo in terrã q̃ nũc vocatur Bœotia venere: atq; eã incolu-
ere ſortiri Tanagricũ tractũ. Vñ Cadmeis primũ p Argiuos ex
actis iterũ Bœotios Hi Gephyræi expulſi Athenas diuerterũt.
Ab Atheniẽſibus recepti ſub cõditiõib⁹ ſunt vt cives inter eos
eſſent multis nec memoratu dignis: q̃s agerẽt rebus impoſitis.
Phœnices iſti q cũ Cadmo aduenerũt: quorum Gephyrei fuere
dũ hãc regionẽ incolũt: cũ alias multas doctrinas in græciã in-
troduxere: tũ vero lr̃as q̃ apud græcos vt mihi videt antea non
fuerãt. Et prĩæ qdẽ illę extiterũt e qbus oẽs Phœnices vtũtur.
Progreſſu deinde tẽporis vna cũ ſono mutauerũt modulũ pri-
ſtinũ. Et cũ ea tẽpeſtate in pleriſq; circa locis eor⁹ adcolę Iones
eſſent: q literas a Phœnicibus diſcẽdo adceperãt: eas illi cũ ſu-
is pauculis collocãtes in vſu habuerũt: & in vtẽdo cõfeſſi ſunt
vt rõ ferebat vocari Phœnices qa eſſent a Phœnicibus in græ-
ciã illatæ: priſcaq; cõſuetudine Byblos adpellãt pelles: q; aliq̃
penuria libror⁹ hoc eſt ſcyrpor⁹: pellibus caprinis ouilliſq; vte-
bãtur. Adhuc quoq; ad meã vſq; memoriã multi Barbaror⁹ ta-
libus in pellibus ſcribũt. Quin ipſe vidi apud Thebas Bœotias
in Iſmenii Apollinis tẽplo literas Cadmeas in tripodibus qbuſ
dã ineiſas magna ex parte cõſimiles Ionicis. Quorum tripodũ
vnus habet hoc epigramma.

Optulit Amphitryon me gentis Theleboorum.
Hæc fuere circa ætatem Laii: qui fuit filius Labdaci nepos Po-
lydori pronepos Cadmi. Alter Tripus exametro carmine ait.
Scæus in aſſueto pugilum certamine victor
Me tibi ſacrauit ſpecioſum munus Apollo
Scæus hic Hippocontis filius fuit: qui tripodẽ dedicauit. niſi
alius fuit idẽ quod hic nomen habens circa ætatẽ Oedipodæ
Laio geniti. Tertius Tripus & is hexametro carmine ait Laoda
mas ipſum tripodem ſua in vrbe monarchus fuit.

Hoc inſigne decus tibi magne dicauit Apollo.
Sub hoc Laodamãte Eteoclis filio: q monarchus fuit ſolus. i.
principatu eſt potit⁹ eiecti ſunt Cadmei ab Argiis: & ſe ad En-
cheleas cõtulerũt. Gephyræi ãt poſtea in ſuſpitionẽ Bœotiorũ
cũ veniſſent: Athenas cõmigrarũt. Vbi ſunt ab eis tẽpla extru-
cta ſeorſum a cæteris cũ alia q̃dã tũ Cereris Acheæ & tẽplũ &
orgia Qd̃ fuerit viſum Hipparchi in ſomnis & vñ fuerũt oriũdi
Gephyræi ex qbus fuere pcuſſores Hipparchi: a me cõmemo-
ratũ eſt. Vñ oportet ad eũ redire ſermonẽ: quẽ a principio inſti
tuerã q̃ rõne ſint Atheniẽſes liberati tyrãnis. Hippia tyrãnidẽ

Bœotia non Boetia ſcri-
bendũ eſt qđ græca exigit ratio ſic βοιωτια.
Cadmus.
Literæ apud græcos ex phœnicib⁹.
Literę phœnices.
Bybli.
Apollinis Iſmenii templũ.
Polydorus.
Laii genus.
Labdacus.
Scæus.
Labdacus.
Scæus.
Laodamas.
Achea
Ceres.

optinẽte & infenſo eis pp cædẽ Hipparchi Alchmæonidæ: qu-
Athenarum tyranni. genere ſunt Athenienſes pfugi patria pp Piſiſtratidas: quoniã
Hippias. ipſis vna cũ cæteris exulibus res de redeundo tẽtata omni ope
Lipſydrium. fruſtrata fuit: cõatiq; Athenas reuertẽdo liberare vehementer
Amphictyones. decidérãt Lypſidriũ ſup Meoniã cõmunierũt. Dehinc oĩa ad-
uerſus Piſiſtratidas cõminiſcẽdo mercede cõduxerũt ab Amphictyonibus tẽplũ delphis ædificãdũ id qđ eſt: tũc ãt nõ erat. Eniuero cũ bene noiati eſſent ac viri ſpectati iã inde a ſuis maioribus extruxerũt tẽplũ exẽplari pulchrius ac cætera oĩa. Nã
Porinus lapis. cũ ex lapide Porino cõuentũ eſſent: vt illud facerẽt: tñ antẽtio
Parius lapis. ra eius pario lapide effecerũt. Vt igitur Athenienſes aiũt hi viri delphis ſedẽtes Pythiã pecunia perſuaſerunt: vt & quoties viri Spartiatæ venirẽt ſiue priuato ſiue publico agmini petẽtes ora culũ proponeret ipſis liberare Athenas: Lacedæmonii ãt poſtquã ſibi idẽ ſemp diceret mittũt Anchimolũ Aſteris inter populares eximiũ cũ exercitu ad expellendos Athenis Piſiſtratidas tametſi hoſpites ſuos & primis amicos. Antiquiora enim
Scitę dictũ, duxerũt q̃ ad deũ q̃ q̃ ad homines ptinẽt. hos itaq; mari nauAnchimoli⁹. bus miſerũt cũ qbus Anchimolius ad Phallerũ adpulſus copiPhalerus. as eduxit Id preſciſcentes Piſiſtratidæ auxilia Theſſala euocauerũt. Societatẽ.n.cũ Theſſalis fecerãt: qbus rogãtibus cõi decreto Theſſali miſerunt mille equites cum ſuo rege Cyneo viro
Cyneas rex. Coniæo. Hos ſocios vbi habuere Piſiſtratidę: hoc excogitaue-
Piſiſtratidarũ equitatus in Lacedæmonios. re: planicię Phaleroꝝ deterguũt: eúq; locũ equitabilem reddũt: atq; illac egtatũ in caſtra hoſtiũ ĩmittũt. Equitatus in Lacedæmonios irruẽs cũ alios multos; tũ vero Anchimoliũ interemit.
Anchimolii cædes. Cæteros q ſupfuere ad naues repulit. Hũc in modũ primus Lacedæmoniorꝝ exercitus abſceſſit. Extat in Alopecis attice buAnchimolii buſtum. ſtũ Anchimolii iuxta Herculis tẽplũ qđ eſt in Cynoſargi. Poſt
Cleomenis fuga. hæc Lacedæmonii maiores copias cõtra Athenas miſerũt nõ mari ſed terra põfecto illis duce Cleomene Anaxandridæ filio cũ qbus orã attică inuadẽtibus cõgreſſus primũ Theſſalorꝝ eq tatus nõ diu poſt in fugã verſus eſt fuſis ſupra q̃dragintá e ſuis. Qui ſupfuere q̃ quiſq; potuit recta in Theſſaliã rediere. Cleomenes ad vrbẽ pergens vna cũ iis Atheniẽſibus: qui liberi eſſe cupiebãt: obſedit tyrãnos intra murũ pelaſgicũ redactos. Neq; tamẽ oĩo Piſiſtratidas eiecere Lacedæmonii. Quippe q̃ de faciẽda obſidione nõ cogitauerãt. & Piſiſtratidæ cibo potúq; bñ inſtructi erãt. Itaq; cũ aliquot dies Lacedæmonii tyrãnos obſe diſſent. Spartã abiere. Hic tñ caſus qui aliis in fauſtus idẽ aliis

fauſtus extitit. Nã filii Piſiſtratidarũ: qui clam extra regionẽ ſe ponebãtur: intercepti ſunt. Quo ex facto oẽs eoꝝ res pturbatæ ſunt. & pro redimendis filiis ad volũtatẽ Atheniẽſiũ trãſegerũt: vt intra quinq; dies ex attica excederẽt. Moxq; in Sigæum quod eſt ſupra Scamandrũ cõceſſerũt: cũ ſex & triginta annos regnaſſent oriũdi e Pylo: atq; a Nelo ex eiſdẽ prognati ex qbus ii qui fuere: cũ Codro ac Melancho: qui prius aduenticii: tamẽ Athenienſiũ reges euaſere. Eaq; de re Hippocrates Piſiſtrati pater repetita memoria Piſiſtrati filii Neſtoris idẽ nomẽ filio ſuo impoſuit. Hoc Atheniẽſes modo tyrannis liberati ſunt. qui recepta libertate quæcũq; aut fecere: aut paſſi ſunt memoratu digna antequam Ionia defecerit a Dario: & Ariſtagoras Mileſius Athenas oratũ auxilia venerit. hæc prius ediſſeram. Athenę cũ magnæ fuiſſent antea tũc tamẽ tyrãnis liberatæ extitere maiores. In quibus duo viri præpollebant Cliſthenes vir Alcmæonides: q (vt fama fert) Pythiã: perſuaſerat: & Iſagoras Tiſandri illuſtri quidẽ familia. ſed q̃ vetuſta nõ queo adfirmare. Eius tñ cognati Ioui Cario immolant. Hi viri per factiones de potentatu cõtendebãt. Cliſthenes cum vinceretur populum amplectendo ex quattuor tribubus mox decem effecit: cognominib⁹ Ionis filiorum Leontis: & Agicoris: & Argadei: & Hopletis in alia cũmutatis: quæ ipſe inuenit aliorum heroum indigenarum præterq̃ Aiacis: quem & ſi hoſpitem: tamen adiecit vtpote finitimũ ac ſocium. Qua in re videtur mihi Cliſthenes hic auum ſuũ maternũ Cliſthenem Sicyonis tyrannũ fuiſſe imitatus. Ille enim quia cum Argiis bellũ geſſiſſet: ſummouit e Sicyone certamina canẽtiũ poemata ob Homeri carmina: in quibus argos atq; Argii tantopere celebrantur. Neq; hoc modo ſummouit: ſed etiam optauit monumẽtum Adraſti calamitoſi: quod erat in ipſo Sicyonorum foro: quia fuerat Argius exterminare. Ideoq; delphos adiit ad oraculum conſulendum nunquid Adraſtũ eiiceret: cui Pythia reſpondens inquit Adraſtum quidem Sicyonum regem eſſe: ipſum vero lapidatorem. Id non concedẽte ſibi deo Cliſthenes reuerſus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret: quod vbi excogitaſſe ſibi viſus eſt: miſit ad Bœotias Thebas nunciatum velle ſe adferre Sicyonem Menalippũ Aſtaci filiõ: eũq; tribuẽtibus Thebanis in vrbẽ intulit: atq; ei Phanũ in ipſa curia deſignatũ exędificauit munitiſſimo iã loco: in quẽ intulit Menalippum. Quod factum debeẽt exiſtimari q̃ inimiciſſimum Adraſto q̃ & Meceſtem fratrem eius: &

Sigæum.
Scamandrus
Hippocrates
Piſiſtratus cuius epiſtola ad Solonem extat apd Diogenẽ Laertiũ in primo
Athenæ tyrãnis liberatæ.
Cliſthenes.
Iſagoras.
Iupiter Carius.
Ionis filiorũ cognomina.
Sicyon.
Adraſtus.
Meceſtes.

Tydeus. Menalippus. Tydeũ generum Menalippus interfeciſſet, Cliſthenes vbi fanum extruxit hoſtias & dies feſtos Menalippo dedit ab Adraſto: ereptos: quibus illũ Sicyonii magno cum honore proſequi conſueuerant. Etenim regio Polybi fuerat qui cum ſine liberis decederet: imperiũ Adraſto legauit nepoti ſuo ex filia: Eũ Sicyonii cũ aliis honoribus proſequebãtur: tũ vero tragicis choris ita vt nõ Dionyſium: ſed Adraſtũ venerarentur. Cliſthenes choros quidẽ libero: cæteras vero cerimonias Menalippo dicauit. Hæc ille in Adraſtũ egit. Tribus autẽ dorienſiũ ne forent cędẽ Sicyonijs q̃ argiis in alia nomina commutauit: ex quibus Sicyonios plurimũ ridiculos reddidit. Quippe ſuis & aſini vltima cognomina pro priſtinis impoſuit p̃terq̃ tribui ſuæ: cui a ſuo ipſius imperio nomẽ indidit id eſt ab archæ. Itaq; hi tribules Archelia vocabãtur. Cæteros alii Hyatę. i. ſuales: alii Oneatæ. i. aſinales: alii Choereatæ. i. porcales. His tribuũ nominib⁹ Sicyonii & Cliſthene imperãte & eo defuncto ad ſexaginta annos vſi ſunt q̃ poſtea inter ſe reputãtes in alia tranſtulerũt. Hyltas Pamphylos: Dyamanates Quartę tribui q̃ adiecerunt impoſito cognomine Aegileæ ab Aegileo Adraſti filio. Hęc Sicyoniis Cliſthenes & ipſe (vt mihi videtur) p̃contẽptu Ionũ ne forent cædẽ ipſis & Ionibus tribus Cliſthenẽ ſibi cognominem imitatus eſt. Cũ. n. populus Athenięſis fuiſſet antea exagitatus poſteaq̃ omniũ auctoritatẽ ad ſuam vnius redegit: tum tribuũ nomina cenſuit immutanda: & plures ex pauciorĩbus faciẽdas decẽ pro quattuor & totidẽ Philarchos id eſt tribunos a tribuũ præfectura. Ita populos in tribus diſtributo atq; cõpoſito erat multo ſuperior his qui erant cõtrarię factionis. Superatus ĩ partibus iſagoras hoc inuicẽ excogitauit vt Cleomenẽ lacedæmoniũ aduocaret. Iam inde obſidione Piſiſtratidarum ſibi hoſpitem factũ: qui tamen culpabatur q; ad vxorẽ Iſagoræ ventitaret. Is miſſo primũ athenas caduceatore Cliſthenẽ ciecit: & cũ eo alios cõplures Athenienſes quos piaculi inſimulabat videlicet admonitu Iſagorę hæc dicẽs: Nã Iſagoras atq; amici eius non erant adfines cædis: cuius inſimulabantur Alchmæonidæ & qui erant enagees ita nominabantur qui Athenienſiũ piaculo obſtricti erant: Cylon quidã Athenienſis vir Olympionices Adfectatæ tyrannidis cõpertus eſt. Simulato nãq; æqualiũ ſodalitio arcem occupare conatus. Id cum efficere non potuiſſet adſedit ſimulacro dei ſupplex ipſe ac ſocii. Hos illinc ſummonerunt quidem magiſtratus naucratiorum: qui tunc Athenas

Polybus. Adraſtus.

Archelia. Hyatę. i. ſuales. Oneatæ. i. aſinales. Choereatę. i. porcales. Hyltæ. Pamphyli. Dyamanates Aegileus.

Philarchi. i. tribuni.

Alchmęonidæ. Enagees Cylon.

incolebant data fide puniendi eos citra mortem. Sed culpa horum mox interfectorum fuit penes Alcmæonidas: Hęc ante Pisistrati ætatem gesta sunt. Vbi cleomenes per nunciũ eiecit Clisthenem atq; piaculares: q̃uis Clisthenes ipse profugisset: nihilo secius Athenas venit non magna cũ manu: atq; illinc septingentas familias militares Athenienstũ tanq̃ piaculo cõtaminatas relegauit: quas ei suggerebat Isagoras. Hoc acto conabatur secundo loco senatũ dissoluere: & magistratus trecentis Isagoræ militibus mandare. Verũ reluctante senatu atq; obtemperare nolente Cleomenes Isagoras q̃ cũ suæ factionis hominibus arcẽ occuparunt. Quos cæteri Athenienses cũ senatu sentiẽtes biduo obsederunt. Tertio die quicũq; Lacedæmonii ibi erant: adcepta fide regione discesserũt. rato effecto quo Cleomeni dictum est. Nã ei ad occupandã arcem ascendenti: & ad dei penetrale cõsulendi gratia eunti: exurgens e sella sacerdos antequã ille valuas referaret: Lacedæmonie (inqt) hospes rursus redeas neue templum introeas. Non enim doribus hic introire fas est. Cui Cleomenes. Ego (inqt) mulier Dores non sum sed Achę? Itaq; admonitu vti nolens atq; intonatu pergens. tunc quoq; iterum a proposito cũ Lacedæmoniis decidit. Cæteris ad necem iunxere Athenienses: & in iis Timesitheum fratrem eius: cuius manualia opera atq; strẽnuitatem in primis referre habeo Atq; hi quidem in vincla coniecti mortem oppetiere. Atheniẽses autẽ post hęc reuocatis Clisthene septingentis militũ familiis quos Cleomenes exagitauerat sardis mittũt ad contrahendam cũ persis societatem. Intellegebãt. n. sibi cum Cleomene atq; lacedæmoniis esse bellandũ: vt sardis venere nuncii mandataq; exposuere: perconctatus est eos Artaphernes Hystaspis filius Sardiũ prętor qui nã homines esse Atheniẽses: & vbi terrarum incolentes qui socii persarũ fieri orarent: vbi id ex nunciis audiuit: ita eis ingenue respõdit. Si regi Dario terrã darẽt & aquã se contracturũ cũ eis societatem, sin minus illos abscedere præcepit. Nunci inter se collocuti qđ societatẽ facere cuperent daturos se esse dixerunt. Quo nomine vbi reuersi sunt domũ vehementer accusati sunt. Cleomenes intellegẽs ab Athenienstibus se & verbis & factis lædi: ex omni peloponneso copias coegit dissimulans quẽ ad finem cum haberet in animo tũ populũ Athenienstem vlciscí: tũ Isagoram cõstituere tyrãnũ qui vna cum eo ex arce decesserat comparato exercitu ingenti ipse Eleusina inuasit & ex cõposito Bœotii Cenoẽ occuparũt:

Clisthenes atq; piaculares athenis eiecti.

Arcis athenienſis occupatio.

Dores nõ sũ sed Acheus.

Timesitheus

Athenienses legati ad Darium.

Artaphernes Sardiũ ptor.

Cenoem Bœotii occupãt.

Darii Claſſem ſuperaſſent aliam quincuplo maiorẽ adfuturam nacti igitur occaſionẽ vbi primum viderunt Ionas negãtes ſe in officio futuros lucrifaciendã putauerunt ſuoꝝ ſacrorũ atq; priuatorũ conſeruationem. Aeaces autem cuius oratione admiſere Samii filius Syloſõtis Aeacis fuit Sami tyrãnus ab Ariſtagora mileſio exutus principatu quẽadmodũ alii Ioniæ tyranni. Itaq; poſteaq̃ Phœnices nauigare aduerſus Ionas cœperũt: Ioneſq; & ipſi naues in cornua digeſtas producere ac propius ventũ eſt prælitũq; cõſertũ: Tunc quinã Iones ignaui qui ve egregii fuerint haud queo ꝓ cõperto ſcribere: quia alius in aliũ reiicit culpã. Dicũtur tamẽ Samii quẽadmodũ cũ Aeace cõpoſuerant ſublatis velis ex acie exceſſiſſe: Samumq; abiiſſe præter decẽ naues: quarũ trierarchi permãſerũt: dimicaruntq; nolẽtes dicto audientes eſſe ſuis ducibus. Quo ex facto cõmune Samiorũ cõſilium eis donauit vt ipſorũ nomina a maioribus repetita tãq; egregioꝝ virorũ in lapide ſcriberentur: extatq; his lapis adhuc in foro. Leſbii videtes Samios qui iuxta erant: fugã capeſſere idem fecere quod Samii. Cũ id pleriq; Ionum facerent eorũ qui pugnando perſtitere: Chii præcipue circũuenti ſunt: & quia nolebãt perfide agere: edita egregia opera oppreſſi qui (vt ſuperius dictũ eſt) centum naues cũ adtuliſſent: ſingulas cũ quadragenis propugnatoribus delectorũ ciuium & ſi cernerẽt pmultos ſociorũ eſſe proditores: tamen inique ſe facturos cenſuerunt: vt illorũ ſimiles eſſent. ſed relicti cum paucis diſcurſando dimicauerunt: donec cũ pluribus captis hoſtiũ nauibus plurib' ſuarũ amiſſis cũ cæteris in terrã ſuã perfugerũt. Quorũ vero naues inualidę quia laceratæ erant Ii Chii inſequente hoſtę ad Micalẽ fugientes in pactis terræ nauibus: ac relictis per cõtinentẽ pedeſtre ter fecerunt: & cũ in agrũ Epheſium ingreſſi eſſent: ſub noctẽ ad vrbẽ cõtendebant: cũ illic a mulieribus ſacra legiferæ cereris fierent: quos armatos Epheſii ingreſſos agrum ſuũ videntes cũ de eis nihil audiſſent: ſuſpicati fures eſſe & ad mulieres tendere vniuerſi ad vim arcendam ꝓcurrerunt. Chioſq; interemerunt. Et hi quidẽ hoc caſu occiderũt. Dionyſius aũt phocenſis poſteaq̃ res Ionũ adciſas intellegit captis tribus hoſtiũ nauibus abiit nõ iã in agrũ phocẽſem: ꝓbe ſciens eũ in cætera Ionia direptũ iri. ſed vt erat recta cõtendit in phœnicem. Vbi nauibus onerariis ſpoliatus: raptaq; ingenti pecunia in Siciliã nauigauit: atq; illinc prodeũdo latrocinia agitauit in nullum quidẽ græcorum ſed in Carthaginienſes a tyrrhenos.

Samii Aeacis oratione admittunt.

Trierarchi.

Trierarchoꝝ nomina lapidibus inſcripta.

Leſbii.

Chiorũ fuga

Ceres legifera.

Chioꝝ cędes Dionyſius phocenſis.

At Persæ victis pugna nauali Ionibus miletũ a terra atq; mari obsederũt: suffossisq; muris & omni genere tormentorũ admoto: eam ab Arce adeperũt sexto q̃ rebellauerat Aristagoras anno: atq; diripuerunt vt defuncta sit ea calamitate quã oraculũ predixerat. Si quidẽ Argiis apud Delphos de ciuitatis suæ salute consulentibus Oraculum promiscuum redditum est: quod in ipsos quidem Argios tendebat. sed ex adiectione ad Milesios. quod quatenus ad Argios pertinet: cũ ad eum locum venerimus referemus. Quatenus autẽ ad Milesios ita habet.

Tunc quoq; commentrix operum milete malorum:
Permultis cœna & præstantia munera fies:
Crinitisq; pedes tua pluribus abluet vxor:
Nostri erit ast aliis dilubri cura gemellis.

Hæc tunc Milesiis contigerunt: cũ ex eis plerisq; viri a Persis q̃ criniti erant sunt cæsi vxores ac liberi in prædã cesserunt: templumq; quod erat in geminis & delubrum atq; oraculum deflagrarunt. Nam pecuniarũ quæ in hoc tẽplo erant sæpe alibi mẽtionẽ fecimus. Milesii conseruati e cæde dehinc susa perducti sunt. Quos rex Darius nulla alia pœna adficiens collocauit in vrbe Anipa ad mare (quod rubrũ vocatur) sita vbi fluuius Tigris eã præterfluens exit in mare Agrũ Milesium vrbi circunie ctum atq; planiciem ipsi Persæ optinuere: montana caribus Pegadensibus possidenda cesserunt. Hæc Milesiis a gente Persarum passis nõ reddiderunt vicem. Sybaritę qui vrbe exuti Laõ & Scydron incolebant. Nam Sybari a Crotoniatis direpta vniuersi Milesii (qui puberes erant) capita deraserunt: & ingentẽ luctũ adiecerũt. Ex omnibus. n. ciuitatibus (quas nouimus) hę præcipue mutuo hospitio iũgebantur. At non item Athenienses: sed mileti expugnationẽ se permoleste tulisse cum aliis multis rebus declararet. Tũ vero hac q̃ Phrynicho docente actum: quẽ de Mileto direpta fecerat theatrũ illacrimauit: & Atheniẽses cũ q̃ domestica mala refricuissent: mille dragmis mulctauerũt adiecto interdicto neqs postea eo actu vteretur. & Milet⁹ q̃dem Milesiis desolata est. Samiis autẽ iis qui aliquid habebãt adeo non id quod sui duces erga Medos fecerant probatur: vt inito secundũ pugnã naualem consilio visum sit priusq̃ eo tyrãnus Aeaces veniret in coloniã proficisci ne manentes & medis seruirent & Aeaci. Etenim: per hoc idem tempus zanclei (qui sunt Sicilienses) missis in Ioniam nunciis solicitabant Iones ad pulchrum Littus cupientes illic vrbem Ionum condere. Hoc

Milet⁹ capta

Oraculũ p̃miscuum.

Oraculum ex adiectiõe ad Milesios.

Anipa vrbs.

Tigris ostiũ.

Pegadẽses.

Laos.

Scydros.

Sybaris.

Phrynicus.

Samii in coloniam.

zanclei.

Littus pulchrum.

autem littus quod pulcherrimũ dicitur ſiculorum quidem eſt: ſed ad tyrrhenũ Siciliæ vergit. His ergo ſolicitantibus ſoli ex Ionibus Samii cum iis (qui effugere) Mileſiis eo conceſſerunt. Quibus in Siciliam tendentibus tãq; adpulſis Locros qui ſunt in zephyris hoc rei contigit: vt interea zanclæi vna cũ ſuo rege (cui nomẽ erat Scythes) obſederant vrbem ſiculoꝝ vt eã expugnarent. Idq; cũ dediſſet Anaxileus tyrãnus Rheginus q; erat zancleorũ hoſtis adiens Samios ſuaſit ſatius eſſe vt pulchrum littus ad quod naufragarent valere ſinerent: & zanclã occuparẽt viris deſertã. Samii perſuaſi zanclã occuparũt. Id zanclæi cum audiſſent vrbi ſuæ ſuppetias eunt aduocato Hippocrate Gelæ tyranno. Erat. n. is eorũ ſocius. Qui poſteaq; ad illos iuuandos cũ exercitu venit: Scythæ zanclæorũ monarcho tãq; vrbis deſertori & fratri eius Pythogeni vincula indidit: eoſq; in opidũ Inycũ relegauit. ac cæteros zanclæos Samiis (cũ quibus publice locutus fuerat) dato & adcepto iureiurãdo ꝓdidit pacta mercede: vt dimidiũ oĩs p̃dæ vrbicæ: atq; captiuoꝝ ipſe haberet: itẽ omnia q̃ in agris eſſent q̃q̃ pleroſq; zancleorũ titulo captiuorũ in vinculis habebat. quoꝝ ſũmos quoſq; trecẽtos Samiis occidẽdos tradidit: qđ tñ illi facere noluerũt. Cæterũ Scythes zanclæorũ monarchus ex Inyco profugit in Himerã: atq; illinc trãſmiſit in Aſiã: aſcenditq; ad Dariũ regẽ: quẽ Darius iuſtiſſimũ virorũ omniũ cenſuit: qui e Græcia ad ſe aſcendiſſet. Nam cũ exorato rege in Siciliã abiiſſet: rurſus e Sicilia ad regẽ rediit donec natu gradior ac beat⁹ apud Perſas exceſſit e vita. Samii itaq; Medis liberati zanclã vrbẽ pulcherrimam nullo negocio adepti ſunt. Poſt nauale p̃liũ pro Mileto geſtum Phœnices iubentibus Perſis Aeacem Syloſontis tãq; de ipſis benemeritum: & qui egregiã operã nauaſſet. Samũ reduxerunt. Quæ ciuitas ſola ex omnibus q̃ a Dario rebellauerũt: ea fuit: cuius neq; vrbs neq; tẽpla incenderẽtur: q; in pugna nauali a ſociis defeciſſet: Statim expugnata Mileto Perſæ Cariã ceperc ciuitatibus partim ſe vltro dedentibus: partim vi adactis. Et hæc quidem ita geſta ſunt. Hiſtiæo ãt Mileſio dũ circa Byzantiũ agit: & Ionũ onerarias naues quæ e ponto curſum tenebãt intercipit: adfertur nuncius de rebus ad Miletũ geſtis. Itaq; negociis ad Helleſpontum pertinentibus Biſalto Apollophanis Abydeno delegatis ipſe habens Leſbios Chiũ nauigat. & apud locum quẽdã agri Chii vbi vocant concaua regionis: q; ab eius præſidio nõ reciperetur: congreſſus permultos interficit tã eorũ q̃ cæteroꝝ

Scythes rex. Anaxileus.

zancla.

Hippocrates

Pythogenes Inycum op.

Hippocratis fidei & fœderis violator.

Scythes fugit. Himera.

Scythes iuſtiſſimus.

Scythes beatus.

Samos.

Caria capta.

Hiſtiæus.

Biſaltus.

Chiorum: & ex opido quodam progrediẽs cum Leſbiis Chios vtpote ex pugna nauali male adfectos ſubegit. Sed videlicet quoties ingentes ſunt euenturæ calamitates vel ciuitati vel nationi ſolent ſignis prænũciari: etenim Chiis ante hanc cladem ingentia ſigna contigerant. Vnũ q̃ ex choro centum iuuenum quos miſerãt delphos duo omnino rediere nonaginta octo peſtilentia abſumptis. Alterum q̃ ſub idem tẽpus pauloante nauale pugnã tectum ſupra pueros literas diſcentes corruit. ita vt ex centum viginti pueris vnus omnino euaſerit. Hæc eis ſigna deus præmonſtrauit. Poſt hæc excepit pugna naualis q̃ in ciuitatẽ in genuam deiecit. Adceſſit ad cladẽ pugnæ Hiſtiæus cũ Leſbiis. qui Chios iam exauſtos facile ad excidium deduxit Hiſtiæus illinc cũ multa Ionũ & Aeolũ copia aduerſus Thaſum cõtendit. Cui Thaſum obſidenti cum eſſet nunciatũ Phœnices a Mileto in reliquã Ioniam profecto eſſe Thaſum inexpugnatã reliquit: atq̃ in Leſbum tranſiit cum omnib⁹ copiis: & illinc q̃ copias ſuas formidabant tranſiit in prouinciam Atarnis tanq̃ frumentandi gratia tam illinc q̃ ex agro Eccaico qui erat Myſorum. Erat in iis locis forte Harpagus vir Perſa non parui exercitus dux: qui cũ Hiſtiæo egreſſo in terrã certamine cõmiſſo & ipſum Hiſtiæum viuũ cœpit: & maiorem exercitus eius partem occidit. Hunc autem in modum captus eſt Hiſtiæus: dum Græci cum Perſis pugnarent apud Malenã regionis Atamidis ac diu preſtarent: mox equitatus emiſſus in Græcos impetum dedit. Quo ex facto verſis in fugam Græcis Hiſtiæus haud credens ob præſentem noxam ſe interfectum iri ab rege ob quandam vitæ cupiditatẽ captus eſt: qui vt fugiẽs capiebatur a quodam Perſa vtque ab eodem erat tranſfodiendus: ſeſe Mileſium Hiſtiæum eſſe lingua Perſica vtens indicauit: Quem opinor ſi ſeruatus ad regem Darium perductus fuiſſet: nihil tale fuiſſet paſſurum remiſſa ei a Dario culpa. Nunc ne id cõtingeret: ne ue fuga elapſus rurſus apud regem magnus exiſteret. Artaphernes Sardiũ pretor: & Harpagus qui cœperat eũ Sardis perductũ in crucem ſuſtulerũt tamẽ truncũ. Nã caput ſale conditũ Suſa ad regẽ Dariũ detulerũt. Ea re audita Darius obiurgatis qui id ferãt: q̃ hominẽ viuũ in cõſpectũ ſuũ nõ adtuliſſent: iuſſit Hiſtiæi caput eos elotũ atq̃ obuolutũ ſepelire tanq̃ de ipſo viri ac de Perſis benemeriti. Ita res Hiſtiæi habent. Perſarum nauticæ copiæ circa Miletum hibernantes altero a profectione anno haud difficulter inſulas continenti adiacentes cœperunt:

Malorum ſigna.
Chiorum prodigia.
Iuuenũ chorus peſtilẽtia abſumptus.
Scholę tectũ in pueros.
Hiſtiæus.
Thaſus.
Atarnes.
Eccaicus ager.
Harpagus.
Hiſtiæus capitur.
Malena.
Hiſtiæus trãſfodiẽdus ſuũ nomẽ edidit
Hiſtiæi crux
Hiſtięi caput ad Darium regem.
Hiſtiæi capitis ſepultura.

Euerriculare

Iades.

Ionum ſeruitus.

Cherſõneſus
Perinthus.
Muri.
Sylebria.
Byzantium.
Chalcedonii
Meſſambria.
Proconeſus.
Artaces.
Cyzicus.
Oebarus.
Daſcylus.
Cardia.
Miltiades.
Steſagoras.
Dolonci.

Pyſiſtratus.
Tethrippõphus.
Miltiades.
Phileus.

Chiũ Leſbũ Tenedũ: quarũ inſularũ yt quãq; capiebãt euerri-culabãt. Euerriculant aũt hũc in modũ Viri manũ mutuo tangentes a mari aquilonari ad auſtrale pertrãſeũt. Poſt hæc oẽm inſulã peragrãt venãdo homines. Cœperũt quoq; in cõtinẽte yrbes Iades eadẽ rõne præter q̃ q; nõ euerriculabãt homines. Neq; n. poterãt. yt nõ falſo ceſſerint ea q̃ duces Perſarũ minati ſunt Ionibus cũ ex aduerſo caſtra haberẽt. Nam poſteaq̃ potiti ſunt yrbibus formoſiſſimos quoſq; puerorũ ſeligentes caſtrauerũt exectis teſtibus faciẽtes eunuchos. Virgineſq; ſpecioſas ad regẽ tranſportarũt. & ſuper hęc yrbes cũ ipſis tẽplis cremauerunt. Ita tertio Iones ſunt in ſeruitutẽ redacti primũ a Lydis bis: deinceps a Perſis profectis ab Ionia naualis exercitus omnia quæ ad leuã ſunt in Helleſpõtũ nauigãtibus ſubegit. Nam quæ ſunt ad dexterã iam ſubacta erant a Perſis per cõtinentẽ. Helleſponti aũt hæc in Europa ſunt Cherſonneſus: in qua frequẽtes ſunt yrbes: & Perinthus & ſuper Thraciã Muri & Sylebria: & Byzantiũ. Quos Byzantii & qui ylteriori in littore ſunt Chalcedonii nec expectauerũt quidẽ aduẽtũ Phœnicæ claſſis ſed relictis ſuis yrbibus in interiora Euxini ponti receſſerunt. Ibiq; yrbẽ Meſſambriã cõdiderũt. his yrbibus quas cõmemorauí incenſis Phœnices ad Proconeſum: & Artacẽ cõuertũtur. Quib⁹ & ipſis igni traditis rurſus in Cherſonneſum reuehũtur euerſuri cæteras yrbes quas ſuperiore adceſſu non euerterant. Nam Cyzicum ab initio ne adceſſerant quidẽ: q; ipſi Cyziceni iam ante aduentum hunc claſſis Phœnicum ſub rege erant: cũ ſe Oebari filio Megabyzi qui Daſcyli præſes erat dediſſent. Cæteras Cherſonneſi yrbes præter Cardiam Phœnices ſubegerunt: quarum ad id tempus tyrannus fuerat Miltiades filius Cimonis nepos Stegaſoræ; cuius imperii auctor fuerat Miltiades Cypſeli filius ad hũc modũ. Dolonci Thraces qui Cherſonneſum hanc tenebant cum ab Abſinthiis bello vexarẽtur: reges ſuos yt de bello conſulerent: delphos miſerunt. Quibus Pythia reſpondit yt Coloniæ in ſuam terram deducendæ eum auctorem adciſcerent: qui primus eo templo abeuntes hoſpitio inuitaſſet. Dolonci ſacram viam ingreſſi per Phocenſes atque Bœotios iter fecerunt. A quorum nemine inuitati Athenas diuertunt. Ea tempeſtate Athenis omne quidem imperium tenebat Pyſiſtratus: dominabatur tamen & Miltiades Cypſeli e familia Tethrippotrophi ab Aeaco & Aegina oriundis nuper facta Atheniẽſi: cui⁹ auctor extitit Phileus Aeacis filius.

Miltiades hic vt ſedebat in domus ſuæ veſtigio cernēs Dolon cos prætereūtes non illius loci veſtem gerentes neq; tela: hoſtes inclamauit: adcedētibuſq; optulit domicilium & hoſpitiū congiarium. Illi in domū excepti: & hoſpitaliter adcepti aperuerūt ei oraculū: preceſq; addiderūt vt deo obſequeretur. Miltiades ea oratione audita confeſtim pſuaſus eſt vt qui pteſus imperiū pyſiſtrati cuperet illinc emigrare: ptinuſq; delphos ſe contulit oraculum conſulturus nunquid faceret quod a doloncis rogaretur. Iubēte. Pythia ita miltiades cypſeli qui quadrigario curriculo prius olympiacam palmā reportauerat vna cum doloncis nauigauit: ſumptis Athenienſiū volūtariis quibuſq; ad expeditionē ineundā: & vbi locū tenuit ab iis qui ſe deduxerāt tyrānus creatus eſt. Is ante oīa cherſonneſi iſthmum id eſt inter bre uem inter duo maria inter capedinē ab vrbe Cardia ad Pactyā muro p̄ſepſit: ne ab Abſinthiis regionē incurſantibus infeſtari poſſet. eſt āt Iſthmus hic ſex ac trigita ſtadioꝝ ab Iſthmo itrorſus ois cherſōneſus quadringētoꝝ viginti ſtadiorū eſt lōgitudinis. interſeptis igitur faucib⁹ Cherſōneſi Miltiades atq; hoc modo abſinthiis cohibitio primis cæteroꝝ lampſacenis intulit bellū. illi diſpoſitis inſidiis eum viuū excepere. Ea re Crœſus lydus audita (erat āt Crœſo miltiades carus p nūcios lampſacenis p̄cepit vt hoiem miſſū facerēt: alioq; ſe illos i morē pini extriturum cominatus eſt. Hac oratione nutantibus lāpſacenis q̄d ſibi vellet quod Crœſus minabatur ſe illos i morē pini extritu rū. Vix tādē quidā e maioribus natu itelligens quid illud eſſet expoſuit inquiens pinū ex omnibus arboribus ſolam eſſe quæ excīſa nullam ſobolem remittat: ſed prorſus emoriatur. Ea propter veriti Crœſum Lāpſaceni ſolutum Miltiadē remiſerunt. Ita Miltiades ob Crœſum euaſit: qui poſtea ſine liberis moriēs imperium atq; opes tradēs Steſagoræ Cimonis ſui e matre germani. ei defuncto cherſōnitæ (vt mos eſt) cōditori vrbis ſacrificant: certamēq; equeſtre ac gymnicū ſtatuto tēpore celebrāt: in quo nulli Lampſacenoꝝ certare permittitur. Durante cum Lampſacenis bello contigit: vt Steſagoras quoque liberis orbus decederet apud curiam percuſſus ſecuri in capite a quodā qui ſe tranſfugā verbis ſimulabat: ſed re ipſa q̄ hoſtis erat atrocior. Steſagora hunc in modū defuncto tum Piſiſtratide Miltiadē Cimonis filiū fratrem defuncti cum trireme ad ſuſcipiēdas in Peloponneſo res dimiſerunt: in quem etiam Athenis beneficia contulerāt: tāq; nō ſane conſcii mortis Cimonis patris

Miltiades.

Miltiades victor in olympici certamine.

Iſthmos.

Cardia.

Pactya.

Abſinthii.

Miltiades capitur.

Pini natura

In morē pini

Ex Auli Gellii epithomate tertii capitis octaui libri (nā octaui tantū epithomata habem⁹) cōſtat Herodotum parū vere in ſcribēda pini natura dixiſſe.

Steſagoras ſecuri pcuſſ⁹

Steſagoræ mors.

Miltiades re mittitur.

eius: de qua morte alio in libro qualis fuerit cõmemorabo. Miltiades vt venit in cherſonneſum domi ſeſe continebat in honorem videlicet Steſagoræ fratris. Quod audientes cherſonnitæ vndiq; ex omnibus ciuitatibus principes contraxerũt ad lugendã cum Miltiade fratris necem. Hi poſtq̃ venerũt illic in vincula coniecti ſunt: & Miltiades cherſonneſum obtinuit cõductis auxiliariis: filiãq; Olori regis thraciæ Hegeſipylã duxit vxorẽ. Quem & ſi nuper illuc profectum: tamẽ non mediocria ſed grauia ſane negocia exceperunt. Nã tertio q̃ hæc geſta ſunt anno e cherſonneſo profugit non aulus expectare venientes Scythas nomades: qui ab rege Dario iritati coactis copiis ad hanc vſq; cherſonneſum proceſſerunt. Illis digreſſis eũ rurſus dolonci reduxere tribus annis anteq̃ aliis curis implicaret. Tunc Phœnices apud tenedum eſſe cũ audiſſent quinq; cũ triremibus (quas præſentibus facultatibus iplicauerat) Athenas nauigauit ſoluens ex vrbe Cardia: qui dũ perſinum nigrum tranſmiſſa cherſonneſo curſum tenera phœnicũ Claſſe circunuẽtus ipſe quidem cũ quatuor triremibus ad imbrũ euaſit: quintam tamen Phœnices inſecuti ceperunt: cui præerat Miltiadis filius natu maximus Metiochus non ex filia Olori Thracũ regis: ſed ex alia muliere. Eũ Phœnices cũ Miltiadis filium eſſe cognouiſſent: ad regem perduxerũt rati ſe magnã apud eum graciam inituros: quoniam Miltiades in dicenda apud Iones ſententia ſuaſiſſet vt Scythis rogãtibus Iones ſoluta rate domum abire obtẽperaretur. Oblato tamẽ ſibi Methiocho Darius tm̃ abeſt vt quicq̃ mali fecerit vt permultis eũ bonis adfecerit. Donauit enim domo facultatibus vxore etiã Perſide: ex qua liberi geniti ſunt qui inter Perſas cenſent. Miltiades autẽ ex imbro Athenas peruenit: Neq; hoc anno quicquã eſt a perſis amplius in Iones ſæuitum: ſed benigne ſane cũ eis actũ. Hoc anno Artapher nes Sardium præſes adcitis hoſtium nunciis adegit Iones ad pactiones inter ſe faciendas de tradendis mutuo iis qui iniurias intuliſſent: neue quid inuicem ferrent: aut agerent. Ad hoc adactis Ionibus per Paraſangas (ita n. Perſæ tricena ſtadia adpellant) regiones diuiſit: regionatiq; vectigal iſtituit: quod regi penderent: quod vectigal ab Artapherne inſtitutũ ad meam vſq; ætatẽ: qui illiç fuere pependerũt eadẽ pene qua prius cõditione inſtitutum. Et hæc quidẽ illis pacata erãt. Cęterũ ineũte ſtatim vere aliis ducib⁹ ab rege abdicatis: Mardonius Gobryæ filius adhuc adoleſcens & recens in matrimoniũ adcepta Darii

Olorus rex. Hegeſipyla.

Imbrus. Metiochus. Imbrus.

Metiochus Dario oblat⁹

Metiochus a Dario facultate & domo donatus.

Paraſangę

Artaphernes vectigal inſtituit.

Mardonius.

filia Artozuſtra ad mare deſcendit per magnas ducēs peditum Classiariorūq; copias. Quo cū exercitu posīq; in Sicilia peruenit: ipſe conſcensa naui cū Classe abiit aliis ducib⁹ pedestres copias in Helleſpontū ducentibus: vbi p̄teruectus Asiā i Ioniā p uenit Mardonius. Mirā hic rē ego referā iis græcis qui nō adsentiūtur. Othanē inter ſeptē Perſas ſuaſiſſe potiorē eſſe Perſis ſtatū popularē abdicatis tyrānis: Mardonius ſtatū popularem in ciuitatibus conſtituit. His actis in Helleſpontum ire contendit: vbi coacta ingenti vi nauium ac peditatus eas copias traiecit Helleſpontum: perq; Europam iter Erethriam verſus atq; Athenas faciebat. Hæ igitur ciuitates prætextum Dario erant belli inferendi: ſed in animo habebat q̄ plurimas poſſet græcarum ciuitatum ſubigere: Nam & Classe Thaſios nec manum ex aduerſo leuantes ſubegit: & peditatu Macedonas vltra eos: qui iam ſeruiebant in ſeruitutem redegit. Etenim quæ intra Macedones ſunt nationes iam ſubacte erant. Hæc Classis e Thaſio tranſmittens ac terram legens ad Achantum vſq; proceſſit: & ex Acantho ſoluens dum Athon circūuertit: ventus aquilo vehemens: atque admodum atrox & intolerandus dicitur in eam ingruiſſe: nauiumque pleraſque in Athon propulſas ad trecētas adflixiſſe: vt ſupra viginti milia hominū interierint: Partim q; a feris rapti: partim q; natare neſcirēt: partim q; petris adliſi. (Nam ſcuiſſimū circa Athon eſt mare) partim gelu abſūpti. Et cū nautico quidē exercitu ita actū eſt. Mardoniū autē cū pedeſtribus copiis in Macedonia ſtatiua habentē Thraces Brygi ſub noctē inuaſere: & cū alios multos ex eis occiderūt: tū ipſum Mardoniū vulnerauerūt. Sed non idcirco ſeruitutē perſarū deuitare potuerunt. Nā Mardonius nō prius ex iis locis deceſſit: q̄ illos i ſuā redegit poteſtatē. His ſubactis rurſus reduxit exercitū. tū ob adceptā apud Brygos calamitatē in exercitu terreſtri: tū ob maiorē in Classe ad Athon. Ita hic exercitus pugna turpiter geſta rediit in Aſiam. In ſequenti anno Darius ante omnia Thaſios e vicinis inſimultatos tanquā defectionem molientes miſſo nūcio iuſſit diruere muros & naues in Abdera recipere. Nam Thaſii vt qui ab Hiſtiæo miletio fuerant obſeſſi: & prouentus & magnos habebant: pecunia multa vtebantur cum in compingendis nauibus longis: tum validioribus muris vrbi circundandis. Erat autem eis prouentus ex continenti atq; ex metallis: Ex foſſitia quidē metallorū auteorum materia ſeptuaginta talentorum. Ex Thaſiis autem

Artozuſtra.

Othanes.

Thaſios.

Macedones ſubacti.

Acanthus.

Athon.

Mare circa Athon ſeuiſſimum.

Mardonius.

Brygi.

Thaſii.

Thaſiorū p̄uentus.

metallis minus: ſed tamē frequēter ita vt ſi thaſii forēt immunes tributorum: fuerint eis in ſummā prouentura quotannis ex cōtinenti: atq; ex metallis ducēta talenta: & quādo plurimū trecenta. Quæ metalla ipſe quoq; inſpexi: & tamē longe admirabiliora fuere. quæ phœnices ii qui cū Thaſo eam inſulā condiderunt inuenere: quæ inſula ab hoc Thaſo phœnice nomen obtinuit. Hæc aūt Thaſi phœnicea metalla ſunt iter locū q vocāt Aenirorū & Conyroq; ſita: atq; e regiōe Samothraciæ ingēmōs indagādo euerſus ē. Et hoc quidē huiuſcemodi eſt. Thaſii aūt iubente Dario & muros ſuos diruerunt: & naues omnes in abdera receperunt. Poſt hæc Darius quid in animo græci haberent pugnare ne ſecū: an ſeſe dedere tentandū ratus legatos per græciam dimittit alius alio iuſſos petere terram & aquam. Hos in græciam alios item ad tributarias ſibi maritimas ciuitates mittit imperans longas naues fieri: & Hippophoras: id eſt naues quibus equi feruntur. Dū hæc iſti cōparant legatis p græciam eūtibus & quæ Perſes præceperat petentibus terrā multi in cōtinente populi dederunt: Inſulani quoq; cū alii omnes ad quos eadē petituri legati adceſſere. Tū vero Aeginetæ: Qua de re cōtinuo Athenienſes iritati ſunt q; putarent hoſtili in ipſos animo dediſſe terrā & aquā Aeginetas: vt vna cū Perſa aduerſus Athenas militarent. Itaq; libenter occaſionē contra Aeginetas amplexi ſpartam profecti illos inſimulauerunt: q; ex eo quod fecerant: græciam prodidiſſent. Ad hanc delationē Cleomenes Anaximādriæ ſpartiatarū rex ęginam trāſmiſit animo præcipuos eius rei auctores cōprehendendi. Conanti illos cōprehendere cū alii Aeginetæ inceſſere: tū præcipuæ Crius Policriti negans eū gaſuſurū ſi quē abduceret Aeginetarū. Nā id eum facere ſine cōmuni conſilio ſpartiatarum: ſed ab Atheniēſibus pecunia corruptū. Alioqui cum altero regeventurū fuiſſe ad ſe cōprehendendos. Hoc autē dicebat ex epiſtola Demarati Eum Cleomenes ab Aegina diſcedens interrogauit quod ei nomen eſſet. Ille reſpondit quod erat crios ideſt aries. Cui Cleomenes crie (inquit) iā nūc præferrato cornua tanq; occurſurus magno malo ſpartę. Per id tēpus demaratus Cleomenē inſimulabat: & ipſe rex ſpartiatarum nulla re alia niſi familia inferior Cleomenem (ab eodē. n. oriundi) ſed familia Euryſthenis: q primigenius fuerat: non nihil honoratior erat. Etenim Lacedę monii nulli poetarum adſentientes negant ſe in eam quā nunc poſſident regionem deductos a filiis Ariſtodemi: ſed ab ipſo

Thaſus inſula a thaſo ei⁹ conditore.

Aenirorum. Conyrorum.

Hippophoręnaues.

Legati Darii in græciam.

Cleomenes rex.

Cries. i. aries

Feſtiuū dictū

Demaratus Lacedæmoniorum de ſe opinio.

Ariſtodem⁹.

Aristodemo regnãte qui fuit Aristomachi: qui fuit Cleodæi: q̃ fuit Hylli filius. Nec multo post Aristodemi vxorẽ noſſe Aeginã q̃ dicũt fuiſſe filiã Autesionis: q̃ fuit Tisameni: q̃ fuit Therſandri: q fuit Polynicis filius pepiſſe geminos: eiſq; natis Aristodemũ morbo deceſſiſſe. Lacedæmões ãt q cũ erãt inito cõſilio creaſſe regẽ e pueris eũ q eẽt primigen⁹: vt lex iubebat: ſed neſcientes vtrũ puerorũ eligerent cũ eſſent ſimiles ac pares id cũ nequirent ipſi decernere prius fuiſſe perconctatos genitricẽ eaq; negante ſe dignoſcere: ſed diſſimularet q; videlicet (vt credibile eſt) magnopere cuperet ambo effici reges: ita hæc ſitabundos Lacedæmonios delphos ſciſcitatũ quid ih ea re gerẽt & iis Pythiam reſpondiſſe vt vtrunq; puerorũ ducerent ad regẽ ſed primi ingenium magis honorarent. Hoc reſponſo a Pythia edito Lacedæmonios nihilominus incertos quo pacto primigenium reperirent: admonitos fuiſſe a quodã Meſſenio nomine Panite vt obſeruarent vtrũ puerorũ mater priorem lauaretur cibaretq; quã ſi deprehẽderent eodem ſemper modo factitare: habituros id omne quod quererent: & inuenturos quod vellẽt: ſin illa alternando erraret palam fore ne ipſam quidẽ quippiã magis noſſe: & iſti aliam rationẽ initent. Ibiq; ſpartiatas ex admonitu Meſſenii obſeruantes matrẽ puerorũ ignara cur obſeruaretur. Animaduertẽteſq; illam præferentẽ alteri primigeniũ tum cibando tũ lauãdo adcepiſſe puerũ qui magis honorabat a matre tanq̃ primigeniũ publicæq; alendũ curaſſe impoſitũ ei nomine Euryſthene: iuniori Procle hos aũt fratres vbi adoleuerunt per omne vitæ tẽpus inter ſe diſſenſiſſe: & itidem eorũ poſteros perſeueraſſe. Hæc ſoli græcorum Lacedæmonii aiunt Nam quę cõmemorantur a græcis ego ſcribo: hos dorienſium reges vſq; ad Perſeum Danaæ a deo geniti recenſeri recte a græcis & oſtendi græcos eſſe. Iam tũ enim iſti inter græcos cenſebantur. Ideo aũt dixi vſq; ad Perſeũ: nec altius repeti: q; nullũ Perſeo cognomentũ fuit mortalis patris: quẽadmodum Herculi Amphitryon. Itaq; a me rectam rationẽ ſequente dictũ recte eſtvſq; ad Perſeum. A Danaevero Acriſii filia retrorſum patres eorum recenſcendo conſtabit principes dorienſium ex ægypto oriundos. Hæc generis recenſio ex cõmemoratione græcorum facta eſt. Vt autẽ a Perſis fertur. Perſeus ipſe cum eſſet Aſſyrius factus eſt græcus non tamen progenitores eius. Nã progenitores Acriſii recenſere ad progeniem Perſei nihil adtinet: eoſq; quẽadmodum græci aiunt Aegyptios fuiſſe. Hæc de his

Ariſtomach⁹
Cleodęus.
Hyllus.
Aegina.
Auteſion.
Tiſamenus.
Therſandr⁹.
Polynices.
Meſſenii.
Panitis conſilium.
Euryſthenes
Procles.
Perſeus.
Hercules.
Amphitryõ
Danae.
Perſeus.
Acriſius.

Dores. hactenus. Quod autem regnũ dorũ cum ægyptii essent sibi trã ditũ adeperint: hoc quoniã ab aliis dictũ est omittemus. Quæ vero alii non adtigerunt: eorñ faciemus mentionẽ. Has dignã tiones regibus spartiatæ tribuerunt duo sacerdotia Iouis Lacedæmonii & Iouis cælestis: & ius belli in quãcunq; libuerit regionem inferẽdi: vt id nulli spartiatarũ prohibere fas sit alioqui piaculari crimine teneatur: vt in expeditionibus adeundis primi erant reges: in abeundo postremi sint. Centũ delecti viri eis in militia custodes adsint. In egressibus vtantur quotcũq; pecoribus libuerit: quoq; immolatorũ pelles omnes ac terga accipiant: Bellica hæc: alia sunt q̃ pacis tẽpore eis tribuũtur. Quoties aliqua publica euisceratio fit primi in cœna reges discumbant: & iis primis distribui incipiat vtriq; eorũ duplum omniũ q̃ cæteris conuiuis: libamina q; immolatorũ & coria eorum sint. Singulis quoq; calendis instantis mensis singula pecora vtriq; e publico dentur apollini imolanda: & farinæ Medimnũ .i. sex modia: & vini laconicus quartarius: & in spectaculis singulorũ certaminũ certis locis præsideant. Liceatq; quibuscunq; libeat ciuibus inniti: & vtriq; binos eligere pythios. Sunt autem pythii qui Delphos ad consulenda oracula mittuntur: quiq; publice cum regibus pascũtur. Regibus ad cœnam non euntibus mittantur binę Chœnices id est semodia farinæ & vini singulę Cotyle est sextarii p̃sentibus dupla dentur omnia. Eadem ratione a priuatis quoq; inuitati ad cœnã honorem. Vaticinia q̃ de virgine pupilla vtri danda sit ei ne cui mater an cui pater despõderat: nec ñ deviis publicis: & siqs adoptiuũ filiũ facere velit Inuitis regibus. Liceat quoq; eis pro suo arbitrio adsidere in senatu qui constat ex duo de triginta senibus: si eo non adcesserint eorum maxime propinqui duo senatores ius regũ optineat duos calculos ponendi: Tertiũ pro seipsis. Viuentibus hæc regibus a republica spartiatarum tribuuntur. illa defunctis equites per vniuersam Laconicam obitũ regis enunciant. Fœminę per vrbem circũeuntes hollas pulsitant: Cũq; hoc fit necesse est ex singulis domibus duos ingenuos: marem ac fœminã luctu fœdari magnis pœnis (nisi hoc faxint) impositis. Eadẽ circa funus regum cõsuetudo Lacedæmoniis est: quæ barbaris asianis. Nã plærique barbaroq; eodẽ ritu in mortibus regũ vtũtur. Siqui dẽ posteaq̃ mortẽ obiit Lacedæmoniorũ rex: oportet eius exequiis adesse ex omni Lacedæmonis regione necessarios quosq; spartiatarum qui sunt numero vicinorum. Quorum & item

Spartanorũ regum iura.

Iupiter Lacedæmonius.

Iupiter cœlestis.

Medimnũ .i. sex modia.

Pythii.

Chœnices.

Cotyle.

Spartanorũ senatus.

Regum fun⁹.

Fœminę hollas pulsitãtes

feruorum atq; ipſorum ſpartiatarũ poſteaq̃ multa milia in vnũ coacta ſunt: promiſcua cum mulieribus frontes ſuas intrepide plangunt: & vlulatu immenſo vtuntur. Vltimum quẽq; regum dicentes ſemper fuiſſe optimum. Qui vero regum in bello perijt eius ſimulacrum cum expreſſerunt: in toro bene ſtrato efferunt: Cuius tumulatione decem dies iuſtitium ẽ: nulluſq; magiſtratuum conſeſſus: ſed luctus continens: in hoc quoq; cum perſis iſti conueniunt, quod defuncto rege alter qui ſuccedit liberat ære alieno quicunq; ſpartiata aliquid aut regi aut reipublicæ debebat. Apud Perſas qui rex creatus eſt omnibus ciuitatibus tributum quod debebant remittit. Cũ ægyptiis etiam Lacedæmonii in hoc congruunt: q̃ eorũ præcones & tibicines & coqui in paterna artificia ſuccedunt. & coquus e coquo: & tibicẽ ex tibicine: & præco ex præcone gignitur. Neque vlli propter vocalitatem aliis inſidiantes ſe ipſos ingerũt: ſed i paterno opere perſeuerant: atq; hæc quidem ita fiunt. Cleomenẽ tũc cũ apud Aeginam eſſet communi græciæ bono operam dantem inſimulabat Demaratus non tam Aeginetis ſtudens: q̃ inuidia & odio ductus. Quem Cleomenes ab Aegina reuerſus conſultabat vt regno ſummoueret ob hanc rem intendens in eũ actionem. Ariſton ſpartæ regnum obtinens cum e duabus vxoribus liberos non ſuſciperet (Neq; n. in ſe culpam eius rei eſſe agnoſceret) tertiam duxit vxorem: & duxit hunc in modum. Erat ei amicus quidam ſpartiata: cuius opera ex omnibus ciuibus maxime vtebatur. Cui viro erat vxor ſpecioſiſſima ex turpiſſima talis facta. Siquidẽ hanc mala forma prædita eſſe cernens nutrix ſua. Idq; parentes eius vtpote locupletes ægre ferre: hoc excogitauit vt puellam ſingulis diebus baiularet ad Helenæ templum: quod eſt in loco qui dicitur therapne ſuper phanũ phœbi. Eo quoties nutrix intulerat puellam ſtans ante ſimulacrum deam precabatur vt alumnã deformitate liberaret. Cui aliquã do exeunti de tẽplo mulier quædam adparuiſſe fertur: atq; interrogaſſe illam quidnã in vlnis geſtaret: & cum nutrix ſe infantem geſtare reſpõdiſſet: juſſiſſe ſibi oſtẽdi. Cũq; negaret nutrix ſe id facturam qđ infantem parentes ſui vetuiſſent oſtendi cuipiam: inſtitiſſe iubere prorſus vt ſibi oſtenderetur: magni. n. facturam illam ſi a ſe infans conſpiceretur. Ita nutrice puellam oſtendente: demulcẽtem caput puellæ dixiſſe futuram eam omnium ſpartanorum fortiſſimam. Atq; ab eo priſtinam ſpeciem decidiſſe: quam cum ad nubilem peruenit ætatẽ duxit vxorem

Vltimus q̃ſq; regũ ſemper optimus.

Regis i bello iterẽpti apd Lacedæmonios ſimulacrum.

Filii in paterno opere perſeuerant

Demaratus.

Ariſton rex.

Mulier ex turpiſſima ſpecioſiſſima.

Helenæ templum.

Therapne loc⁹

Ageti vxor formoſiſſima.

Agetus Alcidis filius ille amicus Ariſtonis. Eius mulieris amore titillatus cũ eſſet Ariſton: hãc rẽ cõmentus eſt. Ageto ſodali ſuo: cuius illa erat vxor: recepit ſe dono daturũ vnam e ſuis rebus quãcũq; ille optaret: atq; inuicẽ iuſſit illũ ſimile munus ſibi dare. Agetus nihil de re vxoria ſuſpicatus cum videret Ariſtoni quoq; vxorẽ eſſe: adcepit conditionẽ: & in eam rem iuſiurandũ interpoſuit. Cui mox Ariſtõ e ſuis rebus pręcioſis donauit quã ille elegit. Ipſe viciſſim cũ eius partes petendi muneris ab illo fuerunt ibi optauit vxorem eius adferri. Agetus dicere ſe ꝑter vnũ cætera annuiſſe iureiurando tñ adactus ac dolo ſeductus ad eam ducendã abiit. Ita tertiã hãc Ariſton repudiata ſecũda duxit vxorẽ: quæ circa legitimũ pariendi tẽpus nondũ exactis decẽ menſibus hunc ei genuit Demaratũ. Ariſton cũ ei ſedenti in baſilica cũ Ephoris quidã famulus nũciũ nati filii adtuliſſet ſciens quo tẽpore duxiſſet vxorẽ deductis in digitos menſibus dixit iureiurãdo hic nõ eſt filius meus. Quod audiẽtes Ephori haud magni fecere impræſentiarũ. Sed poſteaq; puer adoleuit pœnituit Ariſtonẽ dicti opinantẽ vtiq; filiũ ſuũ eſſe Demaratũ.

Demaratus. Ariſtonis de filio recẽs nato dictum.

Demaratus quid.

cui iõ nomẽ impoſitũ eſt Demaratus: ideſt a populo votis petitus: q; ante eũ natũ omnis popul⁹ vota fecit: vt Ariſtoni omniũ ante id tempus regum probatiſſimo filius gigneretur: ea de rẽ id nomen impoſitũ eſt. interiecto deinde tempore Ariſtone vita functo Demarat⁹ optinuit regnũ ſed videlicet neceſſe erat vt id quod auditũ fuerat hominẽ regno priuaret. Ea propter a Cleomene vehementer inſimulabat: cum antea q; ab Eleuſine abduxiſſet exercitũ: tum eo tẽpore cũ aduerſus Aeginetas cum Medo ſentientes traiecit Cleomenes. ergo ingreſſus cũ vrgere Cleomenes cõponit cũ Leutychide Menaris filio agis nepoti ex eadẽ q̃ erat Demaratus familia ea pactione vt ſi eũ regem in locũ Demaratus conſtituiſſet: ſe aduerſus Aeginetas cõmitaret. erat aũt Leutychides Demarato inimicus ob hanc ꝑcipue cãm q; cũ Percala filia Chilonis filii Demarmeni ei deſpõſata eſſet: Demaratus inſidioſe hominẽ coniugio priuauit: præoccupata & præcepta vxore ac retenta. Ob hanc cauſam Leutychidi inimicitiæ cum Demarato extitere. Is tunc Cleomene ſolicitante cõtra Demaratũ iurauit negans eũ rite Spartanorũ eſſe regem: quod Ariſtonis filius non eſſet. deinde quod iurauerat inſtitit cõfirmare q; Ariſton aliquãdo dixiſſet cũ ei nũciaſſet famulus ſuus filium ei natum & menſes conferens iureiurando negaſſet illũ eſſe filiũ ſuũ. Huic verbo inſiſtẽs Leutychides pronũciabat

Leutychides Percala.

Demaratũ neq; Aristonis filium esse neq; rite Spartæ regnare Eisdem Ephoris adhibitis testibus qui Aristoni adsidẽtes tũc hæc ab illo audierant. Tandẽ re in cõtentione deducta visum est Spartiatis oraculũ (quod delphis est) consulendũ an foret Demaratus Aristonis filius nec ne. Ibi Cleomenes cũ ex ipsius erga Pythiã prouidentia nihil suspitionis esset: subornat Cobonem quẽdã Aristophanti maxima apud delphos auctoritate vt persuadeat Perialle mulierum vaticinantiũ antistitem dicere ea q̃ Cleomenes volebat dici. Ita Pythia scisscitantibus iis q ad oraculum erant missi: negauit Aristonis filiũ esse Demaratum. Quæ tamẽ res sequenti tempore palã facta est. & Cobon e delphis profugit: & Perialla honore abdicata. Hactenusq; ad depo nẽdũ regno Demaratũ acta sunt. Is e Sparta ad Medos profugit. Ob hanc contumeliã q; cũ eiectus regno gereret magistratum adesset q; spectaculo Gymnopediarũ ideſt nudorũ puerorũ palestræ: missit ad eũ Leutychides in locũ Demarati rex factus de ridendi insultandiq; causa ministrũ qui interrogaret qualis eẽt præfectura post regnũ. Eã interrogationẽ ægre ferens Demaratus respõdit se vtrõq; expertum illũ vero non: & eam interrogationẽ Lacedæmoniis futurã initiũ plurimæ aut calamitatis aut fœlicitatis. Hæc locutus velato capite e theatro domũ abiit. cõfestimq; præparata Ioui bouẽ immolauit: quo immolato matrẽ adcersiit: quæ cũ aduenisset positis in eius manus extis mulierem his verbis obsecrauit: per ego te mater cum alios deos tunc Iouẽ hũc domesticũ quẽ tango precor promas mihi veritatẽ quisnã re vera meus est pater. Nã Leutychides inter cõuitia obiicit te e priore viro grauidã ita ad Aristonẽ venisse. Alii etiam dementius referentes aiũt te ad domesticum asinariũ vẽtitasse: illiusq; me filium esse. Qua de re ego te adiens obsecro vt verum dicas. Si quid enim eorũ quæ dicũtur feciſti nõ sola feciſti: sed quod multæ. Et multus de hac re Spartæ sermo est negantium Aristoni fuisse genituram ad filios procerãdos. Nam si fuisset priores vxores fuisse concepturas. Hæc Demaratus. Cui mater ita respondens. Fili inquit quoniam præcibus mecum agis vt dicam veritatẽ. omne tibi verum exponẽ. Vt me domũ Ariston duxit tertia quam me duxerat nocte simulacrum tãq; Aristonis ad me venit: quod posteaq; mecũ cõcubuit: corona quæ gestabat mihi circũdedit atq; abiit. Debinc Aristõ aduenit qui cernens me coronas habentem scisscitabatur quisnam me illis donasset. Ego ipsum respondi: eoq; id abnuente

Cobon.
Perialla.
Demaratus regno priuatus.
Gymnopediæ.
Scitũ Demaratí respõsũ.
Demarati ad matrẽ oratio
Iupiter domesticus.
Simulacrum cũ matre Demarati.

Astrabacus. heros. Partus tempora. Censorin⁹ in lib. de die natali ex Pythagoręsentẽtia duos tm̃ partus ponit: alterq; septimestrẽ. alterum decimestrem Plini⁹ secūd⁹ in. 7. lib. cap. 5. pariẽdi tẽpus a. 7. mẽsib⁹ ad. 11. eẽ dicit: in cui⁹ capitis fine mulierẽ partū tuliſſe. 13. mẽſibus p̃ter ſtatutū patiẽ di tẽp⁹ tradit multa de partu tpe Au. Gelli⁹ in. 3 li. ca. 16. ſcribit. Demaratus apud Dariū. Demarati laus. Leutychides rex. zeuxidemus. Cyniſcos. i. Catulus. Archidemus

ſurani adſerens nō bene illū facere qui negaret. Qnippe q̃ paulo ante ingreſſus vbi mecū coiſſet coronis me donaſſet. Ariſton cernens me iurantẽ intellexit eam rem diuinā fuiſſe cōpertūq; eſt illas coronas fuiſſe ſumptas ex heroico cōditorio: quod eſt iuxta ianuā aulæ extructū: qui prouocāt Aſtrabaci. & vates id eē hunc eundem heroem reſpōderunt. Habes igitur fili (ita vt volebas) audire: Aut enim ex hoc heroe genitus es: paterq; tibi eſt Aſtrabacus heros: aut ex Ariſtone. Nā ea te nocte cōcepi. Verū hoc tibi p̃cipue exprobrant inimici. q; Ariſton cū ei te ortū nū ciatū eſt multis audientibus negauit te ſuū eſſe: quia tēpus decē menſiū nō exiſſes: per inſcitiā taliū rer̃ illic hoc verbū excidit. Nam mulieres etiā nouē menſes ac ſeptē menſiū partū edunt: nō omnes decimū menſes explentes. Ego te fili ſeptimeſtrem genui. Ipſe quoq; Ariſton nō diu poſt agnouit ſe per imprudētiam id verbū extuliſſe Itaq; alias oratiōes de tua genitura noli admittere. Omnia. n. veriſſime audiſti. Nā quod ad aſinarios adtinet ipſi Leutychidi & iis qui talia loquūtur ſuæ vxores de aſinariis pariant filios. Hæc illa dixit. Demaratus auditis quæ volebat ſumpto vaticino per ſpeciē eūdi delphos ad oraculum cōſulendū Helim contendit. eū ſuſpicati Lacedæmonii fugam capeſſiturū inſecuti ſunt. Sed Demaratus iam ex Heli zacynthū traiecerat: quē illuc tranſgreſſi Lacedæmonii p̃henderūt eiuſq; famulos: ſed zacythiis eū dedere abnuentibus. Demaratus illic in Asiā ad regē Dariū traiecit. A quo magnifice exceptus eſt: territorioq; ac vrbibus donatus Ita in Aſiam Demaratus abiit ſtatutū patiē ac tali fortuna vſus eſt. Vir cū aliis in multis factis dictiſq; apd Lacedęmonios illuſtris: tum quod illis olympiadē palmā quadriiugo certamine reportauerat rem eius ſolius ad ea tempora regum Spartiatarum. Leutychide Menaris qui in regnū amoti Demarati ſucceſſerat natus eſt filius zeuxidemus: quē nōnulli Spartiatarū Cyniſcon id eſt catulum vocabant. Is Spartæ non regnauit ante Leutychidē defunctus relicto filio Archidemo. Leutychides orbatus filio alteram duxit vxorem Eurydamen Menii ſororem Diactoris filiam: ex qua nullā prolē virilē ſuſcepit: ſed filiā nomine Lampito: quam Archidemus zeuxidemi in matrimoniū adcepit ab ipſo Leutychide datam. At ne Leutychides quidē ipſe Spartæ cōſenuit: ſed has pœnas Demarato rependit. In expeditione Pharſalica dux cū omnia faciendi ius haberet multę pecuniæ per corruptelā dono adcepit: ipſeq; in re deprehenſus cū ſederet in caſtris vtraq; manu pecuniā te-

nens in iudiciũ delatus e Sparta profugit. domuſq; eius exciſa Et Tegeæ in quã pfugerat: mortẽ obiit. Sed hæc iſequẽti tẽpore acta ſunt. Tũc autẽ Cleomenes cũ ſibi res in Demaratum bene ceſſiſſet deſumpto protinus Leutychide cõtendit aduerſus Aeginetas maiorẽ in modũ illis ppter ignominiã inſenſus. ita Aeginetæ vtriuſq; regis contra ſe aduentũ nõ repugnandũ iam ſibi eſſe putauerũt. Ex quibus reges adduxere decem quos delegere dititis ac genere eminentiſſimos cũ alios tũ Crium Polycriti & Caſambũ Ariſtocratis. qui plurimũ habebant potẽtiæ. Eos in Atticam adductos penes inimiciſſimos Aeginetis Athenienſes depoſuerũt. Poſt hæc Cleomenes cũ eũ ſubiiſſet metus Spartiatarũ iam manifeſtus maleficii in Demaratũ excogitati in Theſſaliã ſubterfugit: atq; illinc in Archadiã profect' res nouas moliebatur ſolicitãs Arcadas aduerſus Spartã: adigenſq; eos iureiurando ad ſe ſequẽdũ quocũq; ipſos educeret. Qnin etiã in animo habebat primores illorũ ad vrbem Nonacrim ductos adigere ad iuſiurandũ per aquã Stygis. In hac ãt vrbe ab Archadibus fertur eſſe Stygis aqua. Et eſt videlicet talis ea aqua: E petra emanat aquula diſtillãs in vas quoddam in gyrũ maceria præſeptũ. Nonacris ãt vbi fons hic viſitur vrbs Arcadiæ eſt ante Pheneon vrbẽ. Talia molientẽ Cleomenem Lacedæmonii cum animaduertiſſent timentes ſibi ipſi Spartã reuocarunt ad priſtinam dignitatem. Sed eum reuerſum ſtatim morbus inſaniæ cœpit & iam antea ſubinſanũ. Nam vt cuique Spartiatarum obuius erat in eius faciem infligebat ſcæptrum. Hæc illum facientem ac deſipiſcentem proqinqui foleis ligneis illigauerũt. Qui cuſtodẽ digreſſis aliis ſolũ remanſiſſe cernens petiit ab eo gladiũ. Cuſtode abnuẽte dare ab initio cõminabatur: quæ mox ei facere donec minus cõterritus cuſtos (erat. n. ſeruus quidã) gladium tradidit. Eo adcepto Cleomenes a Suris incpiens ſeſe detruncabat. In longũ nãq; diſcindẽs carnes e tibiis ad fœmora pceſſit e fœmoribus ad coxarũ vertebra: atq; illa quouſq; peruenit ad vterũ. in quo reſcindẽdo ſic expirauit. Vt plericq; Græcorũ memorãt: quia Pythiam corruperat ad ea dicenda quę circa Demaratũ acta ſunt. Vt ſoli Athenienſes qd adortus Eleuſinã Phanũ deorũ fuerat depopulatus. Vt Argii quia eos qui e pugna fugerãt: Argios ex Argi templo ipſorum abductos obtruncarat: & ipſum lucum quẽ in Argia occupaſſet incenderat. Etenim Cleomeni delphis oraculũ poſcẽti reſpõſum fuerat eum Argos eſſe capturum. Qui poſteaq; ad flumen

Eurydames.
Lampito
Leutychidæ mors.
Crios.
Caſambus.
Cleomenes in Arcadiã.
Nonacris vrbs.
Stygis aqua.
Nonacris
Pheneum.
Cleomenes inſanus.
Plutarchus i vita Cleomenis aliud ſentit.
Cleomenis furor.
Cleomenis mors.
Eleuſinæ Phanum.

Eraſinus flu. Eraſinũ copias ſpartitarum duxit: quod flumẽ e lacu Stympha
Stymphalius lio manare fertur. Hunc.n. lacũ in voraginem cõdi: & argis po-
lacus, ſtea exorientẽ adparere. Illicq; iam eã aquam vocari Eraſinum
Ad hoc igitur flumen poſteaq; peruenit: ei hoſtias immolauit &
cũ læta non eſſent exta: de flumine tranſmittendo ait delectari
ſe quidem Eraſinum nolle prodere ciues ſuos: non tamen ideo
Thyrea, argios gauiſuros. Moxq; illic motis caſtris ad Thyreã venit: &
Tirynthia, mari taurũ cum mactaſſet: nauibus copias ad regionẽ tirynthi
Nauplia, am ac nauplią duxit. Id audientes argii ad eos arcendos obuiã
tendũt ad mare. Et cũ aduentarent tyrinthum in loco cui no-
Sepia locus, men inditũ eſt ſepia: relicta non magna inter duas acies inter-
capedine conſederunt e regione Lacedæmoniorũ: Neq; vero il
lic pugnã ex aperto reformidabant: ſed ne dolo exciperentur.
Nã ad hanc rem adtinebat oraculũ quod Pythia ediderat cõ-
muniter eis atq; Mileſiis in hæc verba.

Verum quando marem peruertet fœmina victrix:
Inter & argiuos referet præluſtris honorem:
Tunc argiuarum reddet pleraſq; gementes:
Vt venturorum aiat quis quandoq; virorum:
Teloſæuus obit ſinuoſo corpore ſerpens.

Hæc omnia argiis cum contigiſſent metũ incutiebant. Ideoq;
eis viſum eſt p̃cone hoſtium eſſe vtendum. Atq; ita eſſe facien-
dum quoties p̃co ſpartiata quippiã Lacedæmoniis denuncia-
ret idem facerent ipſi. Cleomenes animaduertens argios faciẽ
tes quicquid apud Lacedæmones præco denunciaſſet: præce-
pit ſuis vt cum præco denunciaret prandendũ: tunc raptis ar-
mis tenderent in argios. Hoc executi Lacedæmonii in argios
e voce præconis prandentes impetum faciunt: eorũq; cũ mul-
tos occiderunt: tum pulures in locum argi fuga elapſos circũſe
derunt: qui dum adſeruantur: Cleomenes hoc ſibi faciendũ pu
tauit. Sciſcitatus quoſdam quos ſecum habebat per fugas mi-
Apud Lacedę ſit præconem ad euocandũ nominatim eos argios qui in luco
mones redẽ- præcluſi erant ad ſe redimendos. Eſt autẽ apud Lacedæmoni-
ptio. os redemptio in ſingulos viros bine mnæ. Ita argiorũ quinqua
ginta vt quiſq; euocatus fuerat Cleomenes interemit: quod fa-
Cleomenes ciens latebat cæteros: qui in Phano erant vtpote denſo luco in
profanus. tecto non cernentes quid illi extrinſecus agerent: niſi poſt-
quam quidã conſcenſa arbore quod fiebat inſpexit. Vnde non
amplius qui euocabantur prodiere. Ibi Cleomenes iuſſit vnũ-
quenq; ſeruorum lucum materia circũdare: atq; illis obtempe-

rantibus lucũ incendit. Eoq; iam ardẽte perconctatus est quẽ dam perfugarũ cuiusnam deorũ esset ille lucus. Perfuga Argi esse respõdit. Quo audito Cleomenes vehemẽter ingemiscẽs: O Apollon inquit vates q̃topere me frustratus es: dicens me Argos esse capturum. Conticio iam exitum habuisse oraculũ. Post hæc maiore copiarum parte Spartam redire permissa: ipse cũ mille delectis perrexit ad tẽplũ Iunonis illic sacrificaturus. Sed sacrificare super aram volens cũ a sacerdote vetaretur negante fas esse externo illic sacra facere: iussit seruos abductum verberare. Ac posteaq̃ immolauit: Spartam abiit. Reuersum inimici ad Ephoros citauerũt crimini dantes quod pecunia corruptus Argos cum facile posset nõ cœpisset. Quibus respondit Cleomenes (incertum mihi vere an falso) se posteaq̃ templum Argi cœpisset: putasse dei expletum esse oraculũ: & proinde nõ prius tentãdam vrbem q̃ sacris operatus sciret an sibi deus illã traditurus esset: an impedimento futurus. Sibi autẽ apud Iunonis templũ lutãti effluxisse flammã e pectoribus simulacri: atq; ita ipsos intellegere proculdubio eum nõ esse Argos expugnaturum. Si enim e capite simulacri flamma extitisset: fore vt vrbem ab arce caperet. Cum vero e pectoribus fulgur extiterit: id omne fuisse confectum quod deus confici voluisset. Hæc dicẽs credibilia ac probabilia Spartiatis dicere visus est: multoq; maiore parte sententiarum absolutus. Cæterum Argos ita viris desolatum est: vt serui eorum res omnes susceperint: atque magistratus administrarint: dum filii cæsorum ad puberem adolescentiam ætatem qui sese in suũ ius adserentes ac reuersi Argos mãcipia eiecere. Serui electi prælio Tyrinthem optinuere: eatenus quidem dum fuit in eis mutua beneuolẽtia: & donec ad eos venit vates quidam Cleander genere Phigaleus ab Arcadia. Is persuasit seruis vt dominos adorirentur. Vnde bellũ inter eos diuturnum extitit: donec Argii ægre euasere victores. Ob hoc igitur aiunt Argi Cleomenem ad insaniam redactum male perisse. Ipsi autem Spartiatæ negant ab vllo dæmonio Cleomenẽ ad insaniam redactum. Sed conuersatione Scytharum intẽperãtem meri esse factum: & idcirco furiosum. Scythas. n. nomades post illatũ sibi a Dario bellũ ad illũ vlciscendũ perstitisse: missisq; Spartã nũciis ad societatẽ faciendã ita pepigisse tanq̃ ex vtrorũq; vtilitate foret vt ipsi quidẽ Scythæ iuxta flumen Phasim conarẽtur medicã regionem inuadere. Spartiatæ vero ab Epheso ascendere & ad certum locum vtrique occurrerent.

Argi lucus.

Lucus Argi exustus.

Præsagia.

Argos a seruis rectum.

Cleander vates.

Cleomenis insania vnde

Scythæ intẽperantius bibẽtes.

Cum iis ſcythis qui ad hoc miſſi ſunt conſuetudinem habuiſſe Cleomenē aiunt: atq; ex eo nimiā didiciſſe potandi intēperantiam: atq; ob id inſaniſſe ſe arbitrari. Vñ quoties intēperantius bibere volunt aiunt Scythiſſato. i. age Scytam. Ita de Cleomene referunt Spartiatæ. Mihi vero videt̄ ille has pœnas Demarato pependiſſe. Eū defunctum vbi audiere Aeginete Spartam nūcios miſere vociferatum cōtra Leutychidē de obſidibus qui Athenis tenerētur. His Lacedæmonii cōſilio inito multū iniuriæ ab Leutychide illatū eſſe cenſuerunt: hominēq; dedendum quē illi Aeginā deportarent ꝓ iis qui Athenis tenerentur. Hūc cū eſſent ducturi Aeginetæ: Tunc ad eos Theaſides Leoprepis vir ſpartæ ꝓbatus quid (inquit) viri æginetæ facere vultis: Regem ne ſpartiatarū dedītum a ſuis ciuibus abducere. Si nunc p̄ iracundia ſpartiatæ ita decreuerūt: Caute ne quod exitiale malū in veſtrā regionē (ſi hoc feceritis) inferant. His auditis Aeginetæ ab illo abducendo ſuperſederunt hac tñ conditione vt ſecū ꝓfectus Athenas Leutychides redderet ſibi viros q illic depoſiti eſſent. Vbi Athenas venit Leutychides: ac depoſitum repopoſcit: Athenienſes vt qui reddere nollent tergiuerſari: q̄ dicerent duos in deponendo reges fuiſſe: Ideoq; iniquū eſſe id alteri ſine altero reddi. Quibus negantibus ſe reddituros Leutychides facite (inquit) Athenienſes vtrā ipſi vultis ſi reddetis ſancte facturi e contrario ſi non redditis. Qualis autē res circa depoſitū contigit ſpartæ volo referre. Dicimus nos ſpartiatæ fuiſſe tertia ab hīc ætate quendā Glaucū Epicydis filium: qui cū aliis ſummis laudibus excellebat: tū iuſtitia inter omnes optime audiebat: qui per id tēpus Lacedæmonem incolebant. & hūc procedente tēpore contigiſſe: vt vir quidā Mileſius ſpartā venerit hominis cōueniendi gratia: atq; ita ſit adlocutus. Ego ſum vir Mileſius: qui ad tuā glauce fruendā iuſtitiam venio. Nā cum eſſet tua fama celebris cū per omnē aliam græciam: tū vero per Ioniam: apud memetipſum ratiocinatus ſum, Ionia quidem ſemper obnoxia periculis eſt: Peloponneſus autem tuto fundata: & ob id videre licet eoſdē homines nihil habere pecuniarum. Hæc reputanti mihi atq; conſultanti viſum eſt dimidiū mei cenſus in pecuniā redactū deponere penes te q̄ probe intelligo hęc penes te depoſita mihi incolumia fore. Tu vero has pecunias adcipe: & hanc notā quā vna cuſtodis: quā notā quiſquis habens repoſcet pecuniam ei reddito. Hæc hoſpes qui mileto venerat dixit. Atq; ea cōditione depoſitum Glaucus ad-

Scytiſſato.

Theaſides.

Leutychides Leutychidis orō ad Athenienſes de depoſito reddēdo.

Glauc⁹ iuſt⁹.

Ionia periculis ſemper obxia.

Peloponnes⁹ tuto fundata

cepit. Multo deinde tpe interiecto filii eius q pecuniã deposuerat ſpartã venibãt: Glaucum cõueniunt: exhibitaq; nota pecuniã repoſcũt. Ille enim uero repellere hoies atq; his verbis e cõtrario reſpondere neq; iſtius rei quicquã reminiſcor: neq; ad me pertinet ſcire q̃ dicitis. Volo tñ reminiſcens q̃d iuſtũ fuerit facere: & ſi adcepi iure optuno reddere: ſin a principio nõ adcepi: gręcorũ legibus in vos vti. Ad quod cõfirmandũ: p̃ſtituo vobis tẽpus hinc ad quatuor menſes. Ita Mileſii facta iactura tanquam fraudati pecunia diſceſſere & Glaucus delphos ſe contulit ad oraculum conſultandum. Cui conſultanti an oreo id eſt iurando pecuniã prædaretur: Pythia reſpondit is verſibus.

Glauce epicydides equidem expedit: ad breue tempus,
Sic orco viciſſe: interuertiſſeq; nummos:
Deiera: & euorcũ quoniam manet exitus idem:
Aſt Orci natus qui nomine: qui naubus qui — Orci natus.
Nullis eſt pedibus rapide adu nit vſq; adeo dum
Conuoluens omnẽ perdat prolemq; domumq;
Cum ſobole euorci melius ſed poſtea agetur.

His auditis Glaucus veniam ſibi eorum quæ dixiſſet vt daret deum obſecrabat. Cui Pythia inquit idem pollere tentare deũ & facere. Tunc Glaucus adcitis Mileſiis hoſpitibus pecuniam reddidit. Cur autem hæc oratio apud vos inſtituta eſt dicetur. Glauci nunc nulla ſupereſt neq; ſoboles neq; domus: quæ illius cenſeatur. Sed ex ſparta radicitus extrita eſt. Ita bonum eſt nihil aliud de depoſito cogitare: q̃ vt repetentibus reddatur. Leutychides hæc locutus cum nihilo magis ab Athenienſibus audiretur diſceſſit. At Aeginetæ priuſquam ſuperiorum iniuriarum quas Athenienſibus intulerant, gratificantes Thebanis darent pœnas hæc fecere. Cum Athenienſibus ſuccenſerẽt quod ſibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur: ſed adulciſcendũ adparabant. Erat enim Athenienſium in Sunio biremis quędã: quã delum iã inde a theſeo quotannis mittebant. Hanc Aeginetæ locatis inſidiis intercepere plenã primoribus Athenienſiũ viroſq; adligauere. Ea clade ab Aeginetis adcepta Athenienſes non amplius differendum putauerunt quin oſa illos excogitarẽt. Etenim erat quidã Nicodromus Cnuthi adpellatus vir in ægina ſpectatus: hic ſuã ipſius priorẽ abiectionẽ Aeginetis imputans q̃rebatur q̃ prius ſua de militione cũ tranſegiſſet cognito Athenienſes eſſe animatos ad nocendũ Aeginetis q̃b⁹ ipſe infenſus eſſet cõpoſuit cũ illis deprodẽda Aegina ad certã diẽ;

Deposĩtum reddendũ eſſ

Tentare deũ & facere idẽ pollere.

Nicodrom⁹.

quo eſſet rē adgreſſurus ipſe & illos oporteret venire ſubſidio
Vetus vrbs. Atq; ita ex cōpoſito vrbē (q̄ vet⁹ vocat) occupat: ſed Atheniē
ſes ad idē nō adfuerunt: quia claſſis eor̄ par æginetanæ nōdū
erat cōparata: qui dum a corinthiis cōmodari ſibi naues rogāt.
Interea res corrupta eſt. Corinthii per id tēpus Atheniēſibus a
miciſſimi dededere rogantib⁹ naues viginti: ſed dantes vendi
derunt ſingulas quinis drachmis: quoniā eas dono dare veta
bantur lege: His acceptis Atheniēſes & ſuis inſtructis in ſum
mā ſeptuaginta numero in æginam nauigauerūt: peruenerūtq;
poſtridie eius diei q̄ erat diſtinatus. Qui cū ad diē nō adeſſent:
conſcenſo nauigio Nicodromus ex Aegina profugit: aliis nō
Sunium. nullis Aeginetarū eū comitantibus: quibus Atheniēſes Suniū
incolendū dederūt: Vnde iſti procedentes eos qui in inſula e
rant Aeginetas & ferebāt & agebāt. Sed hęc poſterius acta ſunt
proceres æginetarū ſuperata plebe quæ vna cū Nicodromo tu
multum fecerat: mox eos quos ceperant: ad necē exegerūt. Vn
de piaculum admiſere quod nullo ſtudio expiare potuerunt: p̄
occupatiq; prius ex inſula ſunt deiecti q̄ deū ſibi propiciarent.
Nam cum ſeptingentos e plebe quos viuos ceperant ad necem
Cereris tem educerent: vnus eorum e vinculis elapſus fugit ad Cereris legi
plum adiēs. ferę veſtibulū: eiuſq; cardinibus prehenſis adhærebat: quē illi
cum auellere non poſſent abſciſſis viri manibus ita deduxerūt:
quæ manus cardinibus conſertæ manſerunt. Hæc cū apud ſe fe
ciſſent Aeginetæ claſſe ſeptuaginta nauiū cum Athenienſibus
qui ſuperuenere congreſſi ſuperantur. Victi nauali prælio eoſ
dem quos prius argios in auxilium vocauerunt: ſed illi nolue
re eis amplius auxilio eſſe cauſati q; & naues Aegineræ neceſſa
rio ſumptæ a Cleomene oram argolidem tenuiſſent. & ipſi cū
Lacedæmoniis in terram deſcendiſſent: vt nonulli quoq; e Si
Sicyones. cyonibus nauibus deſcenderunt in eadem contra ipſos expe
ditione. Quo nomine vtriſq; multa ab argiis iniuncta eſt mille
talentorum: quorum quingena vterq; populus ſolueret. Et cū
Sicyoni ſuam culpam agnoſcentes centum talentis cum argiis
Aeginetæ ſu deciſſent: Aeginetæ ne agnoſcere quidem culpam voluere.
perbi. Erant enim ſuperbiores. Eapropter rogantibus eis nemo am
plius argiorum publice auxilium tulit: ſed voluntariorum circi
Eurybates. ter mille duce quodam cui nomen erat Eurybates q̄nq; palma
rū viro. Quos; pleriq; nō remeauere: ſed in ægina ſub Athenien
ſib⁹ occubuere. Et ipſe dux Eurybates ſigulari certamie ter
victor q̄rto ſub Sophāe Decelis oppetiit. veꝝ Aegiete ſua claſſe

adorti incõpoſitos Athenienſes ſuperauere eorũq; naues quatuor cum ipſis pugnatoribus cœpere. Et Athenienſes quidem exæquabatur cum famulo aſſidue in memoriam redigente vt reminiſceretur Atheniẽſiũ. Tũ Piſiſtratidis adſidẽtibus Athenienſeſq; criminãtibus: tum cupiditate per hoc ptextũ qđ natus erat ſubigendi Græcos quicunq; ſibi terram & aquã denegaſſent. Itaq; Mardoniũ qui male rẽ naualem geſſerat pfectura amouit: alioſq; deſignatos duces aduerſus Erethriã & Athenas mittit in Dati genere Medũ: Artaphernẽ Artaphernis fratris ſui filiũ Datis mãdatis vt Athenas atq; Erethriã diriperẽt: captiuoſq; in cõſpectũ adferrẽt. Poſtq; hi duces declarati ab rege digreſſi ad planiciẽ Cilitiæ maritimã deuenere cum ingẽti ac bene inſtructo exercitu: & ibi caſtra poſuere aduenerũt nauticæ copiæ oẽs vt ſingulis erãt imperatæ. ad hæc Hippagogæ naues quas ſuperiore Darius anno mandauerat tributariis ſuis pparãdas. In has introductis equis: atq; terreſtri peditatu ſexcentis cũ triremibus in Ioniã cõtẽderũt. Hic nõ recto curſu ſecũdũ cõtinẽtẽ in Helleſpontũ: etiã Thraciã verſus nauigabãt ſed e Samo vnde ſoluerãt pter Icariũ interq; inſulas præcipue (vt ego ſentio) metu circũeũdi Athon quẽ ſuperiori anno circũnauigãtes magnã iacturam fecerãt: præſertim coacti ppter Naxon quã antea nõ cœpiſſent. ad quã poſteaq; ex Icario pelago adpulſi ſunt (in hãc. n. vt primũ copiæ ducerẽtur Perſæ vrgebãt) Naxii memores priorum fuga ſe in mõtes cõcitauerũt nõ auſi reſiſtere. eorũ quos adepti ſunt Perſæ in ſeruitutẽ raptis delubra atq; vrbẽ incenderunt. His actis ad cæteras inſulas redeũt. Hæc dum iſti agunt: Delii relicta & ipſi delo fuga in te nõ abeunt. Eo tendẽtes naues pcedens Datis non ſinebat ad Delũ habere ſtationẽ ſed trans Delũ apud Pheneã: & ſimul cognito vbi Delii eſſent miſſo caduceatores his eos verbis affat' eſt. Viri ſacri quid fuga abiſtis non pro merito deme male opinãtes. Ego. n. & ipſe mea ſponte animat' ſum & ab rege iuſſus quo in loco duo dii geniti ſunt: ne quid aut eum locum. aut ei' incolas lædam. Redite igitur ad veſtra ipſorum & incolite inſulam. Hæc Deliis per caduceatorem dixit. Mox trecentas turis libras ſuper arã geſtas adoleuit. His actis aduerſus Erethriã primũ nauigauit ſimul omnẽ claſſem ſimul Iones pariter atq; Æoles agens. ſtatiq; ab illius digreſſu Delos tremuit (vt Delii aiunt) ad meam vſq; ætatem tunc & primũ & poſtremũ cõ-

Codex græc' habet Amphibologia Siqdẽ pp dubiũ ẽ an Sophane Deceleus an deceleo ſit legẽdũ Plutarch' latin' tñ habet Socharesdeceleus in vita Cymonis.

Mardonius a pręfectura ſemotus.

Datis.

Hippagogæ naues.

Naxos.

Delii.

Phenea.

Datis ad deos oratio.

Delii ſacri.

Delos tremuit.

mota deo mala ventura hominibus portendẽte. Nã ſub Dario Hiſtaſpis & Xerxe Darii: & Artaxerxe Xerxis filio trib⁹ his deinceps ætatib⁹ plus malorũ paſſa eſt Græcia q̃ viginti aliis ante Dariũ ætatibus partim a Perſis: partim ab ipſis primoribus de principatu bellantibus. Vt nõ ab re Delos cõmota ſit prius immobilis: de qua in oraculis ita ſcriptum erat.

Hiſtaſpis.
Darius.
Xerxes.
Artaxerxes.
Delos commota.

Et Delon q̃uis ſit adhuc immota mouebo:

Et ſane in noſtra lingua pollẽt hæc nomina: Darius q⁹ coercitor: Xerxes q⁹ bellator: Artaxerxes q⁹ magn⁹ bellator. Barbari poſtq̃ a Delo ad alias inſulas profecti ſunt ſumebãt illic tũ copias tũ liberos inſulanorũ obſides aut militaturos aduerſus vicinas ciuitates videlicet Athenas & Erethriam ſignificantes. Sed tãdiu obſeſſi ſunt: eorũq⁹ ager vaſtatus: donec in deditionem Perſarũ venerũt. Erethrienſes audito Perſarũ exercitu aduerſum ſe venire: auxilia ab Athenienſibus imploraruere. Quib⁹ nõ denegãda auxilia rati Athenienſes miſerũt ſubſidio illis equatuor milia hominũ q̃ Chalcidenſiũ equitũ obtinuerãt p̃dia Sed Erethrienſiũ haud quaquã ſincerũ erat conſiliũ: qui tã&ſi adcerſebãt: Athenienſes tñ ancipiti ſentẽtia vacillabãt q̃buſdã eo⁹ cẽſentibus vrbẽ deſerẽda: & in cacumina Euboiæ eundũ: quibuſdã qui ꝓpria lucra a Perſis expectarẽt proditionẽ moliẽtibus. Horũ vtrorũq⁹ animos animaduertẽs Aeſchines Nothonis filius Erethrienſiũ primarius patefecit Athenienſibus omnẽ p̃ſentiũ rerum ſtatũ orauitq⁹ vt domũ abirent: ne vna cũ illis occũberẽt. Hæc conſulenti Aeſchini obtẽperantes Athenienſes illinc in Oropum tranſgreſſi ſalutẽ ſibi pepererunt. At Perſæ eo aduecti naues oræ Erethricæ ad Phanũ & Chœreas & Aegilia adplicuerũt: potitiq⁹ his locis cõtinuo equos expoſuere: & tãq̃ cũ hoſtibus conflicturi ſe inſtruxere: aduerſus quos non decreuerant Erethrienſes ſibi eſſe prodeũdum. Sed quandoquidẽ ſentẽtia de vrbe non deſerẽda euicerat: merito dabãt operã vt mœnia cuſtodirent. Adoriẽtibus ea Perſis acri pugna per ſex dies certatum eſt: multiſq⁹ vtrinq⁹ cadẽtibus. Septimo die Euphorbus Alchimachi: & Philagrus Cynei inter populares ſuos viri ſpectati vrbem hoſtibus prodidere: quam ingreſſi Perſæ poſtq̃ tẽpla ſpoliauere incenderunt. In vltionẽ eorũ tem porũ q̃ Sardibus deflagrauerant hominibus iuſſu Darii in ſeruitutẽ captis. Potiti Erethria aliquot illic dies morati in Atticã nauigauerunt tũq⁹ magnã partẽ vaſtauerunt rati idẽ facturos Athenienſes quod Erethrienſes feciſſent. Eteni erat locus

Aeſchines.

Oropus cuiꝰ meminit Strabo in primo & nono.

Euphorbus. Philagrus.

Erethria capta.

Atticę Marathon proxime Erethriã ad equitandum opportunissimus. quo illos. Hippias Pisistrati filius deducebat. Eodem Athenienses & ipsi re audita ad vim arcendã processerũt decẽ prefectis sibi ducibus: quoꝝ decimus erat Miltiades: cuius patrem Cymonẽ Stesagoræ fugere ex Athenis Pisistratum Hippocratis cõtigerat: & dũ fugit optinere Olympiadẽ quadriuugo certamine: quã victoriã muneris gratia transtulit in Miltiadem ex matre germanũ: proximaq; Olympiade eisdẽ equabus aliã Olympiadẽ cũ vicisset a filiis Pisistrati interfectus est nõ iã viuo Pisistrato. Interfectus est autẽ ad Prytaneum noctu fustibus percussoribus: sepultusq; ante vrbẽ trans viã (quæ vocatur Diacœle) & e regione sepultæ sunt eque illę q̃ tris Olympiacas victorias reportarãt. Idẽ quod iste iam alię equę fecerũt q̃ fuerunt Euagoræ Lagonis. Aliæ p̃terea nullæ. Per idem tempus maior natu filioꝝ Cymonis Stesagoras apud Miltiadem patruũ in Chersonneso educabatur: minor autem apud ipsum Cymonẽ Athenis erat nomen habens a Miltiade Chersonnesi conditore. Hic igitur Miltiades e Chersonneso tunc profectus dux Athenienſium erat e duplici cæde elapsus semel cum eum Phœnices vsq; ad Imbrũ persecuti sunt magni faciẽtes capere hominẽ vt ad regem perducerẽt: iterũ cũ ab iis elapsum domũ suã reuersum ac se reducem esse existimantem inimici sui exceperunt. & ad iudiciũ deduxerũt accusantes occupatæ in Chersonneso tyrannidis. Hoc reatu liberatus suffragiis populi dux declarat⁹ est. Duces cũ adhuc in vrbe ante omnia legatũ Spartam mittũt Philippidẽ illũ quidẽ Atheniẽsem: sed tabellariam operã factitantẽ. Huic Philippidi (vt ipse refert) & Athenienſibus renũciauit circa Partheniũ mõtẽ: qui suprą Tegeã est obuius fuit Pan: cõpellatoq; nominatim Philippide iussit nũciari Athenienſibus quid ita Atheniẽses nullã gererent curã sui: qui bene ipsis vellet: quicq; iam sæpenumero de eis benemeritus fuisset: atq; etiã futurus esset. His verbis fide habita Athenienses quod eorũ iam statuꝰ erat bene cõstitutus extruxerunt sub arce templũ Panos: illiq; annuis hostiis ex quo nũcium adcepere sacrificant: ardenti candelabro supplicanti: Philippides aũt hic qui sibi Pana dixit adparuisse tũc cum a ducibus missus est: iterũ Athenis egressus Spartã peruenit adiensq; magistratus: Lacedæmonii (inquit) orãt vos Athenienses vt sibi opẽ feratis: nec ciuitatẽ inter Græcos vetustissimã cõtẽnatis in discrimen adductã ne Barbaris viris seruiat. Etenim Erethria direpta est:

Marathon.
Miltiades.
Cymon.
Prytaneum.
Diacœle.
Euagoras.
Miltiades.
Nõ parua apud scriptores de Cymonis filiis varietas ẽ vt apẽ Probũ Aemiliũ i vita Miltiadis & Plutarchũ invita Cymonis videre licet q. & de noibus & de nũero opiniones adducit.
Philippides.
Partheniꝰ mons.
Panos tẽplũ.
Erethria.

insignicq̃ ciuitate græcia imbecillior reddita. His mandatis a Philippide expositis placebat quidē Lacedæmoniis opē ferre Athenienſibus ſed id ſibi impoſſibile confeſtim facere videbatur nolentibus legem rūpere Nam erat nouus dies inſtātis mē ſis: quo die negabant ſe progreſſuros nec niſi orbe lunari imple to & iſti quidem pleniluniū expectabāt. Hippiæ autē Piſiſtrati filio q̃ Barbaros in Marathonem perducebat: viſum hoc in ſō nis ſuperiore nocte oblatū eſt. Videbatur ſibi hippias cū matre concūbere. Quo ex ſomnio coniectabat fore vt reuerſus Athe nas: ac recepto dominatu ſenex domi ſuæ obiret. Hunc in mo dum interpretabatur viſum ſuū ei: tū dū p̄dam Eretrienſem q̃ depoſuerat in inſula Styreorū nomine Aegileā reportat: dūcq̃ naues ad Marathonē adpulſas in ſtationibus locat: ac Barba ros in terrā egreſſos diſponit: talia adminiſtranti cōtigit ſterna tatio: tuſſiſcq̃ ſolito vehementior. Vnde cōcuſſis eius vtpote ſe nis pleriſcq̃ dentibus vnus illoq̃ ex violentia tuſſiendi excuſſus eſt: & in harenā delapſus: qui magna adhibita ad inueniendum diligentia cū tamen non adpareret: ſuſpirans hippias ad eos q̃ aderant ait Hęc terra non eſt noſtra: nec eam poterimus nobis ſubiectā efficere: ſed tantūmodo partem q̃tum ſpacii dēs qui mihi aderat optinet. Huc hippias ſuā viſionem: interpretabat euaſiſſe: Athenienſibus apud herculis phanū inſtructis ſuperue nere auxilio platæenſes omni cū populo qui ſeſe Athenienſib⁹ dediderant: & pro quibus frequentes iam labores ſuſceperant Athenienſes: dediderant autē ſeſe hoc modo: cum a thebanis p̄ merentur Platæenſes: primū Cleomeni Anaxandridæ qui in teruenerat: atq̃ Lacedæmoniis ſeſe dediderunt: a quibus tamē recepti non ſunt hac oratione vtentibus a nobis qui procul ha bitamus frigidum quoddam fuerit vobis auxilium. Nā priuſq̃ noſtrum quiſq̃ audiat: poſſitis occupati ab hoſtibus ſæpe expu gnari: Suademus autem vt vos ipſos Athenienſibus dedatis vi cinis pariter & ad tutandū nō inualidis. hoc Lacedæmonii nō tam cōſulebant platæenſibus q̄ eis bene vellent: q̃ q̄ optarent Athenienſes defatigari Bœotio bello. Id ſuadentibus Lacedæ moniis non aduerſati platęenſes aditis Athenienſibus dū rem diuinam duodecim diis faciunt: eis ad aram ſupplíciter ſeden tes ſeſe dediderunt: aduerſus quos Thebani re audita exercitū duxerunt. in eorūq̃ auxiliū Athenienſes venerunt. Sed dū cō ferturi prelium eſſent Corinthii haud cōtemnendā ſibi rē pu tantes ad eos reconciliandos interuenere: atq̃ vtrorūq̃ pmiſſu

Non⁹ iſtātis menſis dies.
Quo tpe Lacedæmoniis progredi nō licebat.
Hippiæ ſomnium.
Aegilea.
Hippię dens.
Hippiæ Sternutatio & tuſſis.
Herculis phanum.
Platæenſes.
Cleomenes Anaxādride Lacedęmoniorū ad Platęenſes oratio.

regionē hūc i modū terminarūt: vt Thebāi eos Bœotios q nol
lēt iter Bœotios cēſeri ſinerēt facere qđ vellēt. Hocvbi decreue
re Corinthii abſceſſere. Abſcedētes quoq; Athenīēſes adgreſſi
Thebani ſūt: cōmiſſaq; pugna repulſi. Vñ Athenīēſes trāſgreſ
ſi quos Corinthi ſtatuerant terminos aſopū fecerunt limitem
Thebanis. Ergo plathæenſes Athenīēſibus ſeſe cum dedidiſ-
ſent: ad Marathonē tunc auxilio venerunt. Erant aūt in Athe-
nienſium ducibus ancipites ſentētiæ aliis vetantibus fieri prę-
lium. Pauciores. n. ſe eſſe q̄ vt cū medis confligerent: aliis quo-
rum erat Miltiades ad pugnandū hortātibus. Itaq; cum eſſent
bifariæ ſententiæ & deterior vinceret: ibi Miltiades Callima-
chum aphidneū adit tunc forte polemarchū ideſt belli princi
pem. qui magiſtratus per ſuffragia electus in danda faba hoc ē
in declaranda ſententia vndecimus eſt. Nā quondam Athenīē
ſes in dicenda ſententia parem ducibus faciebant polemarchū
Adhuc Miltiades in te (inquit) nunc Callimache ſitū eſt: Vtrū
in ſeruitutem Athenæ redigantur: an tu eas liberando memo-
riam tui in omne æuū relinquas: qualē ne Harmodius quidē at
q; Ariſtogiton reliquerunt. Nā Athenienſes nunc in maximū
omniū (ex quo nati ſunt) venere diſcrimē: qui ſi medis ſuccū-
bant palā eſt q̄ paſſuri ſint traditi Hippiæ. Sin autē ſuperēt; po
terit hæc ciuitas vrbiū græciæ effici prima. Quo autē pacto hęc
fieri poſſint & quomodo ad te harū rerum arbitriū redeat nūc
exponam: Noſtræ quī duces ſumus bifariæ ſunt ſentētiæ de p̄
lio cōmittendo: aliis id ſuadentibus: aliis diſſuadentibus. Qui
niſi prælium cōmittimus. vereor ne magna exiſtat ſeditio: quę
mentes eorum ſolicitet ad ſentiendū cum medis: Si pugnamus
anteq̄ aliud vitii in nōnullis ſubeat: poſſumus diis æquis cū vi
ctoria diſcedere. Hæc omnia ad te tendunt: & abs te dependēt
qui ſi meæ ſententiæ adceſſeris: erit & tibi patria libera: & ciui-
tas omniū græcarū princeps. Sin adceſſeris ſententiæ diſſua-
dentium pugnam: eorū quæ recenſui bonorū tibi contraria ex
iſtent. Hæc dicens Miltiades Callimachū induxit. Ita adcedē-
te ſententiā Polemarchi obtentū eſt vt confligeretur. Poſt hæc
ii duces quorū ſententia de cōfligendo fuerat: vt cuiuſq; dies
imperitanti venerat: vicē ſuam Miltiadæ dabatur: q̄ ille adci-
piens nō tamen prius decertandum putauit: q̄ dies imperii ſua
aduenit. Itaq; vbi vices eius fuere: tūc Athenienſes hūc i modū
inſtructi ſunt ad confligendū: dextro cornu præerat Callima-
chus Polemarchus. Ita. n. lex apud Athenienſes tūc poſtulabat

Platęenſes a
pud Mara-
thonē Athe-
nienſibus fue
re adminicu-
lo.

Aſopus flu.

Callimach⁹.

Aphidnęus.

Polemarch⁹
.i. belli prin-
ceps.

Fabam dare,
Suffragia.

Harmodius.

Ariſtogiton.

Miltiades.

Callimachus

vt Polemarchus dextrũ cornu tenere. Hoc duce ſequebanť de
Athenienſis exercitus ordo. inceps cæteræ tribus vt quæ ordine erat. Nouiſſimi ſunt colocati Platæenſes iidẽ ſiniſtrũ cornu tenẽtes. Quo factũ eſt vt ab huius pugnæ tẽpore: quoties Athenienſes ferunt hoſtias apud
Panaginæ. Panagynas ideſt publicos cõuentus: q̃ quinto quoq; anno fiũt Athenienſis præco cõceptis verbis pręceť bona Atheniẽſibus pariter & Platæenſibus. Igiť Athenienſiũ acies tũc apud Marathonẽ inſtructa idcireo ſic erat q; aciẽ medicã imitabatur: ſed in medio paucis cõferta ordinib⁹: ideoq; illic debilior: vtroq; aut in cornu cõfertior: q̃ poſteaq̃ ita inſtructa eſt: ac ſacrificiũ liquidatũ eſſe Athẽiẽſes audite: tũc curſum in barbaros tẽdũt. Erat aũt inter vtrãq; aciẽ nõ minus octo ſtadiorum intercapedinis. Quos curſu ferri in ſe vidẽtes Perſæ aptabãt ſe tãq̃ illos excepturi inſaniæ dãtes id q; cernerẽt curſu tẽdere cũ pauci eſſent ñ equitatu nõ ſagittis fretos Hoc ita barbari interpretabãtur. Athe
Medicum nomẽ græcis terrorẽ incutere ſolebat. nienſes poſteaq̃ cõferti cõflixere cũ barbaris. pugnã memoratu dignã edebãt. Quippe primi oium græcor⁹ (quos ipſi nouimus) curſu in hoſtẽ viſi ſunt: primi ſuſtinuerũt cernere medica veſte idutos: eũ ante hac vel audire nomẽ medos; græci terror fuiſſet. In Marathone q̃ diu pugnatũ eſſet barbari circa mediã
Marathonis pugna. aciẽ vicerũt: vbi Perſæ ſtabãt & dacæ: eãq; prũpẽtes hoſtẽ i mediterranea pſeq̃bant. At in vtroq; cornu vicere Atheniẽſes Plataeenſeſq;: ac barbaris q; terga dederãt: fugere pmiſſis cõtrahũt cornua & cũ iis q; mediã ipſor⁹ aciẽ perfregerãt dimicãtes ſuperant fugiẽtes perſas vrgẽt: cædũtq;: donec ad mare pueniẽtes
Callimachi mors. petito igne naues corripuere. Quo in certamine Callimachus Polemarchus interficiť egregia nauata opa. Occubuit quoq; e ducibus Steſileus Tharſilli & Cynegirus Euphorionis: dũ ſuã
Steſileus. Cynegirus. mã puppim adprehẽdit abſiſſa bipẽni manu cecidit. Nec non alii Athenienſes multi & clari. Septẽ quidẽ noues optinuerunt Atheniẽſes hoc mõ cæteris barbaris retractis receptaq; pręda Erethriẽſi ex inſula vbi reliq̃rant circũuecti ſunt ao p̃uertendi Atheniẽſes e veſtigio abeũtes: cæterũ Atheniẽſes ab Alemęonidis ſimulati ſunt q; videlicet ex cõpoſito Perſis adhuc apd inſulã agẽtibus ſcutũ oſtenderint. Dũ illi ſamum circũuehũtur: Athenienſes e veſtigio abeũtes celerrime ad ferendã vrbi opẽ ꝓperauerũt. Barbaroſq; eodẽ tẽdentes pręuerterũt ꝓgreſſi ex Herculis tẽplo: qđ eſt in Cynoſargi caſtra poſuerũt. Barbari ſupato claſſe Phalero (hic. n. Atheniẽſiũ nauale tũc erãt) ſup eũ
Phalerum. loeũ aliquãdiu ꝓp tẽpeſtatẽ morati rurſus i Aſiã abierũt quoq;

in hac pugna apud Marathonẽ gesta occubuere circiter sex mi lia trecẽti. Atheniẽsiũ vero cẽtũ nonaginta duo. Tot ex vtrisq; cecidere. In q̃ pugna hęc res mira cõtigit. Atheniẽsis q̃dã Epizelus Euphagoræ dũ stãte acie pugnãt: strẽnue luminib⁹ cape ret̃ neq; saucius vlla parte corporis neq; ictus: atq; ita cæcus in reliquum vitę tempus pmansit. Quẽ audiui dicere solitũ de sua clade visum sibi esse ante se stare virum quendã armatum pro cero corpore: cuius mentum omnẽ clipeũ inũbraret: & hãc ar uam ipsum p̃tergressam: sed se illum q̃ sibi adsisteret occidisse. Hæc Epizelum solitũ cõmemorate audiui Datis in Asiam cũ Classe rediens vbi Myconẽ tenuit vidit in somnis visum. Id tñ quod fuerit non traditur. Vbi primũ dies illuxit: naues rimatus est Cõpertoq; in naui phœnicea simulacro Apollinis inaurato sciscitatus est quo e tẽplo sublatũ esset. & vbi audiuit ex quo tẽ plo nauigans sua naui in delũ. (Iã. n. delii in insulã rodierant) sibi simulacrũ in tẽplo deposuit præcepitq; Deliis vt illud in Deliũ Thebanorũ referrent: quod est supra mare e regione chal cidis: Hoc vbi p̃cepit Datis vela illinc fecit. Delii tamen hanc statuã nõ reportauerunt: sed vicesimo post anno eã Thebani ex oraculo in Deliũ cõtulerunt. Datis & Artaphernes posteaq; in Asiã nauigauere: captiuos Erethrienses susa perduxere: Quos Darius rex & si in eos ante captiuitatem vultũ cõtraxerat acer bitatis q; se priores iniuria lacessissent: tamen vt in conspectum suũ adductos vidit ac sibi subiectos: nullo alio malo adfecit: sed in suo Cissiæ regionis Stathmo collocauit. Cui nomẽ ẽ Arde ricca ducẽtis ac decẽ stadiis procul a suis quadraginta a puteo q̃ exhibet trifarias rerum species. Nã ex eo Asphaltũ idest bitu mẽ: & salẽ: & oleũ hauriũt ad hũc modũ. Haurit quidẽ celoneo idest instrumẽto ciconia: p̃ situla aũt dimidiato vtre ad ciconiã adligato: quo in puteũ decusso qcqd haurit mox i cisternã dif fũdit: atq; hic alio effusũ triplici varietate cõcrescit. In Asphal tũ quidẽ & salẽ protinus. Hoc autẽ oleũ Persæ Rhadinacẽ ad pellant atq; ac grauiter olens. Hoc loci rex Darius locauit Ere thrienses: quẽ ad meã vsq; memoriã tenuere seruantes pristinã linguã. Quod ad Erethrienses attinet ita habet. Post plenilu niũ duo milia Lacedęmoniorũ Athenas venerũt tãta festinatio ne adipiscẽdi hostẽ: vt triduo q̃ ex parta discessere i Atticã pue nerit: & licet serius ad pugnã veniisset: tñ intuẽdi medos cupidi ad illos ituẽdos i Marathonẽ prexerũt. Quib⁹ visis laudatisq; Athenienses ob præclarum facinus rursus redierunt. Tenet

Marathonẽ apud clades.

Epizel⁹ cæt⁹

Datis.

Mycon.

Simulacrum Apollinis sublatum.

Delius Thebanorum.

Arderica.

Puteus trifarias rerũ spẽs exhibens.

Asphaltum.

Rhadinace.

Alcmęonidę admiratio me nec rõnẽ inire poſſum Alcmęonidas vnq̃ Perſis ex cõpoſito oſtẽtaſſe parmã q; vellẽt Atheniẽſes Barbaris atq; Hippiæ ſubeſſe. Quippe quos cõſtat inhabẽdis odio tyrãnis vehemẽtiores q̃ ſimiliores fuiſſe Calliæ Phenippi: qui fuit pater Hipponici. nam Callias cũ alia omnia in Piſiſtratũ inimiciſſime cõmẽtus eſt: tũ vero ſolus Atheniẽſiũ omniũ illius Athenis electi cũ publice ſub p̃cone vẽderẽtur bona emere auſus ẽ.

Callias vir præſtans. Huius Calliæ mẽtionẽ crebro plęriq; oẽs habere debẽt: cũ ob ea q̃ dicta ſunt vt viri ſummopere patriã liberantis: tũ ob hæc q̃ in Olympia fecit. Nam & in equorũ curſu palmam optinuit: & in quadrigario fuit ſecũdus: & in ludis Pythiis cum primas optinuiſſet in vniuerſos Græcos ſumptuoſiſſimus extitit: tum ob id qualẽ ſe in filias ſuas q̃ tres fuerũt exibuit. Nam poſteaq̃ nubiles extitere: hoc eis magnificẽtiſſimũ munus eſt gratificatus: vt quẽ ſibi vna quæq; vellet ex omnibus Atheniẽſibus eũ deligeret: atq; ita eam illi nuptum dedit. At Alcmæonidæ aut perinde aut nihil minus q̃ Callias Peroſi tyrannos fuere. Quo maior me admiratio ſubit: minuſq; admicto criminationẽ eos Parmã Perſis oſtentaſſe: qui per omne tẽpus tyrannos effugerunt: & quorũ aſtutia Piſiſtratidæ tyrannidẽ reliquerunt atque ita multomagis Athenarũ liberatores extiterunt meo iudicio: q̃ Harmodius & Ariſtogiton illi enim Hipparcho interempto nõ tam cæteros Piſiſtratidas ab adfectanda tyrannide reppſſerunt. q̃ ad illam iritauerunt. Alcmæonidæ autem proculdubio Athenas liberauerũt: & modo ipſi fuere qui Pythiã perſuaſere ad Lacedæmonios commonefaciẽdos vt Athenas liberarent: quẽadmodũ ſuperius a me cõmemoratũ eſt. At. n. aliquid forſitan Sucſes q; Atheniẽſi in populo patriã prodiderũt. Immo nulli erant eis inter Athenienſes viri illuſtriores: neq; qui magis eſſent honorati. Neq; vero ſermo optinuit clipeũ ab his eẽ oſtẽtatũ: ſed tantũmodo fuiſſe oſtẽtatum: quod nihil eſt quam ſi id demũ diceretur oſtenſus quidẽ eſt ſed a quo oſtẽſus incertum. Quãquã Alcmęonidæ iam pridẽ extiterant Athenis clari ſane vſq; ab Alcmæone atq; etiam Megacle. Etenim Alcmęon Megaclis filius iis Lydis qui Sardibus a Crœſo delphos ad oraculum ierant adminiſtrum ſe præbuit: eoſq; comiter adcepit. Cuius beneficẽtiam Crœſus a Lydis quos ad oraculũ miſerat cũ audiſſet hominẽ adcerſiit: & vbi aduenit: eũ donauit tanto auro q̃to ſemel corpore ſuo ferre poſſet. Ad iſtam doni conditionẽ Alcmæon hanc aſſutiã adtulit. Per grandẽ tunicam ami-

Alcmęonidę accuſati q; parmã Perſis oſtẽderint.

Harmodius. Ariſtogiton. Alcmęonidę

Oſtentare clipeum.

Alcmæon. Megacles.

Crœſi donũ. Alcmęõ multo auro a Crę ſo donatus.

ctus ingenti in ea sinu relicto: cothurnisq; (quos laxissimos rep
perit) calceatus ad thesaurū perrexit ad quem ducebatur. Ibi in Alcmeonis
aceruū ramentorū procumbens primū cothurnos quibus erat callidita-
indutus auro quātum ferebant referſit. Deinde omnē sinū suū
atq; etiam crines ramentis subigens & parte in eos desumpta e
thesauro processit ægre trahēs cothurnos cuius alteri rei q̄ ho
mini similis: cuius os turgidū esset & omnia onusta. Id cernēs Alcmæonis
Crœsus in eachinnūq; erumpens ea omnia illi donauit: nec mi domus locu-
nora his alia dona dedit. Ita domus hæc vehementer locuple- pletata.
tata est: & Alcmæon quadriugos equos alens vicit Olympia.
Sed eam deinde secunda ætate Clisthenes Sicyonis tyrannus Clisthenes
sustulit: vt multo magis q̄ prius inter Græcos celeber extiterit.
Erat enim Clisthenis Aristonimi filio Myronis nepoti Andrei
pronepoti filia nomine Agarista: quā pater destinabat nuptum Agarista.
dare ei quē p̄stantissimū Græcorū omniū cōperisset. Cū igitur
ludi Olympia celebrarētur: & ex eis Clisthenes curriculo qua-
drigali victor extitisset: nūciari iussit voce præconis vt quisq;
sese dignū putaret qui Clisthenis gener esset. Is ad sexagesimū
diem aut prius Sicyone præsto foret: quoniā Clisthenes intra
annū a sexagesimo die incepturum exequi nuptias destinasset.
Itaq; omnes Græci aut sua ipsorū: aut familiæ claritate sibi cō
fidentes ea proci cōtenderunt: quibus Clisthenes & curriculū
& palæstram ad certandū p̄parauerat. Ex Italia illuc se cōtulit Smindyri-
Smindyrides Hippocratis Sybarita. Florebat autem maxime des.
Sybaris ea tempestate: qui vnus vir in plurimū delitiarū pro- Sybaris.
cesserat: & Syritanus Damasus Anyris filius eius q̄ sapiens ad- Syritanus.
pellabatur. Et hi quidē ab Italia venerunt. Ab Ionio autē sinu Amphin-
Amphinnestrus Epistrophi Epidamnius. Aetolus vero Meges nestrus.
germanus Titermi illius qui Græcos robore fuerat supgressus: Epidamnius
& in extrema Aetoliæ homines fugerat. E Peloponneso Leo- Aetolus.
cides Phidonis Argiorū tyranni filius eius in q̄ Phidonis qui Meges.
spacia Peloponnensibus statuit longe omniū Græcorū insolē- Leocides.
tissimus: qui summotis Heliensiū Agonothetis id est muñera- Phidon.
riis ipse Agonotheta extitit i Olympia id est certamē p̄miūq; Agonotheta
proposuit. Nec non Amiāttus Lycurgi Arcas ex Trapezonte: Amiantus.
& Laphanes Azenus ex vrbe Pæo filius Euphorionis eius qui Laphanes.
(vt in Arcadia fertur fama) in domū suā excepit. Castorē & Pol Pæos vrbs.
lucem: & ob id in omnes homines hospitalis: & Heleus Aegæi Euphorion.
vir præclarus. Isti ex ipsa Peloponneso venerunt. Ex Athenien- Heleus.
sibus autē Megacles Alcmeonis eius filius qui ad Crœsum se Megacles.

Timo Miltiadem admonuiſſet: volentes ob id de ea ſuppliciũ ſumere: Poſtq̃ obſideri deſierint delphos miſerunt ſiſcitatum nunquid miniſtram deorum cõdemnarent: quę rationem capiẽ dæ patriæ hoſtibus detexiſſet: quæq; Miltiadi expoſuiſſet ſacra: quę ad virilem ſextum efferri neras eſſet. Id Pythia fieri nõ permiſit negans timum earum rerũ eſſe auctorem: ſed quia Miltiadæ non bene obeundum eſſet: ideo ei ducem malorum adparuiſſe. Hæc pariis Pythia reſpondit: Miltiadem e paro reuerſum cum alii Athenienſes in ore habebant: tum præcipue Xantippus Ariphonis qui eum apud populum adcuſauit: q; Athenienſes circunſcripſiſſet. Cui adcuſationi Miltiades non per ſe ipſe reſpondit (neq; n. poterat) Quippe qui putreſcente femore iaceret in lecto: ſed pro eo amici ſui adlegantes cũ alia multa & Lemnum expugnatam: q̃ vltus Pelaſgos Athenienſib⁹ tradidiſſet: Tum vero pugnam in Marathone geſtam: interuentu tamen populi ne capitis damnaretur: quinquaginta talentis cui pa mulctata eſt. Poſt hæc Miltiades diſſoluto atq; marceſcente fœmore deceſſit. Quinquaginta autem talenta cymon filius exoluit. Porro Lẽnum Miltiades hunc in modum optinuerat. Pelaſgi poſteaq̃ ex attica ab Athenienſibus exacti ſunt ſiue iure ſiue iniuria (nam de hoc nihil habeo præter relata) quia Hæcatæus Egeſandri e ſermonibus ait iniuria. Athenienſes. n. cum viderent regionem quę erat ſub Hymneſſo: q̃ illis habitandã dederant mercede muri circa arcem procedendi bene excultam q̃ prius mala fuiſſet: & a nemine adcipi digna: luore captos fuiſſe & libidine terræ potiundæ: & ita illinc exegiſſe illos nulla alia re in excuſationem adlata: Vt autem Athenienſes aiunt iure electi quippe cum eſſent ſub Hymneſſo habitantes illinc prodire ſolitos hanc iniuriam intuliſſe quoties filiæ ac filii Athenienſium ad nouem fontes aquarum pergerent (nulla dum. n. aut eis aut vllis græcis per id tempus mancipia erant) Pelaſgos eis per contumeliam & contemptum vim adtuliſſe: neq; hoc feciſſe contentos ad extremum manifeſto deprehenſos de inuadendis Athenienſibus conſilia agitaſſe. Se vero adeo meliores q̃ illi fuerant viros fuiſſe: vt cum haberent facultatem interimẽdi eos quos ſibi inſidiatos deprehendiſſent: tamen noluerint: ſed eis præceperint vt e regione excederent: atq; ita illos ſolum vertentes: tum alia loca: tum vero Lemnum optinuiſſe. Illa Hecatæus: Hæc Athenienſes aiunt. At Pelaſgi hanc Athenienſiũ iniuriam vlciſcendi auidi: qui Lemnum incolebant gnari q̃

Xantippus.

Miltiades ad cuſatus.

Lemnos.

Cymon.

Pelaſgi.

Exacti.

Hecateus

Hymneſſus.

dies festi Athenienſiũ celebrarẽtur biremib⁹ inſtructis inſidias manipulatim collocarunt vxoribus Athenienſiũ die feſtũ Dianæ apud Bauronẽ agentibus permultaſq; illarũ illinc raptis abierũt: & in Lemnũ delatas pro cõcubinis habuerunt. Hæ fœminæ poſteaq̃ filiis abundauere lingua eos attica ac moribus Athenienſiũ imbuerunt. Et illi cõſuetudinem cũ Pelaſgi dum filiis habere abnuebant: & ſiquis e ſuis ab illoꝝ vllo vapularet: cuncti auxilio aderant: & mutuo ſeſe tutabãtur: ac dignos ſe q̃ aliis pueris dominarẽtur exiſtimabant: atq; adeo lõge prœualebãt. Qua re animaduerſa Pelaſgi inter ſe collocuti ſunt. cõſideranteſq; rẽ eſſe indignã atq; inter ſe dicebant: ſi nunc dum pueri ſunt dignoſcunt ſibi opitulari aduerſus filios vxorũ legitimarum: quas virgines duximus & eis cõtinuo præeſſe conaꝫ: quid nã faciẽt in virilẽ adulti ætatẽ: Itaq; cũ id eis altius inſediſſet: placitũ eſt vt eos filios e matribus Atticis ſuſceptos necarent. His necatis addunt & cedes matrũ. Ex hoc facinore & illo ſuperiore fœminarum q̃ viros ſuos vna cũ Thoãte interimerunt vſu receptũ eſt per græciã vt teterrima queq; facinora lẽnia adpellentur. Pelaſgi cũ eis poſt necẽ liberorũ atq; vxorũ neq; tellus fructum reddere neq; vxores neq; pecua vt prius gignerent pariter fame & liberorũ orbitate vexati delphos miſerunt peti tũ aliquod laxamentũ præſentiũ maloꝝ. Iuſſi a Pythia pœnas Athenienſibus quas illi vellent pendere Athenas iere: pollicitiq; ſunt daturos ſe pœnas illis omnis iniuriæ. Athenienſes ſtratis in curia toris q̃ poterant ſplendidiſſime adpoſitaq; menſa omniũ bonorum refertiſſima iuſſerunt Pelaſgos ita ſe habentẽ regionẽ ſibi traderent. Tũc Pelaſgi excipientes dicere ſi nauis vento aquilone atq; vno die nos e veſtra regione in noſtrã pertuehet: ita demũ vos quod petitis trademus. Hoc dixere q; ſcirent fieri non poſſe. Nã Attica multo magis ad auſtrum vergit q̃ Lemnus. Hæc hactenus Tunc cõpluribus deinde interiectis annis vbi Cherſonneſus (quæ eſt in helleſponto) Athenienſiũ ditionis fuit: Miltiades Cymonis ventis Etheſiis perflantibus ex Eleunte: quę eſt in Cherſonneſo ſoluens in Lemnum delatus eſt: præcepitq; Pelaſgis vt ex inſula exederent: redigẽs eis in memoriam oraculũ quod nunq̃ illi expletum iri ſperaſſent. Quorum Ephæſtienſes quidem obtẽperauerunt: Alyrthinęi autem nõ agnoſcentes Cherſonneſum eſſe Atticam tandiu obſeſſi ſunt: donec in deditionẽ venerũt. Ita Lẽno potiti ſunt Athenienſes atq; Miltiades.

Athenienſiũ vxores raptę Bauro.

Liberi Mulierum Atticarũ interempti.

Mulieres Atticę interẽptę.

Prouerbium.

Lemnia facinora.

Pelaſgi ad Athenienſes.

Athenienſes ad Pelaſgos

Pelaſgorum reſponſio.

Attica.

Lemnos.

Cherſõneſus

Eleus.

Hephæſtiẽſes.

Alyrthinæi.

Lemnos capta.

POLYHYMNIA

Herodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum Liber Septimus.

DOſtea vero q̃ nũcius pugnæ ad regem Dariũ Hyſtaſpis filiũ adlatus eſt ad Marathonem geſtæ: cũ antea vehemẽter infenſus eſſet ille Athenienſibus q̃ Sardis inuaſiſſent: lõge infenſior factus eſt: ac ꝓpenſior ad bellũ Græciæ inferendũ miſſiſq̃ cõtinuo nũciis ad ciuitates edixit vt ſingulæ multoq̃ ãtea maiores copias: nec nõ naues nauigia equos rẽ frumẽtariã cõparaꝛẽt. his nunciis Aſia triẽniũ exagitata eſt. Vbi cũ delectus agit optimi cuiuſq̃ aduerſus Græciã militaturi: & adparatu opera datur. Quarto anno Aegyptii (q̃ fuerant a Cambyſe ſubacti) defecere a Perſis. Quo magis aduerſus vtroſq̃ Darius expeditionem ſumere properabat: Aegyptios atq̃ Athenienſes. Dum hæc comparat interea ingens inter eius liberos de principatu exorta diſſenſio eſt: quoniam ex inſtituto Perſarũ oportebat ita demũ ire in expeditionem cum regni ſucceſſorem declaraſſet. Erant autẽ Dario iam anteq̃ regnaret liberi tres e priore vxore Gobrys filia ſuſcepti: & poſt partũ regnũ alii quatuor ex Atoſſa Cyri filia. Superiorum maximus natu erat Artabazanes: poſteriorum Xerxes. Qui cũ ex eadem matre nõ eſſent diſceptabant. Artabazanes quidem q̃ omnis paternæ ſobolis ipſe maximus natu foret cum apud vniuerſos homines ſit inſtitutum vt maximus natu liberorum optineat principatũ. Xerxes vero q̃ ipſe Atoſſa genitus eſſet filia Cyri qui Perſis libertatem adquiſiſſet. Dario nondum ferente ſententiã aderat forte Demaratus Ariſtonis qui per id tempus altercationis Spartano regno exutus: ac Lacedæmone profugus Suſa aſcenderat. Hic vir audita liberorum Darii controuerſia adiit (vt fama fertur) Xerxẽ: admonuitq̃ vt ad cætera quę pro ſe dicebat hoc adderet ſe quidem genitum e Dario iam rege & Perſarum imperiũ obtinente. Artabazanem vero e Dario cũ erat priuatus. Proinde neq̃ æquũ neq̃ iuſtum eſſe alium quempiam potiuſq̃ ſe illam dignationẽ adipiſci: quoniam Spartæ quoq̃ ſic vſurparetur: vt ſi cui anteq̃ regnet filii naſcantur: deinde regi iam alius huius poſtea nati ſucceſſio regni ſit. Hac a Demarato ſubiecta ratione vtentem Xerem tãquam iuſte dicentẽ. Darius regem declarauit: q̃q̃ etiã citra preceptum Demarati Xerxes (vt mea fert opinio) regna-

Aegyptios a Perſis defectio.

Darii liberi de impio diſceptantes.

Atoſſa.

Artabazanes

ab Plutarcho In apohtthegmatis Artimenes a Iuſtino vero Trogi Põpei circunſcriptore Arthemenes vocatur.

Xerxes.

Demaratus.

Xerxes rex a Dario declaratus quẽ tñ ab Anapherne domeſtico iudice Iuſtin⁹ Trogi Põpei circũſcriptor declaratũ & alteri p̃poſitũ tradit.

uiſſet quippe cum omnis potentia penes Atoſſam eſſet Declarato Darius Xerxe rege cum conaretur rebus adparatis exire in expeditionem altero adfectione Aegyptiorum anno ſupremũ diem obiit ſex & triginta annis regni expletis haud cõpos voti vt Aegyptios & Athenienſes vlciſceretur. Eius morte regnum ad Xerxem filium deuenit: qui ab initio nequaq̃ animatus erat ad bellũ Græciæ inferendũ: ſed Aegypto. Cæterũ Mardonius conſobrinus ſuus Gobrys & ſororis Darii filius eũ adiens his verbis eſt adlocutus. Domine haud decorum eſt Athenienſes tam male iam de Perſis meritos non dare pœnas eorum q̃ perpetrauerunt. Tu vero quod in manibus habes perfice. tamen vbi Aegyptum quæ dignitati tuæ iniuriam fecit domueris: ſume aduerſus Athenas expeditionem: vt & bene de te loquantur homines: & poſthac abſtineat alius a bello tibi inferendo. Et hæc quidem erat ratio vltionis exigendæ. Illa autem rationis adceſſio Europam eſſe regionem admodũ ſpecioſam: omniaq; genera fœlicium arborum ferentem: ac ſummæ bonitatis & dignã quę a ſolo inter mortales rege poſſideatur. Hæc Mardonius dicebat vt iuuenis ac nouarum rerũ cupidus imperiiq; Græciæ pro rege adminiſtrandi quod etiam regi perſuaſit cõditione temporum adiutus. Nam ad alia vt rex hoc faciendum induceretur: adiumento fuere primũ e Theſſalia nuncii ab Alebabis ad regem inuocandum aduerſus Græciam ſe enim omne obſequium præſtituros. Alebadæ autem iſti erant Theſſaliæ reges. Deinde ii Piſiſtratidæ qui Suſa aſcenderãt: qui cum eadem verba habuerunt quæ Alebadæ: tum vero prætendebant Onomacritũ quendam Athenienſem: quem ſecum habebant ſortilegum & Muſæi ſocium ediſertatorem. Aſcenderant antẽ cum eo reuerſi in Græciam. Nam Onomacritus ab Hipparcho Piſiſtrati Athenis fuerat eiectus: qđ per Laſum Hermonis manifeſto deprehẽſus fuiſſet inter Muſæi ſortes: hãc etiã inſeruiſſe fore vt inſulæ Lemno adiacentes mari ſubmergerentur: ob id Hipparchus hominẽ eiecerat cũ familiariſſime illo antea vteretur: & tũc cũ eodẽ vt i cõſpectũ regis veniret aſcẽderat. Deq; eo honorifice cũ aliis Piſiſtratidis loquebatur. Onomacritus ſi quæ ſortes cladẽ Barbaro nũciabant earũ nullã recitauit. Itaq; adcedẽte hoc ſortilego & Piſiſtratidarũ & Alebadarum ſuaſionibus Xerxes ad inferendum Græciæ bellũ inductus. Sed altero a morte Darii anno primam expeditionem fecit aduerſus Aegyptios q̃ rebellauerãt: quos ſubactos & in arctiorem q̃ ſub

Darii annis in regno.

Darii ſepultu ræ meminit Strabo l. 15. geogra.

Mardonius.

Europæ laudes.

Alebadæ.

Onomacrit⁹

Muſæus.

Laſus.

Hipparchus.

Xerxes cur Græciæ bellũ intulit.

Dario fuerant ſeruitutē redacto tradidit gubernādos Achæ-
Achæmenes Inarus. mēni fratri ſuo Darii filio quem præſidem Aegypti interiecto
deinde tempore interemit Inarus Pſammietichi vir pœnus.
Xerxis oratio Xerxes recepta Aegypto proditurus aduerſus Athenas exer-
citum præſtantiſſimos: quoſq; Perſarum in concilium vocauit:
vt & illorum ſentētias audiret: & ipſe diceret quę liberet. Qui-
bus coactis ita locutus eſt.

VIri Perſæ equidē ego non ero huius inſtituti auctor:
ſed ab aliis traditi imitator. Nam quemadmodum
a maiorib⁹ natu adcipio ex quo imperiū hoc a Me-
dis eripuimus Aſtyagæ per Cyrum amoto nunquā
conquieuimus: ſed ita deus agit: & multa nobis ſibi
Cyrus. obſequentibus in melius confert: atque ea quidem quæ Cyrus
Cambyſes. Cambyſesq; ac pater meus fecere: quas gētes imperio addide-
re non adtinet referre apud Probe ſcientes. Ego poſteaq; hanc
ſedē adcepi: dedi operam ne ab iis qui hoc honore ſunt functi
degenerarem. neue minus potentiæ Perſis adquirerem. Quod
animo verſans inuenio nobis adceſſuram gloriā pariter ac ho-
norem: & regionem neq; inferiorē neq; deteriorē ea quā recu-
peraumus: ſed feratiorē vna cū vltione iniuriæ atq; vindicta
ideoq; nunc ego vos cōtraxi: vt id quod agere conſtitui vobis
exponerem. Conſtituo iuncto Helleſponto copias per Europā
traducere in Græciā vt Athenienſiū vlciſcar iniurias: quas cū
Perſis aliis: tum patri meo intulere: Noratis autē & Dariū ad-
uerſus hos viros bellum mouere deſtinaſſe. Verū ei morte præ-
uento non cōtigit vt illos vlciſceretur. ego vero eius vicē alio-
rūq; Perſarum vlciſcens non prius deſinam quā expugnauero
incenderoq; Athenas: cuius ciues & me & patrē meum priores
Ariſtagoras. iniuria adfecerunt. Semel cū Sardis vna cū Ariſtagora Mileſio
ſeruo noſtro venientes cremauerunt Lucoſq; ac delubra. Iterū
Datis. in nos quid fecerunt terrā ſuā ingreſſos cū Datis & Artapher-
Artaphernes nes duces fuere oēs Scytis. Harū gratia rerū iritor ad inferēdū
Pelopis regio. eis bellū: quos atq; ipſos finitimos regionē Pelopis Phrygis
incolentes: ſi in poteſtatē redegerimus: tot bona futura eſſe ra-
tiocinando cōperio. Terrā Perſidem ætheri Iouis cōterminam
reddimus. Nullam. n. regionē ſpectabit Sol finitimam noſtræ:
Xerxis magna habēdi libido. ſed ego omnē permenſus Europā vna vobiſcū cunctas regio-
nes in vnā redigā. Nā ita rem habere audio nullā reliquā eſſe
hominū neq; ciuitatē neq; gentē quę nobiſcū dimicare poſſit.
Ita ſubactis his (quos dixi: & qui nos laceſſierunt) iugū ſeruile

ſuſtinebunt. In quo ſi mihi vos gratificari volueritis: vbi tēpus vobis indicauero (quo vos p̄ſto eſſe oportet) tunc vnuſquiſq; debebit in pigre adeſſe. Quorū qui ornatiſſimis cū copiis aderit: eū donabo his quæ in noſtra domo precioſiſſima habētur. Et hæc quidē ita agenda ſunt. Sed ne ſolus videar in conſilio ſententiam dicere rē pono in medio: iubens vnicuiq; (q̄ libet) ſententiā dicere. His dictis loquendi finem fecit.

POſt quē Mardonius domine (inquit) tu vero non modo ſuperioribus Perſis: ſed etiā venturis es prę-ſtantior: qui cum alia & optima & veriſſima cōmemoras. Tum vero q; Iones qui Europā incolūt non ſinis habere ludibrio nos minuſq; ipſi ſunt ludibrio dignos. Etenim res indigna eſt: ſi Sacas & Indos & Aethiopes & Aſſyrios: aliaſq; multas ac grandes nationes: quæ nihil Perſas læſere: tamen potentiæ prolatādæ gratia in prouincias redegimus: Græcos qui nos laceſſere iniuria incēperunt non vlciſcemur? Quidnā metuētes quas illorū copias: quā pecuniarū vim? Eor̄ pugnā nouimus. Eor̄ nouim⁹ vires eſſe imbecillas. Eor̄ quos ſubegimus liberos penes nos habemus: hos qui domi noſtræ habitantes: Iones & Aeoles & Dores adpellantur. Quos ipſe quoq; exptus ſum dū eis iuſſu patris tui intuli bellū dūq; in Macedoniā vſq; proceſſiſſem: & pene vſq; ad ipſas Athenas nemo mihi pugnatur⁹ occurrit: & ſane cōſueuere Greci (vt audio) in cōſultiſſime inire bella propter imperitiā ac ſiniſteritatem. Nā cū bellū inter eos inductū eſt in locū quem pulcherrimū planiſſimūq; inuenere deſcendētes ibi prælia faciūt Ita vt magno cū ſuo malo victores inde diſcedant. Deuicti ne lōgius repetā ad internitionē deueniūt. Quos oportebat cum ſint eiuſdē linguę interpoſitis caduceatoribus ac nūciis tollere cōtrouerſias: & omnia alia poti⁹ agere q̄ pugnare: aut fi neceſſe habent inter ſe omnino pugnare locū aliquem inuenire vtriſq; difficillimū: & ibi fortunā belli tētare. Hoc itaq; ritu haud ꝓbo vtētes Græci nūq; mecū verbis egerūt de dimicādo cū Macedonia tenus promouiſſem. Tibi autem rex quis obuiam venturus eſt bellandi cauſa copias Aſiæ atq; omnē claſſem agenti? Non eo audaciæ procedent vt reor Græcor̄ res. Quod ſi me fallit opinio & illi vecordia elati ad pugnandum nobiſcum venient: diſcant nos eſſe in re bellica prēſtantiſſimos hominum. Nihil igitur ſit quod nō experiamur. Nam ſua ſponte nihil fit: ſed omnia ab experimento hominibus fieri conſuerunt. His

Mardonii oratio.

Quare a Perſis Sacæ Indi Aethiopes Aſſyriiq; ſubacti ſunt.

Græcorū imperitia in bello.

Experimenti laus.

Sua ſponte nihil fit.

Mardonius ſententiæ Xerxis adſentatus loqui ceſſauit. tũ ſilẽtibus aliis Perſis: nec diuerſam ei quæ dicta eſſent ſententiam dicere audentibus: Artabanus Hiſtaſpis filius Xerxis patruus vir circũſpectus ita inquit.

Artabani oratio digniſſima.

Diuerſæ ſententiæ neceſſariæ.

Athenienſiũ laus.

REx niſi diuerſæ inter ſe ſentẽtiæ dicantur: non poteſt quis eligere meliorẽ: ſed neceſſe habet ea que dicta eſt vti: At cũ plures dictæ ſunt licet tanq̃ aurum purũ deligere quod per ſe diſcerni cũ nequeat: comparatũ cum altero diſcerni poteſt. ego patri tuo Dario eidẽq; fratri meo ſuadebã ne ſumeret aduerſus Scythas expeditionẽ viros nulla vſq̃ opida incolẽtes Sed ille ſperans Scythas Nomades ſe ſubacturum mihi non eſt adſenſus. Itaq; ſumpta expeditione multis & egregiis viris de exercitu amiſſis abſceſſit. Tu vero rex bellum inferre deſtinas viris multo (q̃ Scythæ ſunt) pſtantioribus: quiq; & mari & terra optimi eſſe dicũtur quib⁹ in rebus quid durũ ſit: hoc me tibi iuſtũ eſt pmere iũcto pontibus Helleſponto ais te copias per Europã in græciã deducturum: atq; eos cõuenit aut in terra aut in mari aut vtrobiq; abs te ſuperari. Siquidẽ ferũtur viri eſſe fortes. Cuius rei licet hinc argumẽtũ capi. Si tot copias ductu Datis & Artaphernis Atticã regionẽ ingreſſas ſoli Athenienſes pfligauerunt: ergo nõ vtraq; in parte ſucceſſit Quod ſi iidẽ cõſcenſis nauibus pugna nauali victores ad Helleſpontũ nauigẽt: ac deinde pontẽ ſoluant: hoc durũ fuerit rex. Neq; vero hoc ex mea vnius priuata prudentia cõiecto: ſed ex eo caſu quo aliquando parũ abfuit quin opprimeremur cũ pater tuus iũcto Boſphoro Thracio: ac flumine Iſtro pontibus cõmiſſo traiecit ad Scythas eum traiectũ Scythæ omnino inſtitere pcari Ionas quibus cuſtodia pontiũ delegata erat vt interſcinderẽt. Quo tẽpore ſi Hiſtiæus Mileti tyrannus alioꝝ ſententiæ adceſſiſſet: ac nõ contradixiſſet: actũ erat de rebus Perſarũ res dictu quoq; horribilis omnẽ regis ſtatũ in vno viro poſitũ fuiſſe. Quare noli tuvllũ tale adire diſcrimen nulla ſubſiſtente neceſſitate: ſed mihi potius obtẽpera: Hunc exẽtũ in præſens miſſum facito: iterũq; dũ tibi videbitur re apud teipſum conſiderata edicito qđ optimũ eſſe arbitraberis. Bene. n. cõſultare cõperio maximũ eſſe lucrũ. Nã etiã ſi quid e cõtrario euenturũ eſt: nihilo tamen minus bene conſultũ eſt: ſuperauitq; fortuna conſiliũ. At q turpiter conſultauit: ſi ei fortuna obſecundauit: ille eſt quidẽ voti cõpos: nihilo tamen minus male cõſiliũ cepit. Vides vt pgrã dia aĩalia fulmine deus

Artabani ex preteritis prudentia.

Strabo in. 7. Dariũ ab Scythis noctu re meaſſe tradit ne toto cũ exercitu ſiti deleretur.

Diſcrimẽ ſine neceſſitate non adeũdũ.

Conſultare lucrum eſt. maximum.

ferit:nec ſinit inſoleſcere parua vero nihil lædit. Vides vt magna ſemper ædificia magnaſq; arbores huiuſmodi fulminum tela percutiũt. Gaudet enim deus eminentiſſima quęq; deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur quoties deus his quibus inuidet aut metũ incutit aut tonitruum. Propterea quidã ſecus ac dignitas ſua poſtulabat: in calamitatem inciderunt:quia deus neminẽ aliũ q̃ ſeipſum ſinit magnifice de ſe ſentire. Omnis res properãdo parit errores. Vnde magna detrimenta fieri adſolent. In cuntando autẽ bona inſunt:ſi non talia quæ ſtatim videantur eſſe bona:certe quæ ſuo tẽpore bona qs eſſe cõperiat. Et hoc quidẽ tibi rex ſuadeo. Tu vero Gobrys fili Mardonide ſine loqui ſtulta de græcis haud dignis q male audiant. Nam græcis detrahendo ipſum regẽ vis excitare ad bellũ illis inferendũ:ad quod tu omni auiditate contendis:qđ abſit:vt fiat detractio. Nanq; importuniſſima res eſt in q̃ duo ſunt qui iniuriam faciunt: Vnus cui iniuria fit:qui, n. detrahit iniurius eſt quod non præſentẽ accuſat. Item qui huic credit. iniurius eſt quod prius credit q̃ rem compertam habeat. & illi cui abſenti detrahitur ob id fit iniuria q; ab altero inſimulatur vt malus: ab altero talis putatur. Quod ſi omnino bellũ his viris inferre oportet agedum rex ipſe permaneat domi apud Perſas noſtrum amborũ:liberi deponantur:tu in expeditionẽ ito: delectis (quos velis) viris ac quantiſcunq; copiis: & ſi ex ſententia tua res ſuccedent regi:interimãtur liberi mei & inſuper: ego ſin ſuccedent (vt ego dico) interimantur tui: & inſuper tu ſi redieris. Quod ſi hanc ſubire conditionẽ recuſas: cupiſq; in græciam prorſus deducere exercitũ: adfirmo fore vt aliqui eorum qui hic relinquẽtur:audiant Mardoniũ poſt adlatam Perſis magnam aliquã calamitatem a canibus volucribuſq; diſcerpi: aut in Athenienſiũ ſolo aut in Lacedæmoniorũ:niſi forte antea interviã tũc agniturũ aduerſ⁹ q̃les viros ſuades regi vt moueat bellũ. Hęc Artabano locuto Xerxes ita pcit⁹ his verbis excepit

ARtabane q; patris mei frater es hoc te ſubleuat: ne dignam ſtulta oratione mercedem recipias. Hac tamẽ te notabo ignominia quia inſtrennuus es & ignau⁹: ne cõmes ſis meæ in græciam expeditionis:ſed hic vna cum fœminis maneas: Ego etiam ſine te (quę dixi) conficiam. Neque enim fuerim Darii qui fuit Hyſtaſpis qui fuit Atamnis: qui fuit Ariaramnis:qui fuit Tiſpei:qui Cyri: qui fuit Cambyſis: qui fuit Achęmenis filius: niſi Atheniẽſes

Fulmina ſummа petunt.
Supbarũ regũ depreſſio.
Exercitus ingens a paruo vincitur.
Feſtinãtia parit errores.
Mora ꝓdeſt.
Importuniſſima res.
Detractor iniurius.
Detrahere ñ licet.
Credere malum eſt
Xerxes ad Artabanum.
Darii genus.
Achęmenes.

vltus fuero probe intelligēs ſi nos quieuerimus non quieturos illos ſed noſtrā terrā cum exercitu inuaſuros prout colligere licet ex iis: q̄ illi facere cœperunt: q & Sardis incenderunt: & Aſiam incurſarunt: Itaq; neutris ſatis eſt ſeceſſiſſe: vtriſq; propoſitum eſt certamen & agendi & patiendi: vt aut hæc omnia ſub græcis: aut illa omnia ſub Perſis ſint. Medium .n. inimicitiarū nullum eſt: Quare honeſtū erit nos iam iniuria laceſſitos exigere vltionem: vt qua calamitatē paſſurus ſunt intelligam profectus aduerſus eos viros: quos etiā Pelops Phryx noſtrorū maiorum ſeruus ita ſubegit: vt ad hoc vſq; tēpus & ipſi homines & eorum regio ab illius (qui ſubegit) cognomine adpellentur. Hæc hactenus locutus eſt. Deinde ſub veſperum cū fuiſſet ſtomachatus Artabani ſententia per noctem apud ſe cōſultās cōperit prorſus non eſſe ſibi opus inferre græciæ bellum immutaq; rurſus ſententia cū obdormiſſet viſus eſt in ſomnis (vt fertur a Perſis) videre quendā corpore ingenti atq; ſpecioſo: qui ſibi adſtans diceret. Reuocaſti ne ſententiam Perſa de inferendo græciæ bello: cū prædixeris Perſis te cōparaturū eē exercitum neq; ſi reuocaueris eam bene facis: neq; qui tibi adſentiatur adeſt. Quare perge ire eam viā q̄ interdiu ire deſtinaueras. Hæc locut⁹ ille viſus eſt Xerxi ab aſpectu euaniſſe. Vbi dies illuxit huius inſomnii nulla ratione habita coacto eorundem pſarum quos pridie coegerat concilio Xerxes ita verba fecit.

Pelops. Strabo in. 7. & Diodorus Sicul. i. 5. Pelopē Phrygium ducto ſecū populo ab ſe Peloponeſo noie indidiſſe tradunt

Nullā belli mētionē pr̄ſus faciētes. Xerxis ſomnium.

VIri Perſæ veniā mihi date dicenti contrariā ſuperioris ſententiā. Nam & ego nondū ad ſummū quo perueniendum eſt mihi prudentiæ peruenī: & qui vt illud faciam ſuadent: nullo vnq̄ a me tēpore abſcedūt Eoq; mihi Artabani ſententiam audienti: confeſtim iuuentus efferbuit: vt verba in virum grandē natu effunderem petulantiora q̄ debui. Nunc itaq; agnoſcens erratum meū vtar illius ſententia: & quoniā reuocaui expeditionis ſumendę ſententiam vos quieti eſtote. Hæc vbi audiere Perſæ lætitia adfecti regē adorauere. in ſequenti nocte idē rurſus inſomniū quieſcenti Xerxi adſiſtens inquit fili Darii videris expeditionem apud Perſas reuocaſſe verbis meis pro nihilo habitis quaſi illa a nemine audiſſes. Hoc igitur nunc bene intellige niſi extēploinis expeditionē: hoc tibi ex ea re cōtinget quēadmodum breui magnus & amplius effectus es: ita breui rurſus humilis eris. Hoc viſo perterrefactus e cubili exiliit pariter: & nunciū miſit ad adcercendū Artabanū. Qui vbi aduenit ita ad eum inquit.

Xerxis p reuocanda expeditione oratio.

Xerxis ſomnium.

Artabane ego ſtatim cū in te bene cōſulentē mihi ſtultis verbis inuectus ſum nō fui cōpos mētis. Sed nō multo poſt pœnitens cognoui id mihi eſſe faciēdū: qđ tu p̄cipiebas. Tamē id volēs exequi nō poſſum. Nā mihi iā animo immutato & prioris ſentētię pœnitēti adparuit in ſomnis viſio diſſuadēs omnino hoc quod poſterius facere cōſtituerā: quin etiā nūc interpoſitis minis abſceſſit. Quod ſi deus eſt qui in ſomniū miſit: eique prorſus eſt cordi expeditionē ſummi aduerſus Græciam: cōtinget hoc tibi id qđ mihi in ſomniū itidem vt mihi p̄cipiens: quod ita fore conjecto ſi omnē meū ornatum ſumas: coq; indutus in ſella mea cōſideas: & deinde in cubili meo capias ſomnū. Hęc locuto Xerxi Artabanus initio nolle obſequi: atq; negare ſe dignū qui regio in ſolio ſederet: tandē cū cogeretur: fecit impata hæc p̄locutus. Apud me rex tantūdē valet bene ſentire per ſe: & alteri bonā dicenti ſententiā adcedere: quę ambo tibi cū adſint malorū tamē hominū colloquia te deprauant: quēadmodū mare quod eſt hominibus omniū vtiliſſimū feret ab ingruentibus ventorum flatibus nō ſini natura ſua vti. Ego vero cū ex te male audiui: nō tam meam dolui vicem q̄ tuā: qui cum p̄poſitæ eſſent duæ ſententiæ Perſis vna quę detrimentū augeret: altera quæ tolleret dicens pernitioſum eſſe imbui animum vſu plura ſemper expetendi. His propoſitis ſentētiis tu elegiſti eā quæ & tibi ipſi & Perſis eſt periculoſior. Nūc āt cū ad te mutato in melius cōſilio de ſumēda aduerſus Græcos expeditiōe ais adceſſiſſe in ſomniū alicuius dei nutu quod te vetat dimittere exercitū: hoc nō res diuina eſt fili. In ſomnia n. iſta ſunt quę adeuntia homines fruſtrantur: quēadmodū ego te docebo multis q̄ tu ānis natu grandior. Conſuerūt ipſa ſomniorū viſa plerūq; fruſtrari ob ea quę quis per diē mēte agitauit. Nos nudius tertius expeditionē hāc inter manus & qdē vehemēter habuimus. Qđ ſi hoc nō eſt cuiuſmodi ego dico ſed aliqd diuini habens tu ipſe omnia in ſumma dixiſti. Adpareat. n. vt tibi ita & mihi eadem iubens. Verū nihilo magis adparere mihi debebit tuū amictū gerenti q̄ nō gerenti ſed meū neq; magis quieſcēti in tuo toro q̄ non: ſed in meo: ſi etiā alias vult ſe exhibere. neq; eo veſaniæ peruenit illud quicqd eſt qđ ſeſe optulit in ſomnis vt me cernens putet eſſe te ducto e veſtibus argumento. Id ſi me cōtēptui habebit: profecto nec aſpectu ſuo dignabitur ſiue mea gerentem veſtimēta ſiue tua: ſed te adibit qđ iam animaduertendū eſt. Nam ſi frequentius adceſſerit: ipſe quoq; fateb̄r

Xerxes ad Artabanū.

Mare hominibus vtiliſſimū.

Sōnia vnde. Sōnioꝝ & ratione & exēpla viſur⁹ legat Platonē i nono de republica libro Ariſtotelē i 4. de aialiū hiſtoria libr. Ciceronē in. i. de diuinatōe Valerū Maximū in prio

Aur. Macrobiũ in. 1. de sõnio Scipiõis & sõniorũ spẽs & eorũdẽ definitiones argutissime põit Nec nõ Petrarchã in. 4. de rebꝰ memorandis lib. vbi plura in. 3. tractatu leges.

diuinã rẽ esse. Cæterũ si ita tibi agẽdũ videtur: neqꝫ id reuocari potest: en ad cubandũ in tuo cubili pergo. Age mihi quoqꝫ cũ ista pfecero adpareat. Hac tãtũ cõditione tuę sentẽtiæ ac quiescam. Hæc locutus Artabanus qꝫ sperabat ea a Xerxe sine vllis verbis admissum iri: iussa executus est. Et cũ induta sibi Xerxis veste regali solio resedisset: moxqꝫ recubuisset: idem in somniũ dormientẽ adiit: qꝫ Xerxẽ adierat: eiqꝫ super adsistens ita inqt. Tu ne ille es qui festinantẽ ire in Græciã Xerxẽ distines: tamq̃ eius curator. Tu neqꝫ in futurũ neqꝫ in p̃sens cõsideras qui dissuades id qđ est fatale cõtingere. Quid ãt Xerxẽ pati necesse est nisi dicto audiẽs fuerit ei ipsi demõstratũ est. His verbis Artabano visus est ille vir in somnis minitari: cadẽtibusqꝫ ferramẽtis cõari oculos ipsi eruere. Qua de re vehemẽter exclamãs Artabanus exiliit: aditoqꝫ Xerxi obseruatã sibi in somnis visionẽ exposuit. Secũdoqꝫ loco hæc inquit. Equidẽ rex ego veluti homo qꝫ multa iam viderã: & magna negocia sub Hessonibus cõtigisse nõ sinebant te omni ætati indulgere gnarus rẽ esse malã

Artabani sõnium.

Cõcupiscere multa malũ est.

multa cõcupiscere. memoria tenẽs qũo cũ exercitu Cyri cõtra Massagætas actũ est qũo cũ exercitu Cambysis cõtra Aethiopes qui etiã cũ Dario militaui aduersus Scythas. Hęc sciẽs ego sentiebã te si gescires omniũ hominũ beatissimũ. Sed quoniã demonius quidã instinctus est & Græcos clades quędã (vt videt) missa diuinitus manet: ego quoqꝫ cedo: ac sentẽtiã muto. Tu vero quæ diuinitus missa sunt indicato Persis: iubetoqꝫ iis quę ad adparatũ pertinẽtia ante p̃ceperas operã dẽt. hoc agitone quid tuorũ deo tribuente delit. his dictis & sublatis visione animis vbi dies extitit: ibi cõfestim Xerxes hęc Persis exponit. Artabano quẽ cõstabat prius solũ omniũ id fuisse dehortatum tunc exhortante. Post hæc ineunti expeditionẽ Xerxi tertiũ in somnis visum oblatum est quod magi auditũ coniectarunt ad vniuersam terrã pertinere: portẽderecqꝫ omnes homines Xerxi seruituros. Visum autẽ tale erat. Videbatur sibi Xerxes surculo oleagino coronatus esse. Cuius oleæ ramis vniuersa tellus occuparetur: & mox corona capiti circũdata euanescere. Hęc magis interprætatis sine mora Persæ qui in cõcilio fuerant: ad suã quisqꝫ præfecturam digressi omni studio incubuerũt ad exequẽda iussa cupidi dona quæ proposita fuerant optinendi Xerxes ita copias suas contraxit: vt omnem continentis locum scrutaretur. Siquidem a debellata Aegypto per totum quadriennium comparauit exercitum: atqꝫ eius adparatũ quinto anno ineunte

Xerxis visio.

mouit cum ingenti copiarum manu. Nam omniũ quos nouimus exercituũ hic multo maximꝰ extitit: adeo vt ad eum nihil fuiſſe videatur aut ille Darianus: qui aduerſus Scythas ductus eſt aut ille Scythicus qui Cymmerios inſequens medicã regionem inuaſit: ac pene omnia ſuperiora Aſiæ ſubegit ac tenuit: quo nomine Darius poſtea Scythas iuit vltum aut ille (vt fama fert) Atride aduerſus Iliũ: aut ille ante Troicũ bellũ Myſorum Teucrorũq; qui per Boſphorũ in Europã tranſgreſſus omnes Thraces in ditionẽ ſuã redegit: ad Ioniũq; pontũ deſcendens ad Peneũ vſq; amnẽ qui ad meridiẽ vergit proceſſit. Neq; illi oẽs exercitus: neq; alii iis abiecti cũ vno hoc cõparari merẽtur. Quis.n.ñ adtulit ad Xerxẽ ex Aſia copias: q̃ aqua p̃ter ingẽtes amnes potando non defecit? Alii nãq; naues p̃ſtabant aliis vt peditatũ: aliis vt equitatũ: aliis vt nauigia aduectandos equos eorũ qui vna militabãt: aliis vt naues lõgas in vſum pontiũ p̃ſtarent: iniunctũ erat aliis vt frumentũ & naues. Quæ triennio ſuperiore p̃parata erant p̃cipue propter Athon vt in quo ſuperior claſſis dũ circũuehitur adflictata eſt: ad Eleũtem.n. Cherſonneſi claſſis habebat ſtationẽ. Illinecq; oẽs copię ſub verberibus cœperũt Athon effodere per vices aliis ſuccedẽtibus: adiuuantibus etiã in effodiẽdo adcolis præpoſitis operi. Bubare Megabazi: & Artache Artachæ filio viris Perſis. Eſt ãt Athos mõs ingens ac nobilis ad mare ptingens. Ab hac parte hominibus cultus ad cõtinentẽ deſinens in ſpectem Cherſonneſi. i. Peninſulæ cũ Iſthmo duodecim ſtadiorũ. Hæc planicies atque tumuli e mari Acanthiorũ ad mare qđ eſt cõtra Toronem non ſunt magni. In hoc Iſthmo vbi Athos finitur: ſita eſt vrbs Greca nomine Sana. Quæ ãt extra Sanã & intra Athon ſitæ ſunt vrbes: eas tunc Perſes cõtinenti inſulanas facere adgreſſus eſt: quæ hæ ſunt Dion: Olophyxus Acrothoon Thyſſus Cleonæ. Hæ ſunt vrbes q̃ apud Athon incolunt: hunc in modũ Barbari locũ nationatim effodebãt recto limite iuxta Sanã. Poſteaq̃ depreſſa erat foſſa ab iis qui in imo fodiebãt: alii humuũ effoſſam aſſidue tradebant aliis ſuper ſcalas ſtantibus: & iſti excipiente tradebant deinceps aliis dũ ad ſummos perueniebatur: qui illã efferebãt atq; abiiciebant. Qua in re tumuli effoſſi duplicem laborem illis p̃terq̃ Phœnicibus præbebant. Nam cũ eandem facerent foſſæ mẽſurã ſuperius in ore: q̃ inferius in fondo: id neceſſe fuit contingere. At Phœnices cum aliis in rebus: tum vero in illo prudentiã ſuã declarauerunt: qui partẽ quæ ſibi con-

Xerxis exercitꝰ Dariano & Scythico maior.

Peneus.

Xerxis copię

Eleus.

Athos effoſſus eſt.

Athos mõs.

Sana vrbs.

Dion.

Olophyxus.

Acrothõ hic

Plinianæ lectione legẽdũ eſt quãuis apũd Põponiũ Mælã i ſcdo coſmographię Acroaõ legatur.

Thyſſus.

Cleonæ.

Plinꝰ in .4. capite .10. dicit Xerxē abscidisse Athō cōtinēti i lōgitudine passuū Mille qn gētorū Mōs a planicie excurrit i mare 75 milia pas. Ambitꝰ radicis .150. M. colligit qđ Mela Pōponiꝰ i.2.geog. & Solinꝰ tradunt.

Albū litus.

Tyrodiza.

Eion.

Celęnæ collis est in quo vrbs eiusdē nois fuit antiquatoq; noie Apamea vocat Strabōis in .12. & Solini testimonio q̄q̄ ipse Strabo i .13. celęnas ab Apamea distixerit.

Mæandri fontes.

Marsyæ pell' Pythius.

Lydꝰ ditissimus.

tigerat ita excauauerunt. vt os fossę duplū esset q̄ ipsam fossam esse oportebat: procedēteq; opere assidue illā coartantē: & cum ad imū deuentum esset: fossa cæteroꝝ partibus adæquaretur. Est āt hoc loco pratum quoddam vbi illoꝝ erat & mercatus & ptorū quo multū etiā ex Asia frumenti moliti cōportabatur. Hanc fossam Xerxes (vt ego coniectura colligo) iactantiæ gra deprimi iussit potentiæ ostētandæ cupidus ac memoriæ relinquendæ. Nam cū liceret nullo negocio naues per Isthmū trāsportare: iussit Isthmū intercidi ad mare recipiendum in fossam tantæ latitudinis: vt duæ triremes pariter illac agitari possent. Eisdem imperatū est vt fossam facerent quibus fuerat vt flumē Strymona pontibus iungerent. ista Xerxes hūc in modū fecit. Cōparauit item ad pōtū armaturam Scirpi atq; albi lini copiā dato hoc Phœnicibus atq; Aegyptiis negocio: vt commeatū exercitui cōportarent: ne homines neue iumenta quæ ducebātur in Græciā absumerētur. Sed admonitus iussit illū in loca q̄ cuiq; oportunissima essent alius alia via cōportaret vndiq; ex Asia nauibus onerariis & vecturis. Verū plurimi cōportarūt in oram quæ dicitur Album littus: vt quibusq; pręceptū erat. Alii in Tyrodizam Perinthioꝝ oram: alii in Dorisci: alii in Eiona quæ est super Strymonē: alii in Macedoniā. Dū isti in imperato sibi traiectu occupātur: interea Xerxes coactis omnibus peditibus copiis iter ingressus est Sardis versus mouēs ex Cristallis Cappadociæ: illic. n. edictū erat vt cunctę copiæ cogerētur: quæ per continentē erāt cū Xerxe ituræ. in quibus quisnā præfectorū agmen pulcherrime instructū ducens ab rege donatus est, ppositio præmio adfirmare nō possum qa nec a principio cū res in iudiciū deducta est cognoui. Posteaq; trāsmisso flumine Haly adtigerūt Phrygiā itinere per eā facto puenerūt Celænas: vbi fontes Mæādri existūt: & alterius ānis nō minoris Mæādro noie Catartactæ: q ex ipso foro Celænarū exoriēs influit in Mæādrū. In qua vrbe & in quo foro visitur suspensa Syleni Marsyæ pellis in vtrē formata: q̄ a Phrygibꝰ ferē Apollo illi detractā inspēdisse. In hac vrbe residēs Pythiꝰ Atys filiꝰ vir Lydꝰ oēm regis exercitū: atq; ipsū Xerxē magnificētissimo hospitio excepit: spopōditq; se pecuniā ei i bellū suppeditaturꝰ. Ob q̄ spōsionē Xerxes eos q aderāt Persas interrogauit qsnā eēt Pythius: & q̄tū possidēs q hoc pollicereť. illi rex inquiūt hic ille est qui Dariū patrem tuū aurea platano ac vite donauit: quique nunc omniū hominum diuitiis princeps est secundum te.

Hæc vltima verba Xerxes admiratus ſecũdo loco percõctatus eſt ipſe Pythium q̃tum ei pecuniarũ eſſet. Cui ille: Neq; te (inquit) celabo rex neq; diſſimulabo me ſcire meas ipſius facultates. ſed ſciens perinde exacte recenſebo. Etenim poſtea q̃ adcepi celerrime te ad mare græcũ eſſe deſcenſurũ volẽs tibi ad bellum pecuniã dono dare: ſubducta ratione cõperi mihi eſſe argenti quidẽ duo milia talentorũ: auri vero quadragies cẽtena milia nũmum Daricoꝝ ſeptẽ milibus minus: quæ tibi dono do Nã ipſi mihi victus e mancipiis atq; ex agricolis ſuppetit. Hæc Pythius. Quibus verbis delectatus Xerxes hoſpes lyde (inqt) Ego ex quo Perſidem regionẽ egreſſus ſum: neminẽ adhuc natus ſum: qui in exercitũ meum hoſpitalitatẽ exercere voluerit Aut qui in conſpectũ meũ veniens ſua ſponte pecuniã mihi ad bellũ cõferret præter te: qui & exercitũ meũ egregia hoſpitalitate proſecutus es: ingentẽ pecuniam polliceris. Ob q̃ vicißim ego te iis remunerandum duco. hoſpitẽ meum te facio & iſta q̃dragies centena milia nummũ meo ipſius explebo datis ſeptẽ milibus ne q̃dringẽtę Miriades ideſt quadragies centena milia ſint imperfectæ: ſed addito e meis ſupplemento ſumma ſit ſolida. Quæcq; poſſideas ipſe poſſideto: ac ſcito ſemper talẽ agere: Nã ita agentẽ te neq; in præſens neq; in poſterum pœnitebit. Hæc locutus & quæ dixerat executus perrexit aſſidue porro ire. prętergreſſuſq; vrbẽ Phrygiam nomine Anyna & ſtagnũ ex quo conficitur ſal peruenit Coloſſas Phrygiæ: opidũ vbi Lycus amnis hiatum terræ ſubiens occulitur. Deinde fere quinq; poſt ſtadia emergens elabitur & ipſe in Meandrũ. Mouẽs e Coloſſis exercitus venit ad opidũ Cydra: quod eſt in finibus phrygum ac Lydoꝝ: vbi cippus depactus atq; erectus a Croeſo eſt indicans literis eos fines. Vbi e Phrygia in Lydiã ventũ eſt ad diuortia viarum quarũ ſiniſtra in Cariã fert dextra Sardis: q̃ tenentibus neceſſe eſt prorſus Meandrũ tranſire vrbẽq; Callatibũ prætereire in qua ſunt opifices mellis e mirica & tritico cõficiendi. Hanc viã tenens Xerxes cõperit platanũ q̃ ob pulchritudinẽ aureo monili donauit: eãq; tuendam viro immortali delegauit. Et ad vrbẽ Lydoꝝ: altero die peruenit. Poſtq̃ Sardis aduenit principio caduceatores dimiſit in græciã petitũ terrã & aquã: edictũq; vt cœnas regi inſtruerẽt ad oẽs ciuitates præter Athenas & Lacedæmonẽ. Eorũ autem cauſa mittebat peti tũ terrã & aquã q hęc añ a Dario petẽti nõ miſerãt. Hos tũc p territos oĩo arbitrabaꝫ. id igitur volẽs explorare caduceatores

Pythii diuitiæ.

Myriades.

Anyna.

Coloſſæ.

Lycus flu.

Cydra.

Callatibum.

dimiſit. Secũdũ hæc ſeſe adparabat tãq̃ Abydũ profecturus cũ interea ii quibus negociũ hoc datũ erat Helleſpõtũ ex Aſia in Europã cõtũxerant. Eſt ãt Cherſonneſi in Helleſpõto Seſtum inter & Abydũ vrbes ora ſalebroſa q̃ in mare procurrit Abydo-

Helleſponti pons.

Artayctes.

benus regione. Vbi nõ lõgo poſt tẽpore. ſub Xanthippo Antiphronis filio Athenienſiũ duce Artayctẽ virũ Perſam Seſti põfectũ cepere viuũ: ſtipitiq; ſuffixerunt: qui ẽt in tẽplũ Proteſilai. qđ eſt in eleunte ad luctus fœminis nefanda perpetrabat. Ad hãc orã ex Abydo ĩũgere põtẽ incohauere ii: q̃bus hoc munus erat delegatũ: hinc Phœnices albo lino illic Aegyptius ſcripto.

Abydos.

Helleſponti ſtadia.

Eſt ãt ex Abydo ad vlteriorẽ cõtinentẽ ſeptẽ ſtadio⁹ traiect⁹: quẽ põtibus iõctũ ingẽs adorta tẽpeſtas ea omnia dirupit atq; diſſoluit. Quod cũ audiſſet Xerxes indigne ferens iuſſit trecẽta

Pons diſſoluitur.

Helleſponto verba inſligi: & in eius pelagus par cõpedũ demitti. Iam audiui miſiſſe quoq; cũ his ẽt qui ſtigmata Helleſponto inurerent: certe mãdauit: vt colaphos Helleſponto inuterent

Helleſponti compedes.

dicentes barbara verba ac veſana. O aqua amara dominus hãc tibi irrogat pœnã: q; eũ læſiſti qui de te nihil malẽ meritus erat Te tñ rex Xerxes velis noliſue tranſmittet. Meritoq; nemo hominũ tibi ſacrificat vt doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mare Xerxes plecti iuſſit: atq; eis qui p̃poſiti operi erant: caput præcidi. Et illos quidẽ pontes fecerunt ii quibus hæc ingrata merces propoſita erat. At alii Architecti qui alios fecerũt hoc modo iunxerunt biremes triremeſq; trecentas ſexaginta Euxinũ verſus Pontũ cõpoſuere. Item ab altero latere trecẽtas quatuordecim Ponto quidẽ tranſuerſas. Helleſponto ãt ſcdm deſuxũ vt ſtabiliret funes armamentoq; prægrãdes quoq; anchoras quas cõpoſuerant dimiſerunt partim ab hoc latere cõtra Pontũ ventorũ cã qui extrinſecus ſpirant: partim ab altero cõtra Veſperũ & Egæũ Eurũ & Auſtri cã relicto ad aurorã tribus in locis inter biremes trãſitu: vt qui vellet in Põtũ minutis nauigiis & extra Põtũ nauigare poſſet. His actis cõtenderunt a terra armamẽta cõtorquẽtes machinamẽtis ligneis nõ iã ſeparatim vtraq; ſed bina ex albo lino hinc: quaterna e Scirpo illic quorũ quidẽ retinaculorũ craſſitudo hæc erat & ſpecies: ſed p portione q̃ e lino robuſtiora erãt: cuius cubitus talento adpendebãtur: iuncto pontibus traiectu codices lignorũ diſciſſos & ad latitudinẽ ratis adæquatos apte inſtrauerunt ſup armamẽta intenta. Hos vbi gradatim diſpoſuerũt: tũ vero rurſus deſuper innexuerunt. Quod poſteaq̃ fecere materiã adtulerunt tonſi-

Hecatæus Clearcus Solenſis: & pleriq; q magos⁹ ſcripſere hiſtoriã Herodotũ mendacii arguũt qđ nihil harũ rerũ Xerxes fecerit. Vide Dioge. Laer. in .I. Valeri. Max. in .3. tñ Herodoto adſentit.

Pons alter artificior.

nec; impoſuerunt. Deinde ſuper materiam aggerē cōportarūt: quo iniecto ſemper hinc atq; hinc ne maris aſpectu iumenta & equi terrerentur p̄tenderūt. Perfectis his q̄ ad pontes pertinēt: & item circa Athon aggeribus ad fauces foſſæ ꝓpter æſtuaria maris ne ipſę fauces Aluei abſtruerēt Xerxes nūciato ſibi proſſus alueo abſoluto Sardibus vbi hibernauerat meunte vere inſtructo cū exercitu profectus eſt Abydū verſus: cui mouēti Sol ſuā in cœlo ſedē relinquēs adparere deſiit: cū nullę nubes verę ſereniſſimus aer eſſet: & ꝓ die nox exitit id animaduertēti cuꝝ inceſſit pcōctādi magos: quid oſtētū id vellet portēdere. illi reſpōdēt deū ſignificare Græcis ciuitatū defectionē q̄ dicerēt Solē Græcorū: Lunā ipſorū eſſe p̄ſidē. Ea re audita Xerxes maiorē in modū letatus ire pgebat. Quē ꝓcedentē adiēs Pythius Lidus cæleſti oſtento p̄territus elato animo ꝓpter munera his verbis adlocutus eſt. Domine indulgebis ne quiddā q̄d impetrare cupio tibi leue cōceſſu: ſed mihi ꝓ magno futurū. Xerxes nihil nō potꝰ illū q̄ q̄d petebat petiturū ratus ſe indulturū reſpōdit & peteret ꝓloqui iuſſit. Pythius vbi hoc audiuit ſumpta fiducia. Domine (inqt) q̄nq; mihi liberi ſūt: quos oēs cōtingit in militiā tecū ire aduerſus Græciā. Hoꝝ vnitu q̄ſo rex miſertꝰ mei q huc ꝓceſſi ætatis indulge militiæ vacationē eiq natu eſt maximus: vt & mei ipſius & cēſus curā gerat quatuor tecū vna ducas: ita cōfectis q̄ in aio hēs curſus reuertaris. Rex ob id admodū indignatus his verbis rñdit. Homo īprobe tu ne cū ego ipſe in expeditionē eā aduerſus Greciā filioſq; meos & fratres domeſticos & amicos ducā: auſus es mētionē filii tui facere qui meus es ſeruus: quē oportebat cū oi familia & vxore me comitari. Probe nūc diſcito hoc animū in hominū habitare auribus. Qui bene audit eius corpus voluptate pfundit: q vero male: is exacerbatur. Tu itaq; cū bene feciſti: & alia eiuſdē generis ꝓmiſiſti nō gloriaris te ſupgreſſum eē regē munificētia. Poſtea vero q̄ ad impudētiora cōuerſus es: nō tu qdē ꝓ merito ſed minora q̄ ꝓ merito adcipies. Nā te & quatuor liberos liberant tua munera. Vnius āt quē p̄cipue cōplecteris damno mulctabere. Hæc cū rñdiſſet ſubito impauit his qbus delegatū eſt iſta exequi vt maximū natu filiorū Pythii inuētū diſcinderēt mediū: eiuſq; diſciſſi dimidiū ad dexterā viæ: & dimidiū ad ſiniſtram diſponerēt: & illac trāſiret exercitus. Hoc illi vbi executi: illac exercitus pertrāſiit: in quo p̄cedebant ii q ſarcinas portabant & impedimenta. Poſt hos omnigenarū gētiū nō diſtinctæ ſed

Solis eclypſis.

Sol Græcorum deus Luna.

Audiēs bene Audiēs male

Xerxis impietas & migratitudo.

promiſcue copiæ numero vltra dimidiũ exercitus. Poſt has in-
Agminis ordo. tercedebat interuallũ (neq; n. cũ rege miſcebãtur) quarũ prin-
cipes erãt mille equites e Perſis omnibus delecti. Scdm totidẽ
haſtati. & ii delecti ex omnib⁹ verſis deorſum in terrã ſpiculis.
Niſei equi. Poſt hos equi decẽ q̃ pulcherrime ornati qui Niſei dicũtur: iõ
Niſe⁹ cãpus. ſic dicti q; eſt ingens medicę regionis cãp⁹ noie Niſeus: q grã-
des fert equos. Hos. x. equos ſequebatur ſacer Iouis curtus: quẽ
. viii. equi albi trahebant pone auriga comitãte: qui pedibus in-
grediens habenas tenebat. Hãc. n. ſellã nemo mortaliũ inſcẽ-
dit. Poſt quẽ ipſe Xerxes vehebatur curru equorum Niſeorum
Patiramphis precedẽte auriga: cui nomẽ erat Patiramphi Otanis filio viri
Perſæ. Hũc quidẽ in modum Sardibus proceſſit Xerxes: ſed e
curru quoties ratio exigebat in Eſſedũ trãſcẽdebat. Eũ ſeque-
bantur haſtati Perſarũ optimi ac nobiliſſimi mille e more pila
geſtãtes. poſt hos alius delectus eqtatus mille Perſarũ. Dehinc
e cęteris Perſis. x. milia peditũ delecta: quoꝝ mille in lanceis ꝑ
coronis geſtabant mala punica argentea: gerebãt itẽ aurea & ii
qui in terrã verſus ſpectantia ſpicula habebãt etiam mali ii qui
Xerxẽ proxime ſequebantur. Hæc. x. milia ordine ſubſequebaꝫ
equitatus. x. milibus Perſarũ: relicta poſt hos duoꝝ ſtadiorum
intercapedine: moxibat cætera multitudo promiſcua ita exer-
Caicus flu. citus e Lydia perrexit ad flumẽ Caicũ & regionẽ Miſiã: a Cai-
Cana mons. co ãt a leua habens montẽ Canã per Atarnẽ ad vrbẽ Carinã.
Carina vrbs. Ab hac per campũ Thebanũ ad vrbẽ Atramytiũ & Antandrũ
Atramytiũ. pelaſgidem prætergrediens & Idã ad ſiniſtrã manũ ſtringens
Antandros. ad terrã Ilienſem peruenit cui primũ ſub Ida noctẽ agẽti toni-
trua & fulgura ingruerũt: & cõplures ex eo exercitu exiauerũt.
Deinde ad Scamandrũ eſt vẽtũ: qui fluuiorũ omniũ primus ex
Scamandri aqua Xerxis quo itere Sardibus fieri cœptũ eſt. Hunc profluentem ſua aqua
exercitui nõ deſtituit: nec hominibus iumẽtiſq; potãtibus ſuffecit. Eo Xer-
ſuffecit. xes poſtq̃ puenit Priami pergamũ aſcẽdit loci viſendi cupid⁹.
Quod vbi cõtẽplatus eſt: & ſingula quæq; eoꝝ audiuit. Miner-
Rhœtio uæ Iliadi mille boues immolauit: quarũ libamine magi heroi-
vrbs. bus parentauerũt. His actis terror per noctẽ exercitum inuaſit:
Ophryneos. ſimul atq; illuxit illinc mouerũt a leua ſtringẽtes Rhœtion vr-
Dardano bem & Ophryneon & Dardanon: qui Abydo contermina eſt a
vrbs. dextra Gergitas & Teucros. Vbi Abydon venerũt Xerxi inceſ-
Gergitas. ſit cupido omnẽ exercitum oculis ſubiiciendi: itaque in ꝓtorio
Teucros vrbs quodã quod ei Abideni prius ab illo iuſſi e candido lapide in
tumulo regio pro dignitate extruxerant reſidens proſpiciebat:

littus & illic terrestres copias atq; classem: q̃ dū intuetur subiit eū cupiditas spectandi illius certamen. Id certamen postq̃ cōmissum est: in quo Sidonii vicere voluptatem Xerxes cœpit cū certaminis tum copiarū spectaculo. Et cum intueretur omnem Hellespontum naubus obductū, omnia littora atq; Abydenorū Xerxes vīso
plana hominibus refertaq; sibi se beatum esse iactauit: & post hæc exercitu illa-
lachrymas fudit. Quod animaduertēs Artabanus eius patruus chrymauit.
qui libere sentiens dissuaserat bellum Græciæ inferendum his Xerxis specta
verbis interrogauit. Quā diuersa rex inter se nunc facis & dudū culum.
dixisti: qui te beatum esse dixeras: nūc lachrymas fundis & ille
reputantem me inquit q̃ breuis est omnis humana vita: subiit Vitæ miserię
horū miseratio: quorum cum tot sint nemo ad centesimū annū
super erit. Excipiens Artabanus atqui (inquit) alia quam istud
est viuendo miserabiliora partimur. Ita tam breui vita nullus
hominū adeo fœlix extitit neq; horum neq; aliorum: cui non
crebro ne dum semel subeat animo moriendi volūtas potusq̃
viuendi. Nam incidentes calamitates & morbi vitam perturbant: efficiuntq; vt cum breuis sit: tamē perlonga videatur. Ita
mors optatissimū est perfugium erumnosæ vitæ q̃ deus dulci
gustu aspergens ob id inuidius fuisse deprehenditur. Cui Xerxes
Artabane (inquit) quoniā humanæ vitæ cōditio talis est qua- Mortis bo-
lem tu exponis, eā cōmemorare supersedeamus: neq; tristium num.
faciamus mentionem: cū iocunda in manibus habeamus. Hoc
mihi potius edissere. Nisi tibi ita euidēs in somnio visio fuisset
oblata: perstares ne adhuc in priore sententia dissuadens mihi Xerxis & Ar-
aduersus Græciā bellū: an ea persisteres. Agedū aperte hoc mihi tabani collo-
dicito. Et respōdens Artabanus. Visio (inquit) rex qua in som quium.
nis obiecta est: ad votū succedat ambobus. Ego tñ adhuc metuo
& adeo metu perculsus sum: vt nō sim apud me. Nā mecū repu
tās cū alia multa: tū vero duo & ea omniū maxima video tibi
esse hostilissima. Ad hæc Xerxes dæmonia viros (inquit) q̃nā
istas ais mihi hostilissima esse. Vtrū horū tibi improbandū vi-
detur tāq̃ nō satis copiosum. Terrestris ne exercit⁹ quasi multo
numerosior ille Græcus futurus esse videat: an classis tāq̃ illos
classe inferior: an hæc ābo. Nā si ob hoc imbecilliores tibi vi-
dētur nostræ res celerrime alterū qs exercitū cōparetur. Respō
dit Artabanus neq; hūc rex exercitū improbauerit quisq̃ qui sit
mētis compos: neq; hanc nauiū multitudinē etiā si plures coe- Duo Xerxis
geris. Quæ autē duo dico esse tibi multo hostiliora: ea vero hęc hostilissima
sunt terra & mare. Neq; n. vlq̃ maris port⁹ est eiusmodi vt ego Terra & mare

cõlecto: qui surgẽte tẽpestate sit capax huius tuæ classis: idonei usq; ad eam tutandam: neq; vero vnum tibi portũ esse oportet: sed vniuersam cõtinentẽ esse portũ: quo se recipiant naues. Ita q; cũ portus tibi opportuni de inito cõsilio: intellige Homines in arbitrio fortuitorũ: non fortuita in arbitrio hominũ: e duobus vno exposito pergã dicere alterũ. Tertia cũ ob alia tibi hostilis ẽ: tũ eo hostilior: si nihil obstiterit quo longius processeris: assidue victoriola surripiens. Nulla est hostibus rei bene gerẽdæ satietas. Vnde etiã vt nemo tibi occurrat dico regionẽ maiori in tẽpore maiorem tamẽ esse adlaturam. At vir ita demum fuerit optimus si in deliberando quidẽ omnẽ rem quancũq; pati posset reputans extimescit. In re autẽ agenda est audax. Cui Xerxes Artabane (inquit) merito tu quidẽ horum singula cõmemorasti. Tamen nõ est vt omnia reformides: oiaq; perq; cõsideres. Nã si velis in rei cõsultatione semper omnia perinde considerare: nunquã aliquid efficias. Satius est omnia alacriter adgredientẽ dimidium erũnarum pati. q̃ omni in re præsumpto metu nihil omnino pati. Quod si repugnando omnibus quæ dicũtur: non vis cõmittere vt quod firmũ est infirmetur. pinde peccas atq; is qui cõtraria istis dicat. Et hoc æqualiter se habet. Scire vero aliquem (cũ sit homo) qua ratione qd firmũ esse oporteat: neq; quaquã arbitror. At iis qui facere qd volũt cõsuevit plerũq; succedere emolumentũ: raro adsũt iis qui pensant oia: & quos agere piget. Cernis quo res Persica potentiæ processit: quo nunq̃ prægressam videres: si ii qui ante me extitere reges: istiusmodi consiliis quibus tu vsu fuissent: aut vtentes istis sententiis nõ alios suasores tales habuissent nũc pericula cõtẽnentes tantopere statum suũ prouexere. Magna n. negocia magnis cũ periculis suscipi volunt. Quare nos illorũ facta æmulantes optimo anni tẽpore ingredimur: subactaq; oi Europa rursus reuertemur nullã vsq; neq; famẽ neq; rem tristẽ passi. Nam & cõmeatus adfatim ipsi nobiscũ portamus: & ad quãcũq; vel regionẽ vel gentẽ venemus eius re frumentaria potiemur. Nã aratoribus viris non pastoribus inferemus bellũ Post hæc Artabanus quando quidem (inquit) nõ finis vllã rẽ formidari: & tñ mecũ admittis cõsiliũ necesse est. n. de multis negociis in longius extrahi orationem Cyrus Cãbyse genitus oẽm præter Athenas Ioniã Persis tributariã reddidit Quare suadeo ne quo pacto hos viros: aduersus patres suos ducas Nã sine Ionibus satis superq; sufficimus hostẽ superare: quos necesse est aut iniustissimos ẽe si metropolium

Homines in fortuitorũ arbitrio & non contra.

Vir optimus.

Homo firmi scit nihil.

Quib⁹ soleat persepe fœlici⁹ succedere

Magna cum periculis suscipi.

ſuam in ſeruitutē redigāt aut Iuſtiſſimos ſi illius libertatē adiu
nent. Si Iniuſtiſſimi etunt nullo modo certe nobis magno vſui Iniuſtiſſimi.
futuri. Si iuſtiſſimi magnā poterunt ſuo exercitu adferre perni Iuſtiſſimi.
ciem. Itaq; hoc vetus dictū tanq; probū rex in mente habe: non
ſtatim ab initio Exitū omnem eſſe manifeſtū. Ad hæc excipiēs Exitus oīs
Xerxes. Artabane (inquit) ſententiarū (quas dixiſti) in hac pē incertus.
pue falleris: q; lones metus ne immutent: quos maximū habe
m⁹ cōmilitiū: quos & tu teſtis es: & alii qui ſub Dario aduerſus
Scythas militauerūt: cū in eorū eſſet poteſtate ſitum vniuerſas
Perſarū copias & pdere & ſeruare fidē tñ iuſtitiāq; pſtitiſſe: nec
qcq; nos leſiſſe. Præterea cū liberos ſuos atq; vxores in noſtra
terrā reliquerint: nō eſt cā cur eos aliqd rerū nouarū moliri ſuſ
piciemur. Quare ne hoc quidē extimeſcas: ſed bonū habēs ani
mū tutare meā domū atq; Tyrannidē. Tibi.n. ſoli ego ſceptra
mea permitto. Hæc locutus Xerxes Artabanū Suſa dimiſit. ite Xerxes ad p
rūq; illuſtriſſimos quoſq; Perſarū adeſſit: q poſteaq; pſto fuere ſas oratio.
his eos verbis adlocutus ē. Perſæ ego vos: quos opera mihi o
pus ē cōtraxi: vt viri pſtātes exiſtatis: neue res hactenus geſtas
a Perſis magnas pclaraſq; dedecoretis: ſed cū ſingula tū vniuer
ſi exhibeam⁹ nos alacres: cōmune.n. hoc hominibus bonū eſt
ſtrennuos eſſe. Eaq; de re vos cenſui præmonēdos. ad bellū cō
ſtanter tolerandū. Nā vt ego audio aduerſus viros egregios tē
dimus: quos ſi ſuperauerimus nullus vnquā nobis alius exerci
tus obſtabit. Nūc igit deos præſides terre Perſidis pcatu tran
ſeamus. At eo die quidē die ſeſe ad tranſeundū parauerunt. Po
ſtero autē tantiſper morati ſunt dū ſolē exorientem cernerent
omnifarios odores in pontibus congerentes ac Myrto iter cō
ſternentes. Vbi ſol exort⁹ ē ex aurea phiala Xerxes libās in ma Xerxis dona
re apud Solē vota concepit: ne quid ſibi aduerſi contingeret, in Helleſpon
quo prius deſiſteret Europā ſubigere: q; ad illius terminos pue tum.
niſſet. Hæc pcat⁹ phialā in Helleſpōtū abiecit: aureūq; craterē
ac gladiū Perſicū: quem Acynacē vocāt Hoc pro cōperto diu Acynacis .i.
dicare nō poſſum vtrū Soli dedicās gladiū demiſerit in Pela gladius Per
gus: an Helleſpontū q; eū flagellaſſe pœniteret in cōpenſatio ſicus.
nē gladio donauerit. His actis per alterū pontiū qui vergebat
in pontū peditatus omnis equitatuſq; tranſiuit per alterum qui
vergebat in ægæū iumenta atq; ſeruitia pcedentibus decē mi
libus Perſarum coronatis omnibus quos promiſcuus omnium
nationum ſequebatur exercitus. Et hi quidē eo die. In ſequē
di autē primi trāſiere equites. qq; ſpicula deorſum verſa geſta-

bant: & ii etiam coronati. Dehinc equi ſacri ac ſacer currus. Tũ ipſe Xerxes. Poſt haſtati & mille equites & p̃terea alius exercitus quin etiã naues pariter adulteriora litora agebãtur. q̃q̃ hoc audiui poſtremũ omniũ pertranſiſſet regem. Xerxes poſteaq̃ in Europã traiecit: conſpicabatur exercitum ſub verberibus tranſeuntem. Tranſiuit autẽ eius exercitus ſeptẽ per dies totidẽq; noctes nullo tẽpore intermiſſo. Ibi iã tranſgreſſo Helleſpontũ Xerxe: fertur quidã vir Helleſpõtius dixiſſe: O Iupiter quidnã tu ſub ſpecie viri Perſę & adcepto Xerxis Prolouis nomine greciam e ſedibus ſuis exigere vis omnes homines ducens cũ etiã citra hoc tibi liceret facere id? Tranſgreſſis omnibus & iter ingredientibus ingens prodigium oblatum eſt: q̃ Xerxes nihili fecit: & ſi coniectura diſcutiendũ. Si quidem equa Leporẽ enixa eſt quod facile erat ad cõiectandũ. Fore.n. vt Xerxes exercitum aduerſus Greciam cũ maximo ſtrepitu & ambitioſiſſime duceret rurſuſq; pro ſeipſo ſollicitus ad eundẽ locũ fuga recurreret. Alterũ quoq; ei prodigiũ dum Sardibus foret exibitũ eſt. Mula enim mulum edidit anceipitia genitalia habente maris & fœminæ. ſed maris ſuperiora. Quo q̃ pdigio q̃ vtrũq; pro nihilo habens ire pgebat comitantibus enim terreſtribus copis nauticis extra Helleſpontũ nauigantibus ac terrã legẽtibus: & e diuerſo atq; terreſtres agentibus. Nã ipſi quidẽ veſperũ verſus ad Promontoriũ Sarpedonis nauigabant: quo cũ perueniſſent: iuſſi erant permanere. Illi vero ad auroram & ſolis exortũ iter faciebant per Cherſonneſum dextrorſum habẽtes ſepulchrũ Helles filiæ Athamãtis ſiniſtrorſum Cardiam vrbem per medium opidi: cui nomen eſt Agora id eſt forũ. Illinc deflectentibus ad ſinum nomine Melana hoc eſt nigrũ fluuius cui idẽ eſt nomen non ſuffecit: ſed alueum ſuũ deſeruit. Hoc fluuio tranſmiſſo a quo ſinus hic cognominatur ad veſperũ verſus contenderunt: Aenon vrbẽ æolidẽ & lacũ Stendoridem p̃tereuntes dum ad Doriſcon p̃uentũ eſt. Eſt autẽ Doriſcus traciæ litus pariter & campus ingẽs: quẽ grande flumen Hebrus interfluit: vbi extructus eſt is murus qui Doriſcus adpellatur: cui impoſitũ eſt Perſarum præſidiũ a Dario iam inde cũ Scythis inferebat bellum Cũ igitur locus digerendis recenſcendiſq; copiis idoneus ſibi videretur: Xerxes ita ſibi faciendum putauit. Eius iuſſu Nauarchi cum eo adpuliſſent omnes naues ad litus Doriſco cõtiguũ receperunt vbi Sala vrbs Samothracia & zona ſitæ ſunt: cuius vltimũ promontoriũ Serrium nominatur: qui locus quondam

Xerxis exercitus traiectus in Europam.

Lep? ex equa natus cuius Valerius Maximus in .I. meminit.

Mula mulum peperit.

Helles ſepulchrum.

Cardia vrbs

Agora.

Melaſ. flu. defecit.

Aenos vrbs.

Stendoris lacus.

Doriſcus.

Hebrus.

Sala vrbs.

zona vrbs.

Serrium.

fuerat ciconũ. In hoc litus adpulſa claſſe ac ſubducta qui in ea ſubducenda laborauerant reſpirauere. Per hoc tẽpus apud Doriſcũ Xerxes luſtrabat exercitũ. equidẽ quantũ ſinguli adtulerint copiaꝝ ꝓ certo adfirmare nõ poſſũ: qm̃ a nullis ꝓfᵒ hoibᵒ id refertur. Conſtat autẽ terreſtriũ copiarũ nũerũ fuiſſe cẽtũ ſeptuaginta Myriades: idem decies ſepties centena milia quorũ numerũ hoc modo inierunt. cõtraxerũt vnũ in locũ Myriadem q̃ ſunt decem milia hominũ: qua coartata q̃ maxime poterant circulũ extrinſecus deſcripſerunt loco circũſcripto: emiſſaq; illinc Myriade ſepẽ circũdederũt: Eatenᵒ excitãtes vt vmbilico tenus pertingeret. Eam vbi fecere aliam ſubindẽ atq; aliã Myriadẽ introduxerunt: donec oẽs cõnumerauerunt Cõnumeratos autẽ nationatim digeſſerunt: Ex quibus qui militabant hi erant Perſę hunc in modũ ornati circa capita geſtabãt pilea: quos vocant tiaras impenetrabilia: circa corpus tunicas variis ſquammis e ferro cõſertas in ſimilitudinẽ piſcium. Femoralia circa crura pro clipeis Gerra id eſt cetra pharetris ſubter pendẽtibus. Haſtas breues: arcus grãdes: ſagittas arũdineas. Ad dextrum femur pugiones e baltheo ſuſpenſos. Hi ducẽ habebant Otanẽ patrem Amaſtris: que erat vxor Xerxis. Vocabantur aũt quondã Perſæ a græcis Cephenes: a ſe vero ipſis atq; ab oculis Artæi. Verũ poſteaq̃ Perſeus Danaes & Iouis filiᵒ ad Cepheum belli filium cõmeauit & Andromedã eius filiã duxit vxorẽ tulit ex ea filium quẽ Perſen adpellauit: eũq; illic reliquit: a quo (nã Cepheus carebat virili prole) cognomen ſortiti ſunt Perſæ. Medi eodẽ ornatu inſtructi militabant. Nã hæc armatura medica eſt nõ Perſica. Habebant autẽ ducẽ Tigranẽ Achæmenidem. Ii quondam ab omnibus vocabantur Arii. ſed vbi ad eos cõceſſit ex Athenis Medea colchis immutauerunt & ipſi nomen. ita de ſeipſis Medi cõmemorant. Ciſii in militia cætero ornatu vt Perſæ ſunt armati: ſed pro pileis mitras ferũt. Eis dux erat Anaphanes Otanis filius: Hircani quoq; Perſica armatura ornati ducem habebãt Megapanũ: q poſtea Babylonis procurator fuit. Aſſyrii qui militabant hũc habebant ornatum ferreas in capitibus galeas Barbarico quodammodo cõſertas non facile penetrabiles: Clipeos: haſtas: pugiones: Aegiptiacis adſimiles: & ꝓterea ligneas clauas ferro inductas ac lineos thoraces: iſti græcis Syrii vocabantur: ſed a barbaris Aſſyrii ſunt vocati iter quos Chaldei ſunt. iis præerat Hiſtaſpes Artachęi filiᵒ Bactrii capitis ornatu in acie ſimillimo illi medico muniti

Xerxis numerus.

Myrias cum accẽtu in pœnultia .x. milia hominũ ſignificat cum graui vero ac cẽtu infinitũ numerum.

Perſarũ armatura.

Tiara quid.

Gerra.

Otanes.

Amaſtris vxor.

Cephenes.

Artæi.

Cepheus.

Andromeda

Perſeus.

Perſæ vnde.

Medorũ armatura.

Tigranes.

Arii q ſint.

Medi Ciſii.

Anaphanes.

Hircani.

Megabanus.

Syrii.

Sacę.

Bactrii.

erant: ſed more gentis arundineis arcubus & haſtis breuib⁹ Sacæ & Scythæ ſunt criſtatas in capitibus caſſides geſtabant in acutũ erectas: atq; cõpactiles: induti femoralibus: nec non arc⁹ gentiles atq; pugiones: ad hoc Dolabras ac bipẽnes. Hos cum ſint Scythæ Amirgii Sacas adpellabãt: q; cũctos Scythas Perſæ Sacas adpellant Bactriis & Sacis præerat Hiſtaſpes Darii filius: & Atoſſæ Cyri filiæ: Indi veſtiti erant amictu e lignis cõfecto: arcus arundineos geſtabãt. itemq; arũdineas ſagittas ferro præfixas. ita inſtructi indi erant ſub duce Pharnazatre. Artabatis filio. Arii medicis arcubus muniti erant cæteris quẽadmodũ Bactrii. Iis p̃erat Siſãnes Hydarnis fili⁹. Parthi & Choraſmii & Sogdi: & Sandaurii: & Dadicę eandẽ in acie q̃ Bactrii armatura geſtabãt. Quorũ Parthis & Choraſmiis p̃erat Artabazus. Pharnacis Sogdis Artanes Artæi: Sandaurijs & Dadicis Artybius Artabani filius. Caſpii Siſyrnis: quod eſt genꝰ pellæ induti arcus gentili more arũdineos geſtabant & Aciaces ducẽ ſui agminis habẽtes Ariomardũ Artybii germanũ. Sarãge indumenta geſtãtes verſicoloria decori erant. Caligaſq; genũ tenus extẽtas arma habebãt arcus lanceaſq; medicas duce Pherẽdatæ Megabazi filio. Pactyes & ipſi Siſyrnas ferebãt & vernaculos arcus atq; pugiones: quos duxerat Artaytes itrãitis filius. Vtii & Myci & Paricanii eodem quo pactyes armati erant. Sub his ducibus Vtii quidẽ & Myci ſub Arſamene Darii Paricanii vero ſub Siromitre oebazi filio. Arabes ſuccincti erãt ziras amiculi genus arcus recuruos habileſq; geſtabãt. Aethiopes pardorũ pellibus leonũq; amicti arcus e palmarũ Spathis factos gerebant quatuor non minus cubitis longos & itẽ p̃longas ex arundine ſagittas pro ferro p̃fixas eo lapide acuminato quo ſigilla ſculpunt: p̃terea haſtas capræe cornu p̃fixas in modũ ſpiculi acuminato & clauas p̃ferratas. Ii cum eũ in pugnam dimidiatum corpus Gypſo dimidiatũ minio illinunt. Arabum Aethiopũq; qui trans Aegyptũ incolũt: dux erat Arſanes Darii filius. & Artyſtonæ Cyri filiæ: quã Darius ex vxoribus maxime adamans cũ talari ex auro tunica effinxit. Arſanes quidẽ Aethiopibus: qui ſunt trans Aegyptũ atq; Arabibus præerat. Ii autẽ Aethiopes qui ſunt ab ortu ſolis (nã bifariã militabãt) cenſebãtur cũ Indis ſpecie nihil admodũ a cæteris differentes ſed ſono vocis dũtaxat atq; capillatura: Nã Aethiopes qui ab ortu Solis ſunt promiſſos crines: qui ex Aphrica criſpiſſimos inter omnes homines habent. Aethiopes qui ex Aſia ſunt ple-

Indi.

Siſamnes. Choraſmii. Artabazus.

Siſyrnæ.

Sarangæ.

Pactyes.

Vtii. Myci. Paricanii. Arabes. ziræ. Aethiopes.

Arſanes. Artyſtona. Aethiopum crines.

racq; arma quæ Indi geſtabant pelleſq; frontiũ equinarũ cũ auribus atq; iubis in capitibus vt ipſæ iubæ ꝓ criſtis eſſent. & hirtæ aures equinæ rigerent. in locũ clipeorũ pelles gruũ prætendebant. Pœni corio armati iere: ac iaculis præuſtis duce Maſſãge Aorizi filio Paphlagones capitibus gerebant compactiles caſſ. des ſcuta exigua haſtas haud longas. Præterea iacula pugioneſq; pedibus caligas more gentis ad media crura ſubtentas. Eandem quã Paphlagones armaturã geſtabant. Lygies & Matieni & Mariandini: & Syri. Iſti Siri a Perſis Cappadocesvocantur. Paphlagonũ & Macienorũ dux erat Dotus Megaſidi filius: Mariandinorũ & lygiũ & Syrorum. Gobryes Darii filꝰ & Artiſtonæ. Phryges proximam Paphlagonicæ armaturã gerunt paulum differentes (qui vt Macedones aiunt) tã diu vocati ſunt Bryges q̃diu Europei fuerunt Macedonum adcolæ. Tranſgreſſiq; in Aſiã vna cũ loco immutauere in Phryges. Armenii horũ cultu armati erant vtiq; Phrygiũ coloni. His vtriſq; ꝑerat Artochmes: qui Darii filiam in matrimonio habebat. Lydi ꝓxime ad græcorũ armaturam adcedebãt Olim Meones vocati: priſtinoq; noie ſublato ab Lydo Atyis cognomẽ adceperũt. Miſi ſup capita gẽtiles galeas ferebant Scutula quoq; ac pręuſta iacula. Sũt ãt Lydoꝝ colonia mõte olympo olympieni noiari. Hoꝝ vtriſq; ꝑerat Artaphernis filiꝰq; collega Date apd Marathonẽ cõflixit Thraces e pelle vulpina caſſides geſtabant tunicis induti & inſup circũdati variis ſagulis: pedibꝰ ac tibiis indutis caliga e pellibus hinnuloꝝ: ferẽtes ꝑterea iacula & peltas & pugiũculos. Iſti trãſgreſſi in Aſiã vocati ſunt Bithyni prius adpellati (vt ipſi aiunt) Strymonii. q; Strymonẽ adcolerẽt: a ſuiſque ſedibus exacti. Teucris & Myſis Thracibus: qui Aſiã incolunt præerat Bagaſſaces Artabani filius geſtantibus breuia e corio ſcuta & bina ſingulis veruta ad lupos conficiendos apta in capitibus æreas caſſide: & ſuper caſſides ex ære factas aures bouis & cornua impoſitis etiã criſtis cruribus pãno phœniceo induris. Martis oraculum apud hos viros eſt. Camelees Meones qui Laſinii vocantur eundem cultũ geſtabãt: quẽ cilices: quẽ ego dũ ordine ad cilices veniã indicabo. Minyæ Lanceolas gerebãt & veſtes fibulis ſubſtrictas: & eorũ nõnulli Lycios arcus in capitibus galeas e pellibus factas. Horũ omnium prefectꝰ erat Badres Hyſtanis filiꝰ. Moſchi lineas circa capita caſſides gerebãt ſcuta q̃ ac haſtilia breuia ſed longa in haſtilibꝰ ſpicula. Eodẽ quo Moſchi ornatu militabãt Tibareni & Ma-

Pœni. Paphlagones. Lygies. Matieni. Mariandini. Syri dicti Cappadoces Gobryes. Bryges dicti. Phryges. Lydi Olim. Meones. Olympieni. Artaphernes Thracũ arma tuta. Bithyni ſunt Strymonii o lim vocati. Bagaſſaces. Camelees. Meones. Minyæ. Badres. Moſchi.

Tibareni. crones & Moſynœci quos hi regebant Moſcos & Tibarenos
Macrones. Artobardus Darii filius & Parmyis filię Smerdis filii Cyri. Ma
Moſynœci. crones & Moſynœcos Autarces Choraſmis filius: qui Seſti in
Artobardus. Helleſpõto præſes erat. Mares in capitibus ligneas galeas ge
Parmis. rebãt: ſcutulaq; e crudo bouis tergore: atq; lanceolas præterea
Autarces. Machæras quibus atq; colchis præerat pherendates Theaſpis
Alarodii. filius. Alarodii & Sapires eodẽ quo Colchi ornatu militabant
Sapires. duce Maſiſtio Sirometris: Inſulanæ gentes q̃ rubro e mari ſecu
tæ ſunt ex iis inſulis ad quas trãſportare rex ſolet: quos e ſuis
locis ſummouet: gerebant proxima medis & veſtimenta & ar
Mardontes. ma quibus præerat Mardõtes Bagæi: qui apud Micalẽ dux al
tero anno in pugna oppetiit. Hæ erant nationes: quæ per con
tinentẽ ibãt: ex qbus cõſtabat pedeſter exercitus qb⁹ ii p̃erant
q cõmemorati ſunt: qq; ordinarãt milites cõnumeraueráq; &
Chiliarchas ideſt tribunos qui mille: & Myriarchas qui decem
Chiliarchæ. milibus præſunt delegerant. Nã Myriarchæ cẽturiones deca
Myriarchæ. noſq; creauerant: Erant & alii agminũ & gentiũ pretores. Ve
Xerxis impe rum ii qui nominati ſunt duces. Horũ tamen & totius exercit⁹
ratores. imperatores Mardonius Gobryis filius: & Tritãtæchines fili⁹
Mardonius. Artabani: qui diſſuaſerat bellum Græciæ inferendum & Smer
Tritãtęchi- domenes Otanis filius ambo hi fratrum Darii filii: Xerxis pa
nes. trueles & Maſſyſtes Dario & Atoſſa gẽitus: & Gerges Artagi
Smerdome- & Megabizus zopyri filius. Hi erant imperatores omnium co
nes. piarum p̃ter delecta Perſarũ decem milia: quibus pręerat Hy
Maſſyſtes. darnes Hidarnis filius: qui vocabantur immortales: ob hoc q̃
Gerges. ſi quis eorum aut nece aut morbo numerum imminueret alius
Megabizus. ſufficiebatur: nec vnq̃ plures erant pauciores ue decẽ milibus p̃
Hidarnes. cipio inter omnes cultu decori: & iidẽ præſtantiſſimi omnium
vt dictum eſt. & præterea immenſo auro cõſpicui ducẽtes vna
carrucas cũ pallacib⁹ ac familia permulta eaq; belle ornata: nec
non camelos ac iumenta p̃ter cęteros milites. q̃ cõmeatum ſu
portabant. Equitant autẽ hæ nationes: ſed non omnes habe
bant equos verũ hæ ſone. Perſæ qui eadẽ erant qua peditatus
armatura ornati: niſi q; qdam ſingulares in capitibus opera ex
ære ferroq; ductilia. Sunt quidam Nomades homines: qui Sa
gartii adpellantur & gẽte & voce Perſæ: ſed cultu inter Perſicũ
& pactycũ qui adtulere equitatum octo miliũ equitũ armaturã
Nomades neq; aheneã neq; ferream adſueti ferre p̃ter pugiones. vtentes
ſagartii. reſte e loris cõſerta; q̃ freti in prælium eunt. Eſt autem prælium
eorum vſi orum huiuſmodi. Vbi cum hoſte congreſſi ſunt ini-

exigendã:offerebãq; me adiutorẽ ad liberanda emporia:vnde vobis magna emolumenta atq; voluptates prouenerãt: vos venire noluistis: neq; mei adiuuandi gratia:neq; vltionis de nece Doriana exigendæ.Itaq; quantũ in vobis est omnia hæc a barbaris possidentur Verũ nobis hæc in melius reciderunt. Nunc quoniã circunuenit vos atq; adtigit bellum:ita demũ Gelonis memoria facta est:Sed cõptẽptus a vobis nõ ero vestri similis: sed paratus ab opẽ ferendã ducentarũ triremiũ & viginti miliũ armatorũ:ac duũ miliũ equtũ:totidẽq; ferẽtariorũ:totidẽq; leuis armaturæ.totidẽ sagittariorũ:totidẽ funditorũ:ac rei frumẽtariæ cunctis Græciæ copiis suppeditaturæ donec fuerit debellatum.Hæc me præstaturum recipio:sed ea lege polliceor vt ego sim aduersus barbarum Græcorum imperator.Aliter neq; ipse venirẽ:neq; alios mitterem.Ea Syagrus audiens non tulit:sed o q̃ emularet(inquit) Pelopides Agamennon si audiret Spartiatas imperiũ subdidisse Geloni atq; Syracusanis.Tu vero ne feceris huius rei mentionem amplius . Sed si tibi animus est opem ferendi Græciæ:esto sub imperio Lacedæmoniorum. Si dedignaris subesse: non habes animum opem ferendi Ad hæc Gelon vbi vidit verba Syagri auersa hanc ad extremũ protulit orationem.Hospes spartiata contumeliæ homini factæ solent irritare indignationem.Verũ tu contumeliosis in me verbis inuehens non tamen induxisti me ad vicem cõtumelioſe reddendam.Sed quando vos ita imperiũ amplectimini : multo me magis q̃ vos decet illud amplecti : qui multo maiorũ copiarum ac plurium nauiũ imperator sum.Cæterum quoniã ista oratio vestra in contrariũ nititur: nos a'iquãtũ a superiore nostra oratione decedemus:Sin vos terrestribus copiis præsueritis:ego nauticis præero.Sin nos mari imperitare iuuat:ego terrestribus copiis imperitare volo.Ex quo oportet vos aut alterutra harũ rerum esse contentos:aut his sociis destitutos abscedere. Hanc Gelon conditionem offerebat. Cui nuncius Athenienſis Lacedæmonios ante vertens ita respondit. Rex Syracusatorũ Græcis nos ad te misit non imperatorũ indiga:sed exercitus.Tu vero præ te fers non missurum te exercitũ nisi sis Græciæ imperator:Videlicet vt illi imperes adfectas.Itaq; quantum ad eam partem pertinet:q; cuncto Græcorum exercitui præ esse postulas:sufficerit nobis Athenienſibus silentiũ agere intelligentibus Laconem fore idoneũ ad redendã pro vtriſq; rationem. Quãtum ad illud adtinet quod poscis vt vniuersæ classi p̃sis

Syagri rñsio.

Cõtumelia indignationẽ irritat.

Gelonis magna imperandi libido.

Athenienſis nũcii rñsio.

ita habeto: nos etiam vt Lacon permittat nõ esse permissuros præesse te classi nostrũ munus hoc est nisi Lacedęmonii id velint quibus præesse classi volẽtibus nõ cõtradiceremus. Alteri vero cõcederemus nemini. Nam alioqui frustra plus nauium q̃ cæteri græci possideremus. Si Syracusanis imperiũ cederemus qui sumus Athenienses & antiquissimæ originis: soliq; græcorũ qui nũq̃ solum vertimus: e quibus virum instruendo ornãdoq; exercitu aptissimũ Homerus versificator ait illum esse: vt nõ sit dedecus nobis ista cõmemorare. His Gelon ista respõdit. Hortes Athenienses apud vos qui præsint habetis: qui subsint non habetis. Quocirca quũ nihil cedere sed totum optinere velitis: q̃ celerrime hinc retro abscedatis renũciaturi græciæ ver ex anno illi exaruisse: cuius dicti sensus hic est. Cũ constet probatissimã anni partem esse ver talem esse suũ exercitũ innuebat: quo græcia priuaretur: quasi quodã vere: quod illi exaresceret non inita secũ societate. Hoc responso Gelonis adcepto nũcii græcorũ profecti sunt. post hæc Gelon timẽs quidẽ ille græcis ne impares Barbaro essent: tamen indignũ atq; intolerandum sibi ratus vt profectus in Pelopõnesum subesset Lacedęmoniis qui Siciliæ tyrannus esset omissa hac via aliam iniit. Nam vbi primũ audiit Persam transmisisse Hellespõtũ: misit cum tribus biremibus Cadmũ Scychæi coum multa cũ pecunia ac placidis verbis ad obseruandum: quo casura esset pugna vt si Barbarus vinceret ei pecuniã traderet: terrãq; & aquam eorum locorum quibus Gelon imperaret: sin vincerent græci rursus pecuniam reportaret. Hic Cadmus ante id tempus cũ tyrannidẽ Coorũ a patre adcepisset satis validam nullo aduerso casu sed ob iusticiam sua sponte eam in media ciuitate deposuit: atq; in Siciliã abiit. Vbi vna cũ Samiis vrbẽ zanclam cuius nomẽ in Messanã mutatũ est tenuit atq; incoluit. Hunc Cadmũ atq; hunc in modum eo profectũ Gelon ob iusticiã quã illi ex aliis rebus adesse nouerat Delphos misit: cuius hominis inter alia quę edidit opera iusta hoc nõ in postremis reponitur: q; tantũ pecuniæ a Gelone cõmissum interuertere cũ posset noluit: sed posteaq̃ græci pugna nauali superiores extitere. Xerxesq; cũ exercitu abiit: & ipse in Siciliam rediit cum omni pecunia. Fertur autẽ & hoc ab iis qui Siciliam incolũt Gelonem inducto ad obtemperandũ Lacedæmoniis animo fuisse laturũ græcis auxilia nisi Terillus Crinippi eiectus ex Himera vbi erat tyrannus a Terone Aenesidemi Agragãtinoq; monacho adcessisset per id tẽpus Phœ-

Athenienses græcorũ soli qui nũq̃ solũ verterunt.

Gelonis responsio.

Cadmus Gelonis nũcius.

zancla olim nũc Messana

Terillus.

Teron.

nicū & Pœnorū & Iberorū & Ligiorū & Eliſycorū & Sardonū & cyriniorū trecēta milia duce eorū Hamilcare Hannonis Carthaginienſiū rege: quos Terillus abduxerat cū perſuaſos hoſpitii neceſſitudine: tū præcipuæ prōpta animi volūtate Anaxilei Critenei Rhegini tyranni: qui filios ſuos Hamilcari obſides dedit vlciſcendi ſoceri cauſa. Habebat. n. Anaxileus in matrimonio Terilli filiam nomine Cydippā Ita Gelonē cū nequiret auxilia Græcis ferre Delphos miſiſſe pecuniā: ꝓterea aiunt iidem contigiſſe vt eodē die Gelon & Theron Hamilcarē Carthaginienſem in Sicilia ſuperarint: quo Græci in ſalamine Perſam Quinetiā Hamilcarē qui a patre quidē Carthaginienſis a matre vero Syracuſanus erat: & ob virtutē Carthaginienſiū rex cū cōflixiſſet prælio victū e cōſpectu fuiſſe ablatū audio: nec vſq; gētium aut viuū aut mortuū cōparuiſſe. Omnia. n. Gelonē indagando colluſtraſſe: Apud ipſos autē Carthaginienſes illius imaginem colētes hæc fama eſt dū Barbari cū Græcis in Siciliā ab aurora ad crepuſculū ſine intermiſſione pugnarent tādiu. n. extractum fuiſſe prælium: interea Hamilcarē in caſtris permanentē ſacrificaſſe: atq; litaſſe ſolida corpora adgerentē in ingentē pyram: ſed cōſpectis ſuis in fugā verſis vt erat in faciēdis ſacris occupatus ſeſe in ignē miſiſſe: atq; ita cōbuſtū e cōſpectu ſubſatū. Cui ſiue hoc mō vt Phœnices: ſiue alio vt Carthaginiēſes & Syracuſani memorant ex oculis ablato nunc Carthaginiēſes ſacrificant extructis monumentis cū alibi in oībus ſuis coloniis: tum præcipue in ipſa Carthagine. Hactenus quæ ad Siciliam adtinent. Corcyrei aliud nunciis reſponderunt: aliud fecerunt: Nā cū eos Iidē nuncii qui in Siciliā inerāt adiſſent: & eiſdē quibus Gelonem verbis adlocuti fuiſſent: polliciti ſunt confeſtim ſe auxilia miſſuros ac p̄ſidio futuros negantes ſibi Græciā negligendā ſalute periclitantem: Quæ ſi cōſlaberetur nihil aliud ſibi ſupereſſe: q̄ vt primo quoq; die ſeruirent. Ideoq; ſibi quo ad poſſent illā eſſe adiuuandā. Hæc illi aſpectu ſpecioſa reſponderunt. At vbi ferre opē oportuit aliud habētes in animo ſexaginta naues inſtruxere: ægreq; digreſſi Pelopōneſo adplicuere: ac circa Pylon & Tænaron oræ Lacedæmonioꝝ naues in ſtatione ſtatuere obſeruantes & ipſi bellū quo eaderet deſperantes fore vt Græci ſuperarent: ſed opinantes Xerxē multū ſuperiorem victæ Græciæ imperaturū. itaq; curauere vt hæc verba apud Perſam facerēt. Adhortantibus nos Græcis ad hoc bellū rex: qđ nō minimū & copiaꝝ & nauiū ſed plurimū ſcđm Athe-

Anaxileus.

Cydippa.

Theron.

Hamilcar ſuperatus.

Hamilcaris genus.

Iuſtinus Trogi Pōpei cūſcriptor in .4. li. Hamilcarē cū excercitu amiſſum in .20. autem lib. in Siciliē ſi bello interfectū ſcribit.

Corcyreorū naues.

Corcyreorū oratio ad Xerxem.

nienſes habemus tamē aduerſum te ſre noluimus: aut quippiā tibi moleſtiæ facere. Hæc dicendo ſperauerunt ſe pl⁹ aliquid q̄ cæteros adlaturos: quod etiā (vt mihi videtur) contigiſſet. Ad Græcos autē excuſationē parauere: qua etiā vſi ſunt. Accuſanti b⁹.n. Greis q⁹ opē nō adtuliſſent: dixere ſexaginta ſe triremes armauiſſe: ſed pervētos eteſias ſuperare Maleā negſſe. Atq; ita ad Salaminē ſe nō cōtulere: nec vllı⁹ cladis pugnæ naualis participes fuere. Et iſti quidē ita Greços a ſe ſummouerūt: Cretes poſtq̄ aditi ſūt ab iis Græcis qb⁹ hoc negociū datū erat hoc ſibi faciēdū putarūt: vt certos hoies publicitus Delphos mitterēt deū cōſultores nūquid ſibi ſatius foret Græciā defendere. Quib⁹ Pythia rñdit. O ſtulti iputate vobis quaſcūq; lachrimas ob defenſionē Menelai vobis Minos gemebūdus imiſit. Quo niā illi qdē nō ſuntvlti cædē minois in Camico factā. Vos āt vlti eſtis illis mulierē a Sparta aviro Barbaro raptā. Hęc Cretes adlata vbi audiere ab auxilio ferendo ſuperſedere. Si quidē fertur Minoē cū Dædalū veſtigās in Sicaniā: q̄ nūc Sicilia dicit: peruenīſſet: vi ei⁹ vitæ adlata occubuiſſe. interfecto deinde tpe oēs cretes p̄ter Polichnitanos & p̄ſios diuinitus inſtructos cū magna claſſe in Sicaniā traiecīſſe. & quinquēnio obſediſſe Camicū: q̄ (vt mea fert opinio) Atragātini icolūt. Ad extremum cū neq; illā expugnare poſſent: neq; pmanere: fame euecti ea relicta abiiſſe: & dū circa Iapygiā curſum tenēt: ingenti eos tempeſtate adorta in terrā fuiſſe eiectos: laceratiſq; nauibus cū nullus in Cretā receptus oſtēderetur: illic ſubſidentes vrbē Hyriā condidiſſe: & mutato nomine p Cretibus lapyges Meſſapios eſſe effectos. & p inſulanis continenticos: & ab vrbe Hyria alias incoluiſſe. Quas diu poſt Tarētini euertētes magnā in ruinā deuenere. Vt hæc maxima cedes omniū (quas nouimus) extiterit tū ipſorū Tarētinor̄: tū Rheginor̄: quia Micytho Chœri ad tria milia ciuiū adacti opē ferre Tarētinis interiere. Ita ipſorum Tarentinor̄ qui cæſi ſunt numerus nō eſt initus: Micyth⁹ qui Anaxilei famulus erat & procurator Rhegii relictus: vbi ex ea vrbe excidit Tegeā Arcadū incoluit: cōplureſq; ſtatuas in Olympia cōſecrauit. Sed mihi Rheginor̄ & Tarētinor̄ exceſſus ab oratione factus. in Cretā igitur deſolatam præſii aiunt cum alios homines tū p̄cipue Gęrcos imigraſſe: Tertiaq; ab exceſſu Minois ætate res Troianas fuiſſe in qb⁹ nō deterrimos extitiſſe Cretēſes Menelai defenſores: & ob id eos Troia reuerſos vna cū ſuis oīb⁹ fame peſtilētiaq; correptos. Iterūq; deſolatā

Cretenſiū oraculū. Minois mors. Sicania quæ olī Trinacria nūc vero Sicilia dř inqt Diodo. in .6. Nō Polichnitanos ſed Polichnitanos vt in græco ſcribř codice legēdum eſt. Præſii Camic⁹ vrbs Acragantini vt in græco codice & nō Atragātini. Hyria vrbs. Micythus. Cretēſes cur græcis nō tulerit auxiliū.

Cretã cum reliquis nunc a tertiis Cretenſibus habitari. Harũ rerum memoriã refricando Pythia illos ad ferenda græcis auxilia animatos cohibuit. At Theſſali neceſſitate ſuabcti circa initia Medorũ partes fouerũt: cum expectarent nõ placere illis quæ Aleuandæ excogitaſſent. Nã cum primũ audiere Perſam traiicere in Europã nuncios ad Iſthmũ mittunt: vbi prouiſores Græciæ delecti e ciuitatibus coacti erant ad rebus Græciæ proſpiciendũ. Ad quos poſtq̃ venere nuncii Theſſalorũ ita verba fecere. Viri græci olympiacum ingreſſum cuſtodiri expedit: vt Theſſaliæ pariter atq; oi græciæ ſit belli tutamen. Nos eqdem ad cuſtodiendũ præparati ſumus: ſed vos quoq; debetis multum illic mittere copiarũ: quas niſi mittatis ſcitote nos pactionem inituros eſſe cũ Perſa. Neq; n. decet nos adeo ante cę terã greciam poſitos pro vobis ſolos occũbere. Quibus ferre opem ſi recuſatis: nullã poteſtis iniungere neceſſitatem. Nulla nãq; fortior neceſſitas eſt q̃ imbecillitatis. Itaq; per noſmet ali qua ratione ſalutẽ nobis comparare conabimur. Hæc Theſſali. *Ob quæ græci illuc mittendum decreuere exercitũ pedeſtrem mari ad ingreſſum cuſtodiendũ.* Exercitus vbi coactus eſt per Eurippũ nauigauit qui poſtq̃ ad Algas Acaiæ peruenit egreſſ⁹ illic relictis nauibus in Theſſaliã contendit: & ad Tempe peruenit ad ingreſſum qui ab inferiore Macedonia Theſſaliã fert iuxta amnẽ Peneũ inter Olympũ & oſſam montes. ibi caſtra poſuere græci ad decẽ milia armatorũ coacti: quibus aderat Theſſalorum equitatus ducibus e Lacedæmoniis quidẽ Eueneto cariui delecto ex Polemarchis: q̃q̃ nõ eſſet e regio genere. Ex Athenienſibus autẽ Themiſtocle Neoclis filio. Verũ paucos illic dies immorati ſunt: Aduenerunt enim ab Alexandro Amyntę viro Macedone nuncii ſuaſum eis vt illinc decederent ne in ingreſſu perſtantes ab exercitu irrũpente proculcarent: Videlicet multitudinem terreſtrem nauticãq; indicando. Horũ conſilio græci: (nam & bene ſi conſuli & bono erga ipſos animo Macedo eſſe videbatur) obremperauerũt. Quanq̃ mihi videntur metu quoq; id ſuaſiſſe: q; audierant aliũ etiam eſſe in Theſſaliã ingreſſum per Perrebos in ſuperiori Macedonia iuxta vrbẽ Gonon: qua & tranſiuit: exercitus Xerxis. ita græci ad naues regreſſi rurſus ad Iſthmum ſe receperunt. Hęc fuit in Theſſaliam ſumpta expeditio: dũ rex in Europam ex Aſia tranſiturus erat: ſed Abydi iam agebat. Theſſalia a ſociis deſerti iã nihil ambigẽtes ita prompti ad Medos tranſiere: vt in rebus gerendis ſeſe regẽ

Theſſali.

Imbecillitatis Neceſſitas fortiſſima.

Eurippus.

Algæ.

Eueneto.

Themiſtocles.

Gõnus vrbs.

præſtiterint vtiliſſimos. Græci ad Iſthmũ reuerſi ob ea quę ab Alexandro dicta erant cõſultabant: & qua ratione bellũ gerendum ſtatuerent: & quibus in locis. Euicitq; hæc ſententia vt prædio aditum Thermopylarum cuſtodirent: quippe qui videbatur & anguſtior q̃ ille Theſſaliæ: & ſolus & ipſorum terræ propinquior. Nam ſemitam (qua græci intercepti poſtea fuere apud Thermopylas) haud nouerãt prius per quã ducibus Trichinijs ad Thermopylas hoſtis peruenit. Hũc igitur aditum vt tuerẽtur decreuere ne Barbarus tranſiret in Græciã: vtq; claſſis perueheretur Hiſtiæ Otidẽ orã ſup Artemiſiũ. Hæc.n. loca inter ſe vicina ſunt: vt audiri vtrinq; poſſint q̃ apud alteros gerãtur: q̃ loca ita ſe habent: Artemiſiũ quidẽ a Pelago Thracio ex laxitate in arctũ cogitur traiectũ: qui eſt inter inſulã Sciathũ & cõtinentẽ Magneſiæ: ab anguſtiis aũt Euboiæ iam Artemiſiũ excipit litus: in quo eſt Artemidis id eſt Dianæ tẽplũ. Ingreſſus vero in Græciã p Trichinũ vbi artiſſimus dimidij iugeri eſt q̃q̃ ad dexterã regionẽ non eſt hic locus artiſſimus: ſed ante poſtq; Thermopylas. Iuxta Alpenos a tergo ſitos tãtũmodo ad agẽdũ vehiculũ patet anterius iuxta flumẽ Phœnicẽ prope vrbem Anthelã ſolũ agẽdo vehiculo ſufficit. Thermopylarũ qd̃ mõtis ad Heſperũ vergit inadceſſum eſt: & prælati p̃cipitti ꝓtentũ vſq; ad Oetã. quod aũt viæ vergit ad aurorã: Ida mari excipit ac vadoſis. In hoc ingreſſu ſunt Therma lutra id eſt calida lauacra: quæ Chytrus id eſt hollas indigenæ vocãt: & deſup: Ara Herculi extructa. Ad hos ingreſſus murus eſt edificatus: ſuper quẽ olim Pyle id eſt porte erãt. Eũ aũt edificauerãt Phocenſes metu Theſſalorũ ex quo illi ex Heſprotis terrã Aeolidẽ iere habitatũ: quã nũc poſſidẽt. Et quia Theſſali conabãtur eos ſubigere: p̃ſidio impoſito tutabãtur: aquãq; calidã ingreſſui induxere: vt eſſet lacunoſus locus: oia excogitãtes ne in ſuã terram Theſſali incurſarẽt. Hic tñ murus quõdã extructus maiori exparte iã vetuſtate erat collapſus: quo rurſus excitato viſum eſt illinc faciẽdũ: vt illis Barbarũ: arcerẽt a Græcia. Eſt aũt ꝓxime viã vicus noie Alpeni vnde frumẽtati Græci ſtatuerãt. Et hęc quidẽ loca viſa ſunt Græcis opportuna. Cũcta.n. rimati atque ratiocinati vt vbi Barbari neq; multitudine neque equitatu vti poſſent: ibi illos Græciam inuadẽtes exciperẽt. Poſtea vero q̃ Perſam in Pieria eſſe audiere: ex Iſthmo digreſſi ſunt peditatus ad Termopylãs inſidẽdas. Cæteri mare ad Artemiſiũ dũ greci (vt cuiq; p̃ceptũ erat) ꝓpere ad ſuccurrẽdũ tẽdũt. Interea Del-

Thermopylarũ aditus.

Artemiſium.

Scyathus inſula.

Trichinus.

Alpeni.

Phœnix flu.

Anthelavrbs

Thermopylarũ mons.

Therma lutra.

Cythrus.

Alpeni vicus

phi deũ cõsuluere de seipsis pariter & de Græcia soliciti. His
respõsum est vt ventos p̃carẽtur: illos enim maximos fore gre
ciæ auxiliatores. Delphi qđ adcepere oraculũ cũ iis primũ græ
cis cõmunicauere qbus libertas cordi erat: quo nuncio illos q̃
Barbarũ magnopere timerẽt immortali beneficio demeruere.
Thya. Deide statuta vẽtis ara in Thya vbi Phanũ Thyæ Cephisi filię
a qua & locus hic habet nomẽ Hostias illis imolauere. Propter
qđ oraculũ etiã nũc Delphi vẽtos ꝓpiciãt. Nauticus Xerxis ex
ercitus ex vrbe Therma mouẽs decẽ ex oibus nauib⁹ velocissi-
mas recta admisit in Sciatũ vbi erãt tres Prę̃sidiariæ naues gre
corũ Troezenia Aeginetica Attica: q̃ pręuisis Barbarorũ nauib⁹
Praxinus. in fugã se ꝓripuerũt. sed ex iis Troezeniã cui præerat Praxin⁹
insecuti Barbari cõtinuo excipiũt. Deinde strennuissimũ quẽq̃
ꝓpugnatorũ eius ad portã adductũ deinceps mactãt: Eorũ q̃
Leo. capti mactatiq̃ sunt & primo & strẽnuissimo nomẽ erat: Leoni
quo noie nõ nihil fortasse gloriabaꝫ. Aeginetica vero cui⁹ Trie
Trierarchus. rarchus erat Asonides nõ nihil tumultus hostib⁹ p̃stitit. q̃ ei⁹
Pythius pu- Epibata erat Pythius Ischenoi vir eo die prę̃stãtissimus: q̃ cap-
gnator p̃stan ta naui tñ eo vsq̃ pugnãdo restitit: donec totus dilaniatus est:
tissimus. quẽ Colapsum nõ mortuũ sed spirantẽ Persæ qui nauiũ cepe-
rant admiratione virtutis magnũ operæ prę̃cium putauerũt vt
seruarẽt vulnera Smyrna medentes: Sindoneq̃ Byssina & fa-
sciis obligantes: ac rursus in castra sua reuersi hominẽ vniuerso
exercitui ostẽtabant admirabũdi ac ꝓbe obseruãtes: cum alios
quos in eadẽ iã naui ceperãt tãq̃ mancipia adseruarẽt. Duabus
Phormus. nauibus interceptis tertia cui p̃erat Phormus vir Athenienses
dũ fugit ad Hostia Penei impacta est: qua sine viris Barbari po
titi sunt. Nã Atheniẽses simul atq̃ nauẽ ipegerũt: ab ea desiliẽ
tes iter Thessaliã intenderũt: secq̃ Athenas receperũt. Huius rei
per ignes e Sciatho edictos facti certiores Græci: q̃ ad Arthe-
misium castra habebant: & ob id perterriti illinc Chalchidem
cõcesserũt ad Eurippũ tutandũ relictis peredita a Euboiæ lo-
Herma. ca diurni speculatoribus ę decẽ Barbarorũ nauibus tres ad Her
Myrmeca. ma: quod est inter Sciathũ & Magnesiã noie Myrmeca ꝓuecte
sunt: quẽ locũ vbi tenuere Barbari lapideũ illic titulũ iposuere.
Qui ex Therma soluerũt vbi litus oculo effugit cũ oĩ classe naui
gabant vndecim diebus: ex quo rex a Therma discesserat inter
se dissipatis: sed eos Herma ducebat. qđ erat i traiectu fere Scy
Sepias. ris Pammoꝝ. Hinc totũ diẽ naugãtes Barbari orã Magnesiã
Casthanea tenuerũt super Sepiadẽ & litus qđ ẽ inter vrbẽ Casthaneam &
vrbs.

oram Sepiadē Ad hūc vſq; locū atq; Thermopylas exors me-
lorū Xerxis exercitus fuit: & adhuc claſſis quēadmodum ego
ſupputādo inuenio mille ducētarū ſeptē ex Aſia nauiū: in qui-
bus a principio e ſingulis nationibus & erāt milia ducēta & q̄-
draginta vnū: ac quadringēti ducenos ſupputādo viros in ſin-
gulis: & p̄ter indigenas ꝓpugnatores addēdo Perſarū Medo-
rūq; ac Sacorū tricenos Epibatas. Reliquus aūt hīc exercitus Naualis exer-
cītabat ex triginta ſex milibus ducētiſq; ac decē. Adieiā huic citus.
& ſuperiori numero eos q̄ ſunt ex Biremibus: in quarū ſingulis
plures fecerim octoginta potiuſq̄ pauciores viros Quarū na-
uiū ſumma vt ſuperius dictū eſt triū miliū fuit. Ita in eis fuerint
viroꝝ viginti quatuor Myriades ideſt ducēta & quadraginta
milia. Hęc igitur erat claſſis ex Aſia vnius & quinquaginta My-
riadū viroꝝ in vniuerſum: & p̄terea ſeptē milia ſexcēti decem.
Peditatus fuit decies ſepties centena milia Equitatus octogin- Summa
ta milia: q̄bus addo Arabes q̄ Camelos & Pœnos qui curr⁹ agi- Peditatus.
tabant: quæ facio viginti milia quæ copiæ claſſiariæ & terre-
ſtres in ſummā redacte fiunt ter & vicies cētena & p̄terea decē
& ſeptē milia ſexcēti & decē. Has copias ex ipſa Aſia fuiſſe cō-
tractas dictū eſt præter ſeruitia quæ ſequebātur: & eos qui in
frumētariis vehebātur. Huic omni enumerato exercitu adiicē- Xerxis exer-
dus eſt ille ductus ex Europa: de quo ex opinione dicere opor- citus nume-
tet. Ii Græci q̄ ſunt e Thracia ex inſulis Thraciæ obiacentibus rus.
adtulerūt naues cētū viginti: quarū viri fiunt triginta quatuor
milia. Terreſtres copias adtuleř Thraces: & Peōes & Heordi &
Botięi & gen⁹ Chalcidicū & Brygi & Pieres & Macedones &
Perrębi & Aeniēſes: & Dolopes: & Magnetes: & Achęi: & q̄ ma
ritia Thracię hītabāt. Hąꝝ nationū reor trecēta milia hoīm fu-
iſſe: q̄ Myriades illis Aſiaticis adiectæ fiūt in ſūmā viroꝝ pug-
nātiū ducētæ ſexaginta q̄tuor: & p̄terea mille ſexcenti ac decē.
Hoc tāto pugnatoꝝ numero nō pauciora ſed plura fuiſſe arbi-
tror q̄ hos comitabāt ſeruitia & eos q̄ frumentariis in nauigiis
erāt: & in aliis nauibus vna cū militarib⁹ viris vehebant: quos
neq; plures neq; pauciores facio ſed totidē. Ita æq̄ti numero pu
gnatorū explebūt totidē Myriadas: fiētq; quingētæ & viginti
octo Myriades & tria milia ducēti & viginti viri: quos Xerxes
Darii duxit ad Sepiadē vſq; ad Thermopylas. Hic vniuer⁹ eo
piarū Xerxis nūer⁹. Nā mulieꝝ piſētiū & Pallacū & Eunuchoꝝ
nūerū nemo ꝑ cōperto q̄at dicere: at ne ipedimētoꝝ q̄dē alio-
rūq; iumētoꝝ ſarcinarioꝝ neq; canū idicoꝝ exercitū cōitantū

præ multitudine quiſq̃ inire numerũ poſſit. Quo mĩ⁹ miror ꝓ ditũ eſſe fluenta quædã nõ ſuppeditauiſſe. Magis miror vnde tot Myriadibus cibaria ſuppetierint. Nã ſubducta ratione cõ-
Frumenti nu mer⁹ die quo q̃ a Xerxe cõ ſumptus.
perioſi ſinguli quotidie ſingulas frumenti chœnicas ideſt ſemodia nõ amplius adcepiſſent: abſumpta fuiſſe ſingulis dieb⁹ centũ milia medinorũ & trecentos ac quadraginta medinnos: qui ſinguli cõſtant e ſenis modiis haud ad numerãdo mulieres.
Medini
Eunuchoſq̃ & iumẽta atq̃ canes. In quo exercitu cũ tot viroꝝ milia eſſent nemo aut ſpecie aut magnitudine corporis erat q̃
Xerxis digni tas.
cũ Xerxe ipſo poſſet cõtendere tãq̃ dignior q illud imperiũ optineret. Nauales copiæ poſtq̃ e ſtatione ſoluerũt. ꝓuectæq̃ orã terræ Magneſiæ tenuerũt q̃ eſt inter vrbẽ Caſthanæã & orã Sepiadẽ primæ quæq̃ naues ad terrã habuere ſtationẽ: aliæ dũ inceps in anchoris ſtetere ad octauũ vſq̃ ad ordinẽ intra mare ꝓcedẽtes vtpote anguſtiore litore q̃ vt claſſem caperet: atq̃ ita per noctẽ ſtetere. Sub ipſum vero diluculũ ex ſereno cælo & tranquillo cũ mare efferueſceret: incidit in eã atrox tẽpeſtas ac
Helleſpõtia ventus.
vehemens vẽtus Subſolanus quẽ Helleſpõtiam nũcupant: qui circa illa loca habitabãt. Fum ventũ quicũq̃ augeſcere animaduerterunt. & quibus per cõditionẽ ſtationis licuit: ii tẽpeſtatem ꝓuenerũt reuulſiſq̃ nauibus ſeſe atq̃ illas incolumes ꝓſtiterũt.
At quas naues vẽtus exteriores nactus eſt: earũ alias ad loca q̃
Ipni.i.furni.
dicũtur Ipni .i. furni q̃ ſunt in peleo extulit alias in littus alias in ipſam Sepiadẽ illiſit alias in vrbẽ Caſtanæã: alias in melibo am expulit: erat. n. intoleranda vis ei⁹. Enimuero ferũtur Athenienſes Boreã inuocaſſe ex oraculo alio q̃d eis redditum eſt vt
Boreas.
generũ ſuũ ad ſibi opitulandũ inuoçarent. Habet aũt (vt apud græcos ferũ) Boreas in matrimonio Orithyam Atticã Erichthei filiam. Ex hoc cõiugio (vt fama eſt) Athenienſes inducti
Orithya.
ſunt ad cõiectandũ Boreã ſibi generũ eſſe: & dũ in Chalcide ꝓ Europa excubarent cũ intelligerent auctũ iri tẽpeſtatẽ: inuocauere Boreã cui prius ſacrificauerãt & Orithyam vt ſibi auxilio eſſent: & Barbarorũ naues corrũperent: quẽadmodũ prius fecerant circa Athon. Nũ ob id Boreas ingruerit in Barbaros apud ſtationẽ agentes nõ queo dicere. Certe Athenienſes aiũt: & ante fuiſſe ſibi auxilio Boreã: & tũc illud effeciſſe: Atq̃ degreſſi il-
Iliſſus fluui⁹.
linc delubrũ Boreæ extruxere ad amnẽ Iliſſum. In hac qui pauciſſimas naues ii non pauciores quadringẽtis periſſe aiunt viros quoq̃ innumerabiles ac vim pecuniarũ imenſam. Vt Ami-
Aminoclis fortuna.
nocli Cratineo viro magneti maiorẽ in modũ fuerit fructuoſũ

hoc naufragiũ: qui aliq̃to poſt dũ circa Sepiadẽ humum fodit multa pocula aurea electa multa argẽtea præcepit: Theſauroſq; Perſarũ inuenit adfatimq; aliarũ ex auro rerũ lucratus eſt: & cũ alioqui nõ eſſet fortunatus e rebus repertitiis mirifice eſt ditatus. Nã fuit ei vtilitas q̃dam ingrata ac doloris cauſa q; erat filiis orbatus. Nauiũ autẽ onerariarũ aliorũq; nauigiorũ q̃ perierunt numerus initi non poteſt. Vnde p̃fecti claſſis veriti ne ſibi poſt adceptã calamitatẽ Theſſali incurſarent: excelſum ſibi vallum e naufragiis circũdederunt Triduo. n. tempeſtas perſtitit. Quarto tandẽ die magi inciſiones faciendo & veneficiis in cã tãdo vẽtũ ad hæc Theti ac Nereidibus ſacrificando tẽpeſtatẽ cõpeſcuerunt. Siue aliter tẽpeſtas ipſa ſua ſponte ceſſauit: Theti autẽ ideo magi ſacrificauere: q; ab Ionibus adceperant Thetim ex eo loco raptã fuiſſe a Peleo omnẽq; eam oram ſepiadẽ illius eſſe aliarũq; Nereidũ. Et ventus quidẽ: quarto die conquieuit. Atq; græcis diurni ſui ſpeculatores ex Euboicis verticibus decurrentes: altero ab exorta tẽpeſtate die indicarũt oĩa quæ circa naufragiũ cõtigerant. Quæ iſti vbi audiere fuſis prius liberatori neptũno libamentis celeberrime rurſus ad Artemiſiũ reuertuntur ſperantes ſibi paucas aliquas naues fore cõtrarias. Ita ad Artemiſiũ prouecti iterũ ſtationem: habere ad tẽplum Neptuni cognomine Liberatoris: quod nomen ab illis inditum ad hoc vſq; tempus p̃durat. Barbari poſteaq̃ ventus conquieuit: & fluctus cõſtracti ſunt reuulſis nauibus ad cõtinentẽ enauigabãt circũuehentesq; promontoriũ Magneſiæ rectũ curſum in ſinũ qui ad pagaſæa fert tenebãt. In hoc Magneſiæ ſinu locus quidam eſt in quo fertur Hercules cũ e naui argo aquatũ miſſus eſſet derelictus fuiſſe ab Iaſone atq; ſociis dũ in terrã Cholchidem ad vellus nauigarent. Illinc. n. aquati in Pelagus erãt: abituri eaq; de re nomẽ loco fertur eſſe Aphetæ. i. dimiſſe. Hoc in loco Xerxianæ naues ſtationẽ habuerunt: quarũ quindecim q̃ lõge vltimæ adpellãbatur: proſpectis græcorũ ad Artemiſium nauibus ratæ ſuas eſſe in mediũ earum & ad hoſtes delatæ ſunt quarũ dux erat Sandoces Thamaſii cumæ æolidis præfectus quem ante Darius ob hanc cauſam captũ cruce adfecerat: q; cũ e regiis iudicibus eſſet iniquã ſententiã ob pecuniã tulerat: ſed eius in cruce ſuſpenſi Darius reputans plura peccatis eſſe beneficia in domũ regiam collata. Hoc reperiens agnoſcẽſq; properantius ſe q̃ prudentius egiſſe hominẽ ſoluit. ita regẽ Dariũ elapſus ac vitæ reſtitutus tũc in Græcos delatus nõ iterum erat:

Xerxis naues .cccc. ſubmerſæ.

Thetidis raptus a Peleo

Neptunus liberator.

Hercules ab Iaſone relict?

Apheta.

Sandoces. Cuma.

elapſurus. hos ad ſe curſum tenẽtes Græci vbi videre cognito hominũ terrore adgreſſi repẽte cepere. in quarũ nauiũ vna captus eſt Aridolis Alabãdẽſiũ (q̃ ſunt in Caria) tyrãnus: in altera Pẽthylus Demonói dux Paphius: q̃ e Papho. xii. naues cõduxiſſet: amiſſis earũ. xi. tẽpeſtate quæ ad Sepiadẽ extiterat cum vna q̃ ſupabat tẽdẽs ad Artemiſiũ captus eſt Hos Græci q̃ volebãt de Xerxis exercitu ſciſcitati victos ad Corinthiorũ Iſthmũ dimiſerũt. cætera Barbarorũ claſſis p̃ter. xv. naues quibus p̃fuiſſe Sãdocẽ dixi ad Aphetas peruenit. Xerxes cũ terreſtribus copiis per Theſſaliã & Achaiã iter faciens triduo euaſit in Meliẽſes cũ in Theſſalia certamẽ curule feciſſet ſuas equas experiendi gratia: q̃ illic optimas Græcarũ equas eſſe audiebat. In eo certamine multo inferiores Græciæ. Fluuiorũ qui ſunt in Theſſalia ſolus Onochonus potanti exercitui nõ ſufficit Xerxi ad litoralia Achaiæ tendenti perductores ſui cũcta referre cupientes enarrabãt id q̃d de tẽplo Iouis Aphlyſtii ab indigenis enarratur: Athamantẽ Aeoli filiũ inito cum Ino cõſilio necem Phryxo machinatũ, Deinde Achæos ex oraculo tale certamen illius poſteris p̃poſuiſſe: vt q̃ eo genere maxim⁹ natu eſſet: huic aditu Curię .i. Prytanei (q̃ Leitũ Achæi vocant) interdicerẽt: ipſis excubias agẽtibus ſiquis adiſſet non prius adire poſſet q̃ mactatus eſſet, ita multos cum iam mactandi eſſent: eo metu in aliã p̃fugiſſe regionẽ. interiecto deinde tẽpore cũ reuerſi eſſent & in Prytaneũ ingreſſi: ſi eſſent deprehenſi toto corpore coronis cooperto: & cũ põpa eductos mactari conſueſſe. Hoc poſteros Cytiſſori Phryxo geniti ob id pati: q̃d cũ Achæi expiationẽ loci faciẽtes ex oraculo Athamantẽ Aeoli eſſent īmolaturi: Cytiſſorus iſte e terra Cholchide veniẽs illũ liberauit. Eoq̃ facto poſteris eius irã dei fuiſſe iniectã. Hæc cũ audiſſet Xerxes vbi ad lucũ adfuit: & ipſæ ab eo abſtinuit: & idẽ ſuis copiis imperauit. Domũq̃ itẽ p̃pugnatorẽ Athamãtis ac Phanũ venerat⁹ eſt. Hæc in Theſſalia Achaiaq̃: a q̃bus locis p̃ceſſit Xerxes in Melidẽ iuxta maris ſinũ vbi totũ diẽ æſtus atq̃ reciprocatio fluctuũ fit. huic ſinui circũiectus eſt locus cãpeſter alibi ſpatioſus alibi arctus admodũ. Et ipſi campo circũiecto mõtes editi atq̃ inacceſſu omnẽ Meliadẽ cingẽtes regionẽ q̃ Petræ Thrachiniæ nominãtur. Prima in ſinu vrbs ab Achaia eũtib⁹ eſt Anticyra: quã amnis Sperchius p̃terlabẽs ex Aenienſibus in mare defluit. A quo alter amnis viginti ferme ſtadiis abeſt: cui nomẽ inditũ eſt Dyras: quẽ fama ẽ emerſiſſe ad ferẽdã ardẽti Herculi

Aridolis. Alabandẽſes
Penthylus.
Theſſalæ equæ.
Onochonus defecit Xerxi
Aphlyſtius Iuppiter.
Athamas. Inus. Prytaneus. Leitus.
Cytiſſorus.
Thrachiniæ Petræ.
Anticyra.
Sperchius.
Dyras flũs.

opē. Ab hoc totidē ſtadiorū intercapedine alius ānis eſt q̄ vocaſ Melas.i. niger. Vñ vrbs Trechis q̄nq; ſtadia abeſt ſita in am- Melas flūs.
pliſſimo regionis: ſpacio a mōtibus ad mare vtpote duobus & Trechis.
viginti milibus iugerū planicie mōtis: q̄ terrā Tracheriā circū-
dat. Ad Trechinis meridiē amphractus eſt p̄ quē Aſopus circa Aſopus flu.
radices mōtis defluit: ad cuius meridiē alius nō magnus: amnis
eſt noie Phœnix ex his mōtibus in Aſopū defluēs. iuxta Phœ- Phœnix flūs
nicē anguſtiſſimū vię eſt. Quippe q̄ muro coartata mō plauſtrū
agi pōt a flumine Phœnice ad Thermopylas quindecim ſtadi-
orū eſt interuallū: in quo vicus eſt nomine Anthela: quē p̄terflu Anthela vic⁹
ens Aſopus in mare euoluitur: & ei locus ſpacioſus eſt circūiec-
tus: vbi tēplū Cereris Amphyctionidis extructū viſitur: & ſe- Amphyction
dilia Amphyctionibus & ipſius Amphyctionis delubrum. Rex
Xerxes quidē in Thrachinia Melidis caſtra hēbat. Græci vero
in trāſitu q̄ locus a pleriſq; Græcor⁹ vocaſ Thermopylæ: ab in- Thermopylę
digenis āt atq; accolis pylæ. Hæc erāt vtrorūq; caſtrorū loca. Græci ad
Xerxe omnibus q̄ ad ventū Boreā ſpectāt vſq; ad Trachinē po Thermo-
tito Græcis q̄ per hanc cōtinētē ad auſtrū & meridiē ferūt te- pylas.
nētibus. Qui hoc in loco Perſam Græci operiebātur. Hi fuere
Spartanor⁹ trecenti armati. Tergeitarū & Mantienorum: mille
totidē ex vtriſq;. Ex Orchomeno Archadiæ centū viginti: ex
reliqua Arcadia mille: Tot quidē ex Arcadia. A Corintho autē
quadringenti. A Phlyunte ducenti: & Mycenorum octoginta.
Hi Peloponneſo aderant a Bœotiis: Theſpienſes ſeptingenti:
Thebani quadringēti. Pręter hos euocati erāt Loerēſes Opūtii
cū omni copia & Phocēſiū mille. Ipſi. n. Græci eos euocauerāt
miſſis nūciis pui dicerēt ſe quidē p̄cuſores alior⁹ veniſſe. Cæte
ros aūt ſocios ꝓpediē expectari: tutelā vero malis eſſe in Athe
niēſiū p̄ſidio Aeginetarūq; & eor⁹ quibus res naualis iniuncta
eſſet. Nec ſibi quippiā eſſe formidoſum. Non. n. deum eſſe qui
bellum Græciæ inferret: ſed hominē. Nec mortalē quempiam
aut eſſe aut fore qui ex quo natus eſt mali exors ſit: & vt quiſq; Mali exors
maximus eſt: ita ei deberi mala Itaq; cū mortalis ſit qui bellum nemo eſſe
inferat ab opinione eſſe caſurum. Hæc illi audiētes in Trachi- poteſt.
nem auxilio iere. Erant his cū alii duces ſuæ quiſq; ciuitatis: tū
vero penes quē ſūma impii erat: quē maxime admirabant Lace
dęmonius Leonides Anaxādridæ: q̄ Leōtis: q̄ Eurycratidæ. q̄ Leonides
Anaxādri: q̄ Eurycratis: qui Polydori: q̄ Alcamenis: q̄ Telechi rex.
qui Archelai: qui Ageſilai: q̄ Doryſſi: q̄ Leobotis: q̄ Echeſtrati:
q̄ Hageſis: q̄ Euriſthenis q̄ Ariſtodemi: q̄ Ariſtomachi: q̄ Cleo-

dæi qui Hilli. qui Herculis filius fuit adeptus ex inopinatore gnũ. Nam cũ duo forent ei fratres natu maiores Cleomenes & Dorieus: aberat a cura regioni adipiſcendi. Verum Cleomene ſine virili ſobole defuncto: & Dorieo iam non ſuperſtite: ſed & ipſo in Sicilia vita functo: ita regnũ ad Leonidẽ peruenit: qui Cleombroto maior natu erat. Is enim nouiſſimus fuit Anaxandridæ liberorũ: habebatq; in matrimonio Cleomenis filiã: qui dum ſe ad Thermopylas cõtulit: delegerat trecentos e primoribus: viros et quibus fili erant: adſumpſeratq; eos Thebanos: quorũ de numero feci mentionẽ quorum dux erat Leontiades Eurimachi. Hac de cauſa Leonides dedit operã vt Græcos ſu meret ſolos: q; eos maxime inſimulabat: quia cum Medis ſentirent. Euocabat igitur eos ad bellũ ſciẽdi cupidus an vna mit terent auxilia: an ex profeſſo adimerent Græciæ ſocietatẽ. Sed illi aliud ſentientes tamẽ auxilia miſetũt. Eorũ qui cũ Leonida fuere primos miſerũt Spartiatæ: vt his inſpectis alii ſocii in mi litiam proficiſcerẽtur: ne ue cũ Medis ſentirent ſi eos ſuperari audirent. Ipſi autẽ celebratis Carniis (hæc.n. ſacra morabãtur eos) relictis Spartæ cuſtodibus erant cũ omni copia illuc celer rime ituri auxilio. Reliqui etiã ſocii ad id agendũ itidẽ animati nã tẽpus Olympiadis in hæc negocia inciderat haud ſuſpicati tam cito apud Thermopylas bello decernendũ p̃curſores miſerant: Ita iſti ſibi faciendum ſtatuerant. At ii Græci (qui apud Thermopylas erãt) vbi ad ingreſſum Perſa aduẽtabat metu p̃culſi de decedendo cõſultabant. Cæteri Peloponnenſes cẽſeſebant faciendũ vt reuerſi in Peloponneſum Iſthmi cuſtodiam agerent. Huic ſentẽtiæ cũ infenſi eſſent Phocẽſes & Locri: Leonides: ſuadebat illic perſtandũ: & nũcios ad adcerſendas ſubſidio ciuitates dimittendos tãq; ſe paucioribus q̃ vt Medorum exercitũ arcerent. Hæc iſtis cõſultantibus Xerxes equitẽ quẽdam ad ſpeculandũ quot illi eſſent: & quid agerent mittit. Audierat enim iam tum cũ in Theſſalia eſſet: eo loci contractã eſſe exiguã copiam: eiuſq; duces eſſe Lacedæmonios: atq; Leonidã e genere Herculis. Eques vbi ad ſtationẽ Græcorũ ſucceſſit cõ tẽplatur: aſpicitq; non ille quidẽ omnes milites: nã eos q intra murũ quẽ excitauerant excubabant: intueri nequibat: ſed eos q extra murum agebant. Erant autẽ eo tẽpore exterius manendi in Lacedæmoniorũ ſtatione vices. Eos animaduertit partim ſe ludo gymnaſtico exercentes. Partim comã pectentes. Hęc cum admiratione intuitus eorum numero ac cęteris omnibus plane

Cleõbrotus.

Leõtiades.

Carnia.

cognitis per ociũ ſeſe recipit. Nemo.n.illorum inſequebaꝫ:ſed hominẽ magno cõtentui habebãt. Regreſſus ad Xerxem cũcta quę inſpexerat refert. Quæ Xerxes audiẽs nõ poterat cõiectare quidnã molirentur tãq̃ quoad poſſent perituri pariter & hoſtẽ perdituri. Sed cũ ridiculã rem ſibi facere viderẽtur: adcerſit ad ſe Demaratũ Ariſtonis:qui in exercitu erat:quẽ vt venit interrogauit horum ſingula cupiens noſſe quid ab Lacedæmoniis ageretur. Et ille audiſti (inquit) antea me dũ aduerſus Græciã ꝓficiſceremur de his viris. Et cũ audiſſes loquentẽ hæc euẽtura prouidebã:deriſui habuiſti. Quanq̃ mihi ſummũ diſcrimen eſt aduerſus te rex veritatem tuenti: audias tamẽ nunc quoq; veritatem. Hi viri ad nobiſcũ pugnandũ de ingreſſu venere atq; hoc adparant. Nã ita ſeſe apud eos habet cõſuetudo Quoties adiræ animæ periculũ debent tunc capita comunt:quod ſcies ſi hos & quí ſpartæ manſerũt ſubegeris: Nulla hominũ gẽs alia eſt quæ cõtra te rex audeat tollere manus. Etenim nũc aduerſꝰ regnũ inter Græca pulcherrimũ atq; viros ꝓſtantiſſimos tẽdis Xerxe quod hæc eis admodũ incredibilia viderẽtur quæ dicerentur interrogãte quo pacto tantillæ copiæ cũ ſuis pugnaturę eſſent:rurſus ingt ꝓ vano me ducas niſi hoc tibi vt ego animo vſu venerit. Hæc dicens tñ Xerxi nõ perſuaſit. Itaq; quatriduũ Xerxes ſuperſedit ratus eos illic fugã eſſe facturos. Quinto die cũ putaret impudẽtiã illoꝝ atq; temeritatẽ eſſe in permanẽdo ira percitus: Medos in eos ac Ciſſios mittit imperãs vt illos ca perent viuos:& in cõſpectum ſuũ adducerent. Medi vbi facto impetu in Græcos impreſſionẽ fecerũt multi cadebant aliiſq; ſuperueniẽtibus nihil tamen ꝓmouebant: & ſi vehementer ingruebant:palã facientes cũ aliis omnibus:tũ vero ipſi regi ſeq̃ dem multos homines eſſe:at paucos viros. Fuit autẽ hic pugnę cõgreſſus interdiu. Poſt vbi Medi ſe ægre tutabãtur tum vero ipſi ſe ſubduxere:Perſæq; ſubeuntes excepere ii quos ĩmortales rex adpellabat: quorũ dux erat Hydarnes tanq̃ facile hoſtẽ ꝓfligaturi. Vbi & hi cũ Græcis cõgreſſi nihilominus q̃ Medi ꝓficiebant:ſed eodẽ modo pugnabant vtpote lõgioribus haſtis q̃ Græci vtẽtes & in locis anguſtis vbi nullꝰ multitudinis erat vſus. Ibi Lacedæmonii dignam memoratu pugnã edebãt cum aliis in rebus oſtẽtantes ſe perite inter iperitos pugnare: tũ vero quod quoties terga vertebant cõſerti fugiebãt. Quos Barbari:dũ fugientes cernerẽt cũ vociferatione & crepitu ingruebãt. At Græci rurſus ſe cõuertentes aduerſis pectoribus eos exci-

Lacedæmoniorũ militũ cultus.

Medi in Lacedæmones.

Perſæ q immortales dicũtur ĩ Lacedæmones.

piebant: & q̃uis innumera multitudine ꝓsternebãt: Aliquot tñ illic ex ipsis spartiatis occubuere. Persæ posteaq̃ & cateruatim & vniuersis copiis iter occupare conati: nihil tñ ꝓmouebãt: ite rũ sese receperũt. Fert Xerxes cũ ad spectaculum adesset in ipso cõgressu pugnãdi ter e solio resiliisse: q̃ videlicet exercitui suo timeret. Postero die nihilo melius Barbari p̃liati sunt. Nã sperantes fore vt illiq̃ pauci essent & saucii negrent manus leuare ad pugnãdũ cũ cõsiluissent eos Græci excepere instructis ordinibus & in suo q̃q̃ loco ac p nationes digesti: p̃ter Phocẽses qui in mõte ad iter obsidẽdũ locati erant. Persæ vbi nihil aliud q̃ pridie agendũ vidẽt abscedũt. Ibi regẽ ancipitẽ quodnã in re

Epialtes Xerxi indicauit tramitem ad Thermopylas.

præsenti cõsiliũ capesseret: Epialtes Eurydemi adlocuturus audiit tanq̃ magna aliqua re ab illo remunerãdus indicauit ei tramitẽ: q̃ permõtẽ ad Thermopylas ferebat: quo factionẽ eorũ Græcoꝝ q̃ illic erãt euertit. Is postea Lacedæmonioꝝ metu in Thessaliã ꝓfugit: cuius ꝓfugi Pylagoræ Amphyctiones apud Pylęã cõgregati caput pecunia licitati sunt: q̃ interiecto dein-

Athenades.

de tpe ab Athenade viro Trachinio Anticyræ. (Nã illuc redierat) interẽptus est quẽ & si ob aliam causam q̃ ego in sequẽtib⁹ reddã Athenades hic interemit: nihilo tñ facius ab Lacedæmoniis præmio adfect⁹ est. Hũc in modũ Epialtes postea interiit:

Onetes. Coridalus.

Est & alia quæ fertur fama. Onetẽ Phanagoræ virũ Carystium & Coridalũ Anticyrensem fuisse: q̃ ea dixerint regi & Ercũ mõtem Persas deduxisse: qđ apud me ꝓrsus fide caret. Nã hinc licet cõiectemus primum q̃ Græcoꝝ Pythagoræ nõ Onetæ & Coridali sed Epialtæ Thrachinii caput pecunia licitati sunt: q̃ scilicet eũ cõpertissimũ haberent. Deinde q̃ Epialtem ob hãc causam scimus se fuga ꝓripuisse. Postremo q̃ Onetes q̃ nõ erat Meliensis ita demũ tramitẽ illũ nouisset: si in ea regione permultũ diuersatus fuisset ideoq̃ Epialtę culpã ascribo: q̃ Persas p mõtẽ circũduxit: & ad tramitẽ pduxit. Xerxes ea quę Epialtes se cõfecturũ spondebat probans maiorem in modũ lætus sine mora Hydarnem cũ iis quibus p̃erat copiis misit. Ille circa lucernarum incensionem ideſt sub crepusculũ e castris profectus est: & tramitem ingressus: & quem tramitẽ indignæ Meliẽses vestigauerũt eoq̃ inuestigato Thessalos deduxere aduersus Phocenses eo tempore quo Phocenses interspecto muris transitu ad arcendũ bellum in præsidio erant extrinsecus nihil admodum p̃septus transitus erat: cũ nihil esset vtilis Meliensibus Etenim sic sese habet ille callis. Ab Asopo fluuio q̃ per mõtis

Lucernarum incensio.

Thermopylarũ callis.

meat anfractū incipit: cui mōti ac vię idē nomē eſt inditū Anapæa: Hæc Anapæa per dorſum mōtis extenta deſinit iuxta Alpenū vrbē: q̄ prima eſt ex Locridibus Meliēſes verſus ac iuxta lapidē noīe Melāpygon. i. nigrū fontē: ac iuxta Cercopon Hedras hoc eſt malicioſorū ſedes: vbi anguſtiſſimus callis eſt. Hac via atq; ita ſe habēte Perſæ Aſopū trāſmittētes iter tota nocte fecerunt a dextra Oeteos mōtes ad ſiniſtrā terrā Trechiniorū habētes: ac ſub exortū auroræ in cacumē mōtis euaſerunt: quo in loco ſicut ſuperius oſtēſum ē mille Phocenſiū armatorū p̄ſidiū excubabat: tū ad ſuā terrā: tū ad viā tutandā. Nā tranſitus inferior a quib⁹ dictū eſt cuſtodiebaī q; eā per mōtē viā vltro ab Leonide adceptā obſidebāt: qui hoc modo Perſas aſcēdiſſe animaduerterūt. Cū eos illi toto mōte cōſcēdendo propter frequentiam quercū latuiſſent: tñ edito multo ſtrepitu (vt res poſtulat) frondiū ſubter pedes cōſtratarū (erat. n. cæli trāquillitas) Phocēſes recurrerūt: & dū ſibi arma induunt: confeſtim Barbari adfuere: qui cōſpicati viros arma ſibi circūdantes obſtupuere. Quippe qui vt in exercitu adſeruatū fuerat neminem ſibi ſperabāt occurſurū. Ibi Hydarnes perterritus ne Phocēſes Lacedæmonii forent: Epialte perconctatus eſt quiſnā ille eſſet exercitus. Mox certior rei factus Perſas tanq̄ in aciē inſtruxit. Quos; miſſilibus multis crebriſq; Phocenſes cū ferirentur: fugam fecerūt in verticē mōtis gnari aduerſum ſe ab initio illos veniſſe: & ſe p̄parabāt tanq̄ perditi. Ita iſti ſentiebāt. Verum eis ſpretis ii qui circa Epialtem & Hydarnē erant Perſæ rapidi de mōte deſcendūt: At iis Græcis q apud Thermopylas erāt: primū vates Megiſtias extis inſpectis indicauit mortē illis pariter & ſibi impēdere. Deinde tranſfugæ notū fecere Perſas mōtem circuire: ſed hi adhuc p noctis t̄p̄s tertio loco ſignificauere ſpeculatores diurni qa verticibus mōtis decreuerunt iam die illucęſcente. Hic inter ſe cōſultantes Græcis ſentētiis diſcrepabāt Alii. n. ſtationē nō deſerēdā ſuadebāt: Alii id diſſuadentes cōtendebāt. Ita diſſidentiū partim abſcedūt: dilapſiq; in ſuā quiſq; vrbē ſe recipiūt: partim q cū Leonide erat ad illic p̄ſtandū ſe adcingūt. Ferī aūt ipſe Leonides eos q abſceſſere dimiſiſſe de illorum vita ſolicitus. Se vero & Spartiatas q adeſſent nō facturos e ſua dignitate ſi ſtationem deſererēt: ad q̄ tutandam ab initio veniſſent. Cęterū ego magis illi opinioni adcedo Leonidē poſteaq̄ aīaduertit ſocios ignauos: & inuitos eē ad piculum ſubeūdū: veniā eis abeūdi dediſſe ſibi vero decedere ihoneſtū;

Anapæa.
Alpenus.
Melāpygus.
Cercopos.
Megiſtias.
Leonides.

putaſſe permanenti autē illic ingentē gloriam futurā: & Spartæ nunq̃ defuturā fœlicitatē ſperaſſe. Si qdē iā inde ab initio moti belli Spartiatis Pythia redditū erat oraculū fore vt aut Sparta euerteretur a Barbaris: Aut rex eius occūberet: quod oraculū hexametris illa verſibus reddidit in hæc verba.

Spartiatarū oraculum.

Vobis ampliuagæ colitis qui mœnia ſpartæ.
Aut vrbs clara dabit Perſa victore ruinam
Aut ſi non erit hoc oriundus ab Hercule quidam.
Flebitur extinctus rex in Lacedæmonis ora.
Nā neq; taurorum neq; vim feret ille Leonum:
Sed Iouis & cuius reor haud tolerabile robur
Alterutrū donec paſſim diſcerpſerit horum.

Hæc reputantē Leonidē cupidūq; gloriæ cōparandæ crediderim ſolū ex Spartiatis remiſiſſe ſocios potiuſq̃ illos q abierunt in ſententiis diſſidentes tā deformiter abiſſe. Cui rei nō minimo id mihi teſtimonio eſt. Vatē Megiſtiā huius expeditionis comitē qui ferebatur Acarnas eſſe: & a Melāpode oriundus p̃locutum ex extis ea q̃ erant euentura: eundēq; cum propalam a Leonide dimitteretur ne ſecū periret: tamen abſcedere noluiſſe: filiū modo qui ei vnicus erat vna militantē miſſum feciſſe. Ita ſocii quos Leonides remittebat ei obtēperantes abiere Thespienſes tantū atq; Thebani pſtitere cū Lacedæmoniis. Thebani quidē inuiti ac nolentes: quippe quos Leonides loco obſidū deſtinebat, Theſpienſes vero libentiſſimi qui negauerunt ſe Leonida & qui cū eo erant deſertis abſceſſuros: Permanēteſq; vna cū illo occubuerūt: quor̃ dux erat Demophil⁹ Diadromei

Megiſtias.

Demophil⁹.

Xerxes ſub exortū ſolis libaminib⁹ factis tātiſp morat⁹ dū tp̃s eēt quo for̃ ſolet maxie frequēs eē hoīb⁹ e caſtris mouit. Etenim ita ab Epialta erat mandatū. Nā deſcenſus a monte cōpēdiarius magis ac breuioris multo ſpacii q̃ circuitus mōtis atq; aſcēſus. Barbari q circa Xerxē erāt: ad Leonidē & ad Græcos q cū eo erant adceſſere: & iſti tanquā ad necē iā multo magis q̃ a principio fecerant progreſſi ſunt ad fauces introitus laxiores. Nā munitiones muri eos tutabātur: & cū ſuperioribus diebus in loca arctiora pdeūtes dimicaſſent: tūc extra anguſtias facto cōcurſu permulti Barbaror̃ cadebant. Nam duces a tergo ſui quiſq; agminis verberibus quę geſtabant vnum quēq; cedebāt adſidue ad procedendum adhortātes: Multi eorum in mare decidentes: abſumebant: Multo plures inuicem viui proculcabātur: cum nulla pretereūtis ratio haberetur. Cūq; ſcirent impen-

dere ſibi necem ab iis qui montem circuirent: quod roboris habebant id omne in Barbaros oſtendebãt ingruentes ac ſeſe intrudentes. Quorũ pleriſq; cum iam lanceæ diffractæ eſſent: nõ nulli gladiis Perſas obtruncarent: tũc Leonidas in hoc labore cecidit nauata ſtrẽnuiſſime opera & cũ eo alii inſignes Spartani: quorum ego tãquã ſtrẽnuorum virorum nomina audiui. Et quidẽ trecentorũ omniũ Perſarum quoq; illic cũ multi alii tã celebres ceciderũt q̃ in celebres: tũ vero duo Darii filii Abrogomes & Hyperãthes: quos Darius ex Phratagina Atarnis filia tulerat. Atarnes autẽ Darii regis frater Hyſtaſpiſq; Arſamei filius: qui dum Dario filiã nuptum dedit: omnẽ inſuper ei domũ tradidit: vt qui eſſet vnicę pater. Hi duo Xerxis fratres ſup cadauer Leonidæ pugnantes occubuere adeo vehementi Perſarũ Lacedæmoniorũq; conflictu: vt Græci ter hoſtibus in fugam verſis cadauer Leonidæ virtute ſubtraxerit: & eo vſq; perſtiterint: dũ ii qui cũ Epialte erant adfuere: quos vbi audiere Græci tum vero pugnandi ardor immutatus eſt. Nã ad anguſtias viæ ſeſe recepere: & introgreſſi murũ tumulum quẽdam occupãtes addenſati inſedere cũcti p̃ter Thebanos. Eſt autẽ tumulus in ingreſſu vbi nũc ſuper Leonidẽ ſtat lapideus Leo. Hoc in loco defenſantibus ſeſe gladiis quia adhuc eis ſuppererãt Barbari circũfundũtur: & manibus & vocibus inceſſentes. Alii ex aduerſo vrgentes & munitionẽ muri ſubruẽtes. Alii vndiq; circũuentẽtes circũſtantes Lacedæmoniorũ atq; Theſpienſiũ cũ tales extiterint: præſtantiſſimus tamẽ extitiſſe fertur Dieneces Spartanus: quem anteq̃ cũ Medis cõfligeretur: hoc dixiſſe aiũt: cum a quodã Trachinio audiſſet Barbaros præ multitudine ſagittarũ quas emitterent ſolem obducere: tantã eorũ eſſe copiã adeo nõ expauefactus eſt vt parui faciens Medorũ turbam reſponderit. Omnia ſibi bona Trachinium hoſpitem nunciare: ſi Medi Solem obducerẽt: ſe ſub vmbra cũ illis non in Sole pugnaturos. Hæc & alia huiuſmodi dicta memoratu digna aiũt Dienecem Lacedæmonũ reliquiſſe. Secũdum hũc e Lacedæmoniis duo fratres p̃ſtãtiſſimi furũt fuiſſe Alpheus & Macron Orſiphanto geniti e Theſpienſibus Dythyranibus Harmatidei. His eo loci vbi ceciderũt ſepultis & iis q priuſquã ſocii a Leonide remiſſi ſunt occubuerant. Epigrammata his verbis inſcripta ſunt.

Terdecies centum hic certarunt milibus olim
E Peloponneſo bis modo mille viri

Hæc vniuerſis ſuperſcripta ſunt. Illa peculiariter Spartiatis.

Leonidæ mors.

Abrogomes.

Hyperãthes.

Phratagina.

Atarnes.

Dieneces p̃ſtãtiſſimus.

Dienecis dictum.

Alpheus.

Macron.

Epigrammata.

Nos Lacedæmoniis refer hic peregrine iacentes
Exhibito illoꝝ vocibus obſequio
Hoc epigrãma inſcriptũ eſt Lacedæmoniis. Illud vati.
Nobilis hoc buſtum eſt Medi occidere Megiſtæ
Sperchion ad fluuiũ nõ ſed inultus obit
Qui vates obitum q̃uis p̃ſciret adeſſe
Spartæ haud ſuſtinuit deſeruiſſe duces.

Qui hos epigrammatis & cippis exornarunt Amphictyones fuere præter epigramma vatis Megiſtæ. Qđ Simonides Leoprepis filius ꝓpter hominis familiaritatẽ inſcripſit. Ex his tre
Eurytus. cẽtis duo Eurytus & Ariſtodemus ferũtur ob extremã lippitu-
Ariſtodæm⁹ dinem e caſtris ab Leonida remiſſi: & in Alpenis decubuiſſe: & cõmunicato inter ſe cõſilio eũ liceret aut ſalutẽ ſibi parare ſpartam verſus: aut ſi reuerti recuſarẽt vna cũ aliis occũbere in nostro hoꝝ quæ licebat eis facere inter ſe cõueniſſe: ſed cũ ſententiis diſcreparent: Ariſtodemus quidem præ ignauia remãſiſſe: Eurytus vero audita Perſarum circuitione petiſſe arma: ſeqꝫ eis indutũ iuſſiſſe ſeruũ vt ad pugnãtes deduceret. Iſte vbi deduxit fugæ ſe mãdauiſſe. Hic dato in agmẽ ĩpetu occubuiſſe. Qđ ſi vel Ariſtodemus ſolus redire ſpartã neglexiſſet aut ſi ambo reduces fuiſſent: videtur mihi Spartiatæ nullã iis pœnã irrogaturi fuiſſe. Nũc altero eoꝝ extincto in hũc qui habens eãdẽ occũbendi occaſionẽ: tamen occũbere noluerit: neceſſario debuiſſe magnopere iraſci. Quidã hunc in modũ & ob hãc cauſam Ariſtodemũ ſoſpitem rediſſe ſpartã aiunt. Alii enim cũ ab exercitu pro nũcio mitteretur & poſſet pugnæ quæ fiebat adeſſe: tamẽ recuſaſſe: ſed moratũ in via fuiſſe ſuperſtitẽ: ſociũqꝫ eius q vna mittebatur in pugnã profectũ oppetiſſe. Ariſtodemus Lacedæmonẽ regreſſus probo & ignominia notatus ẽ: probo quod eũ nemo neqꝫ igni neqꝫ adloquio ĩpertiuit: Ignominia quod Ariſtodemus fugax adpellatus eſt. Verũ hic omnẽ ſibi obiectã culpam in pugna apud plateas geſta deleuit. Fertur itẽ alius ex eiſdem trecentis ſuper fuiſſe in Theſſaliã pro nũcio miſſus: cui nomen erat Pantite. Sed ſpartã reuerſus cum opprobrio eſſet ſeſe
Pantita. ſtrangulaſſe. Thebani quorũ dux erat Leontides vi retẽti aduer-
Leontides. ſus regis copias tamen a partibus Græcorũ e quibus erant dimicauerunt. At vbi res Perſarũ ſuperiores eſſe animaduerterũt Ibi a Græcis qui eũ fuerant ad tumulũ ire properantibus ſe diſſociantes manus ad Barbaros protenderunt: ad eoſqꝫ propiuſ adceſſerunt referentes quod veriſſimũ erat ſeſe cũ Medis ſen-

ſiſſe:terrãq; & aquã regi inter primos dediſſe ac vi coactos ad Thermopylas veniſſe:& a culpa cladis illatæ abeſſe. Hæc regi adlegantes quoq; etiam Theſſalos teſtes habebãt ſeruati ſunt: non tamen vſquaq; fortunati. Nã Barbari qui eos cepere alii quot vt adcedebant obtrũcauerunt:pluribus iuſſu Xerxis regis ac notas inuſſerunt a duce Leontida exorſi: Cuius filiũ Eurymachum poſtea Platæenſes quatrigentoq; Thebanorũ ducem: quod vrbẽ ipſorũ occupaſſet interemere. Hunc quidẽ in modũ Græci ad Thermopylas dimicauerunt. Xerxes autẽ adcitũ Demaratũ interrogauit hinc orſus:Demarate virũ te bonũ eſſe indicio veritatis experior. Quæ enim dixiſti ea omnia ꝓinde euenere.Nunc hoc mihi pandito quotnã ſunt Lacedęmonii:quotve eorũ tales in re bellica an & vniuerſi. Cui Demaratus multitudo rex (inqt) Lacedæmoniorũ omniũ magna eſt & ciuitates multæ. Quod autẽ diſcere vis a me ſcies. Eſt in Lacedæmone vrbs ſparta octo miliũ ferme virorũ:qui omnes his qui hic pugnauere ſunt ſimiles: Cæteri Lacedæmonii nõ illi quidẽ ſimiles:ſed tamen viri ſunt ſtrennui. Ad hunc Xerxes Demarate inquit Agedũ expone quo pacto hos viros minima cũ difficultate ſubigamus. Tu nãq; calles quo tẽdant eorum cõſilia vtpote quorũ rex fuiſti Cui Demaratus: Tũ cũ inquit me rex libẽter cõſulas:æquũ eſt me tibi quod optimũ ſit expromere Id quod vis hoc pacto fiet:ſi trecẽtas naues cũ ſuis propugnatorib⁹ in orã Lacedæmonẽ mittas.Adiacet aũt illi inſula noie Cythera:quã obrui mari q̃ extare cõducibilius eſſe Lacedæmoniis Chilõ aſſebat vir apud nos ſapientiſſimus videlicet expectans ſemp ab ea aliquid tale futurũ:quale nũc ego expono· Non ille qdẽ tuã claſſẽ ꝓuidẽs ſed quãcũq; ſimiliter extimeſcẽs. Ex hac igit iſula ꝓficiſcẽtes tui Lacedæmonios territẽt. Ita illi domeſtico occupati bello neq; tibi erũt infeſti:neq; cæteræ Gręciæ cũ a tuis pedeſtrib⁹ copiis expugnabit auxilia ferẽt. Subacta reliq̃ Græcia Laconici per ſe reddẽtur inualidi. Quod niſi feceris hoc fore expecta. Eſt peloponneſi arctus Iſthmus:quo in loco pelopõnenſibus omnibus coactis alia tibi prælia ſuperioribus atrociora futura proſpicio. At ſi illud feceris & Iſthmus hic citra præliũ & cæteræ ciuitates vltro tibi ſe dedent. Poſt hũc Achæmenes Xerxis frater claſſis præfectus cũ ei colloquio intereſſet. veritus ne Xerxes ad id agendũ induceretur: Aiaduerto (inqt) te rex verba admittere viri:qui tibi proſpere agẽti inuidet: Aut etiam res tuas prodit. His enim morib⁹ vti Gręci gaudẽt: vt &

Eurymach⁹.

Lacedæmon Sparta.

Cythera inſula.

Græcorum mores.

fortunato inuideant: & meliorem oderint. Quod ſi e præſenti conditione cũ naues quatrigentæ naufragiũ fecerint trecentas alias e cætera claſſe miſeris ad obeundam pelopõneſum: profecto fient nobis aduerſarii pares ad decertandũ. At ſi cõiuncta claſſis fuerit: inoppugnabilis reddetur: & ante omnia nobis illi impares erũt: ſimulq; omnis exercitus nauticus terreſtri & inuicem terreſtris vna iterfaciens nautico erit auxilio. Quos ſi diſtraxeris: neq; tu illis vſui eris neq; illi tibi. Tu vero tua ipſi⁹ bene cõſtitueris: ſi aduerſarioꝝ res apud te nõ agitaueris. Hic illi bellũ ſiſtent: hæc agent tot numero ſunt. Illi enim per ſeſe ad ſibi ipſis proſpiciendũ ſufficiunt: & nos itidẽ ad proſpiciẽdum nobis. Quod ſi Lacedæmonii aduerſus Perſas in pugnã ibunt: impendentẽ ſibi cladem aut quaquã deuitabunt. Ad hæc ſubiiciẽs Xerxes recte (inquit) Achæmenes mihi videris dicere qđ & faciã. Demaratus quod optimũ ille quidẽ mihi ſperat eſſe id ſuadet: eius tamen ſententia a tua ſuperatur. Neq; vero illud admitto eũ nolle rebus meis bene cõſultũ: vt ex iis quæ antea ab hoc dicta ſunt & ex ipſa re cõiecto. Quoniã ciuis quidẽ ciui ſecundis rebus p̃dito inuidet: eũ que male odit: eum tamẽ patrio ſolo nihil eodẽ cõſultante quod optimũ ſibi videtur ſuadet nihil procul abfuerit a virtute: quales pauci ſunt. Hoſpes aũt hoſpiti proſpera fortuna vtenti omniũ eſt beneuolentiſſimus: eiq; conſultãti optime cõſulit. Quapropter ab inſectatione qua in Demaratũ vteris hoſpitẽ meũ Poſthac abſtinere te iubeo. Hæc Xerxes locutus inter cæſos tranſiit vbi erat Leonides: quẽ cũ audiſſet Lacedæmoniorũ regẽ eũdẽq; ducẽ eſſe: iuſſit abſciſſo capite in crucẽ tolli. Vt mihi cũ aliis multis indiciis: tum hoc præcipuæ manifeſtũ ſit regẽ Xerxem maxime omniũ excãduiſſe in Leonidã viuentẽ. Nã alioqui nũquam in defunctum hoc genere deliquiſſet: cũ ex omnibus (quos ego noui) hominibus Perſæ ſoleant viros in re militari præſtantiores honore adficere. Illi quibus imperatũ erat: id executi ſunt. Redeo ad eã narrationẽ vnde mihi diſceſſum eſt. Lacedæmonii primi regẽ aduerſus Græciam tendere adceperũt: atq; ita Delphos ad oraculum miſerũt. Vbi reſpõſum eſt id redditũ: cuius pauloante memini. Adceperũt autem mirũ in modũ. Demaratus enim Ariſtonis q profugit ad medos non ille quidem Lacedæmoniis beneuolus vt & ego arbitror & ratio dictat: tamẽ hoc fecit ſiue in hoc bene illis conſultũ vellet: vt coniectare licet: ſiue q̃ inſultaret. Nã poſteaq; Xerxes ſtatuit aduerſus Græciam ſumere expeditionẽ:

Leonidæ crux.

Id Demaratus qui Suſis erat cum adcepiſſet: cenſuit Græcis eũ indicandũ: ſed cum aliter nequiret quippe periculoſum erat ne deprehenderetur: hanc rem cõmẽtus eſt. Sũptis duarũ tabellarum pugillaribus cæcam illinc eradi. Deinde in eorũ ligno cõſilium regis exarat. Quod Literis exaratum rurſus cæra inducit: ne quid negocii apud viarũ cuſtodes exhiberent pugillares qui ferrentur. Qui vbi Lacedæmonem adlati ſunt: nõ poterant eos Lacedæmonii interpretari anteq̃ (vt ego adcipio) Cleomenis filia eadẽq; Leonidæ vxor Gorgo illos admonuit ipſam rem interpretata iubens cærã effringi. fore enim vt literas in ligno reperirent Ita ei auſcultãtes Lacedęmonii literas repertas relegerũt: eaſq; deinde ad Græcos dimiſerunt. Literarum aſtutia.

¶ Herodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarũ Liber Octauus: qui inſcribitur Vrania Laurentio Vallenſe interprete.

Atq; hæc quidẽ ita geſta dicũtur eſſe. Græci autẽ quibus res claſſiaria delegata erat hi fuere. Athenienſes qui naues centum viginti ſeptem præbuere iũctis ſibi platæenſibus: q & ſi rei nauticæ inexperti: tamẽ ſtrennue alacriterq; pro ſe illorũ naues armauerant: Corinthii qui adtulere naues quadraginta: Megarenſes qui viginti: Chalcidenſes totidẽ ſibi ab Athenienſibus præbitas armauerunt. Aeginetæ vndeuiginti: Syconii duodecim: Lacedæmonii decem: Epidauri octo: Eretrienſes ſeptẽ: Troezenii quinq;: Styrienſes duas Chii totidem cũ totidẽ Pẽteconteris. i. nauigiis quinquagenũ remorũ: quibus auxiliares erant Locri Opuntii cũ ſeptẽ penteconteris. Hæ naues ad Artemiſiũ in ſtatione erant: quarum quot quiq; adtulerunt mihi dictum eſt. Vniuerſarũ vero præter pentecõteros ad Artemiſiũ coactarũ numerus fuit ducentarũ ſeptuaginta vnius. his ducem penes quẽ ſumma imperii eſſet Spartiatæ prębuerunt Eurybiadis. Nã ſocii negauerunt ſe niſi Lacon eſſet imperator: ſecuturos eſſe Athenienſes ductores. ſed exercitũ qui futurus erat ſoluturos. Etenim iã inde ab initio anteq̃ in Siciliã ad ſocietatẽ ineundam mitteretur: agitatũ ſermonibus erat tanq̃ expediret rẽ nauticã Athenienſibus pmittere. Cęterũ recuſantibus ſociis ceſſere Athenięſes qđ magnificarẽt Græciã ſupereſſe: q̃ intelligebãt eſſe piturã. ſi de principatu cõtenderẽt recte ſentiẽtes. Athenienſiũ naues. Pẽtecõteri. Eurybias.

Seditio inteſtina.

Nam inteſtina ſeditio tãto deterior eſt bello: quod cõcorditer geritur quãto bellũ deterius eſt pace. Hoc itaq; ipſum intelligẽtes nõ repugnandũ putauerũt: ſed tantiſper cõcedendũ: quoad magnopere illis indigebãt quẽadmodũ cõſtituerant. Si quidẽ poſteaq̃ expulſo Perſa iam de illius terra diu dicabãt: ſuperbiã Pauſaniæ cauſati Lacedęmonios ducatu abdicauerunt. Verum hæc poſterius geſta ſunt. Tunc ãt ii Græci qui ad Artemiſiũ ſe cõtulerãt: vbi viderũt & multũ nauiũ ad Aphetas eſſe cõtractũ & omnia plena exercitu hoſtili: perculſi metu q; p̃ter opinionẽ ſuã expectationẽq; res Barbaroꝝ ſuccederẽt: cõſultabant de facienda fuga ex Artemiſio interiorẽ in Græciã. Quorũ cõſolatione cognita: Eubœi obſecrabant Eurybiadem: vt aliquãtulũ temporis præſtolaretur vſq; dum ipſi liberos atq; domeſticos ſubducerent. Vbi nõ perſuadẽt ad ducem Athenięſiũ Themiſtoclem tranſgreſſi paſciſcũtur cũ eo triginta talentis: vt tãdiu ante Eubœiã perſtaret: donec pugna nauali decerneretur. Themiſtocles hac ratione Græcos retinuit. Eurybiadẽ ex hac tanꝫ ex ſua ipſius pecunia quinq; talentis imptit. Hoc perſuaſo Adimantũ Ocyti Corinthiorũ ducẽ qui ſolus reluctabatur negans ſe permanſurũ: ſed ab Artemiſio profecturũ: ita adlocutus eſt iureiurando interpoſito. tu vero haud quaq̃ nos deſeres quem ego majoribus donabo muneribus: q̃ quæ rex Medorũ vbi mitteret ſocios deſerenti. Hæc locutus ſtatim ad nauem. Adimanti tria miſit argenti talẽta. Iſtis pecunia corruptis cũ Eubœis gratificatus eſt Themiſtocles tũ reliquũ pecuniæ q̃ adceperat lucri fecit. q̃ eũ interuertiſſe ideo latuit: qui adceperãt: q; putabãt eã ab Athenięſibus ad hoc ipſum profectã eſſe. Ita in Eubœa p̃ſtitere: ac p̃liũ facere: qđ ita geſtũ eſt. Barbari cũ ad Aphetas circa diluculũ veniſſent. Cũq; id qđ etiã ante audierant cernerẽt paucas Græcoꝝ naues ad Artemiſiũ ſtationẽ habere libidine tenebantur adgrediendi ſi forte eos interciperent. cæterum ex aduerſo inuadẽdũ non videbatur ne ſe cõſpectis obuiã tendẽtibus Græci fugã capeſſerent: noxq; fugientes exciperet. Sed euenire oportebat vt hi effugerẽt: & illoꝝ inſidiantiũ ne ſacrificolus quidẽ euaderet. Igitur ad hanc rem tranſigendum hoc ſunt machinati ducẽtas ex omnib⁹ nauibus delectas extra Scyatũ circũagũt iuxta Capharea & Gereſtũ ad Euripiũ ne circũuehentes Eubœam ab hoſte cernerentur: ſed eũ circũuenirent ducẽtis quidem nauibus quæ hac irent viã (quę retro ferebat) obſepientibus. Reliqua vero claſſe ex aduerſo ingruente. Hoc

Themiſtocles.

Caute legẽd⁹ eſt Plutarch⁹ i vita Themiſtoclis q̃ haſce pecunias Themiſtoclẽ Eurybiadi dediſſe ait ex herodoti opinione Verũtñ i Græco Herodoto quinq; talẽta vt & in hoc latino tã tũ dediſſe dr.

Adimantus.

cepto consilio quas cõstituerant naues miserũt nõ habentes in animo ipsi eo die Græcos adoriri: nec prius q̃ signũ qđ cõuenerat cũ iis qui circũuehebãtur: ab illis ederet iã de suo aduẽtu. His circũmissis nauib⁹ reliquas apud Aphetas numerũ inibãt. In qbus recẽsendis dũ occupati sunt. Scyllias qdã Sicyonius: qui inſdẽ in castris erat omniũ ea tẽpestate hominũ optim⁹ vtinator: qui ẽt in naufragio ad Peliũ facto multã pecuniã Persis seruauit: multa & sibi lucratus ẽ. Hic Scyllias iã pridẽ in animo habuerat ad Græcos transire: sed cũ ad eã diẽ nõ fuisset nactus occasionẽ: tũc ad Græcos trãsfugit sed incertũ quonãmõ illinc trãsierit. Demiror tñ. si verũ est qđ refertur. Refertur. n. cũ ex Aphetis mare subisset: nõ prius extitisse q̃ ad Artemisiũ peruenit. Octoginta ferme maris stadia emẽsus. De hoc viro & alia memorãtur partim mẽdaciis similia: partĩ vera: de quo mihi ea probatur opinio eũ nauigio ad Artemisiũ peruenisse. Is vbi eo puenit Græcos certiores fecit & naufragii facti & nauiũ ad circũeũdã Eubœã dimissarũ. Hoc illi audito inter se collocuti sunt. & cũ multę essent sententię dictæ: illa euicit vt eũ diẽ illic maneretur: & in statione pstaretur dehic media nocte soluẽtes proficiscerẽtur. & classi hostiũ quæ circũageretur occurrerent. Post hęc vbi nemo se ex aduerso fert obseruato diei crepusculo ipsi ferũtur in Barbaros animo experiũdæ fortunę cũ in pugnã do: tũ in perrũpendo. Quos Xerxiani milites duceſq̃ paucis cũ nauibus venientes in se cõspicati magnæ hoc illis demẽtiæ dãtes & ipsi naues educũt sperãtes facile se illos iri interceptum. Merito sane sperãtes qđ viderẽt paucas esse Græcor̃ naues: suas vero multo plures atq̃ velociores. Itaq̃ p̃ cõtemptu illos in medio cõcludũt. Ex Ionibus tamẽ qui cũ Græcis bene volebãt inuiti militabant: magnæ calamitatis loco ducentes qđ viderent circũueniri illos: quor̃ neminẽ animaduerterẽt esse rediturũ. Adeo. n. infirma res Græcor̃ esse videbatur. At ii Iones qbus id qđ fiebat voluptati erat pro se quisq̃ adnitebatur: vt ip se primus aliqua naui Athenienſium capta donum ab rege adciperet. Nam apud exercitum plurimus erat per hos de Athenienſibus sermo atque respectus. Græci vbi eis signum datum est primũ cõuersis in Barbaros proris: puppes in medium coegerũt. Deinde secũdo signo dato opus capessunt: q̃q̃ in exiguo spatio deprehensi: & a fronte mox triginta Barbarorum nauca excipiunt. in quibus & Philaonem Cherſis filium Gorgi Salaminiorum regis germanum: & in eo exercitu virum eximium.

Scyllias vtinator.

Philaon.

Græcorum autē primus nauē hoſtium cœpit vir Athenienſis
Lycomedes. Lycomedes Aeſchrei: idēq; palam rei bene geſtę rettulit. in hac
pugna cū inuicē nunc hi: nunc illi ſuperiores eſſent: interuentu
noctis direpti ſunt: & Græci quidē ad Artemiſiū reuecti: Bar-
bari vero ad Aphetas multo maius opinione ſua certamen ex-
Antidorus. perti. in hoc prelio ſolus e Græcis qui cū rege erāt Antidorus
Lemnius ad Græcos tranſfugit: qui Athenienſes ob eam rem
tractu ſoli in ſalamine donarūt. Vbi nox adfuit. Erat autē anni
tempus mediæ æſtatis immēſa vis aquarum extitit per totam
noctē: & dira tonitrua a Pelio. Cadauera quoq; ac naufragia ad
Aphetas efferebantur: circa nauiū proras excipiebantur: & Re-
morū palmulas perturbabāt. Hæc audientes qui illic erant mili-
tes metu cōſternebantur credētes ſe eſſe vtiq; perituros: vt qui
in tantū malorū deueniſſent. Quippe quos anteq; reſpiraſſent e
naufragio & tempeſtate: q̄ ad Pelion extiterat excepiſſet atrox
pugna naua'is ex pugna nauali vehemēs imber & validi aqua-
rū in mare diſcurſus: ac dira tonitrua. Et iſtis quidē huiuſmodi
nox contigit. At iis quibus negociū datū erat vt Euboeiā cir-
cuirēt: q̄q̄ eadem nox: tamen multo etiā atrocior eſt: tāto quidē
quanto maius eſt quod eos dū in pelago ferrētur inuaſit: & tri-
ſtis exitus fuit. Vt enim eos curſum tenentes tēpeſtas ac pluuia
adorta eſt: cū eſſent ad cōcaua Euboeiæ ac flatu ferrētur ignari
que efferebantur: ad petras impingebātur. & id omne adeo fie-
bat quo Græcæ claſſi par redderetur id nauiū quod ſupererat:
nec multo plus foret. Atq; hi quidē circa Euboeiæ cōcaua pe-
riere: Barbari vero qui apud Aphetas erant vbi ipſis libentibus
dies illuxit: naues ſuas ſtabilierunt ſatis habentes cū male rem
geſſiſſent quietē agere in preſens. At Græci auxilio tres & quin
quaginta naues Atticæ ſuperuenere: q̄ ſuo aduentu illis tū ani-
mū addiderunt: tum nūcium adtulerunt eos Barbaros qui Eu-
boeiam circūuehebātur tēpeſtate illa quæ extiterat cunctos in-
teriſſe. Itaq; Greci eadē q̄ pridie obſeruata hora prouecti naues
cilicum inuaſere. Quas vbi corrupere & nox aduenit iterum ſe
ad Artemiſiū receperuut. Tertio die Barbarorū duces tū indi-
gne ferentes a tantula ſe claſſe vexari: tū a Xerxe ſupplicium ti-
mentes: non expectādum ſibi amplius cenſuerūt. vt Græci pri-
ores pugnā capeſſerent. ſed inſtructas naues circa meridiē edu
xerūt. Contigit autē vt per hos eoſdē dies & hæc naualia p̄lia
& illa in Thermopylas terreſtria gererentur. Erat autem omne
Eurypus. certamen his in mari de Eurypo quēadmodū illis qui cū Leo-

nida erant de trāſitu arcendo: Græci quidē ſeſe adhortabātur: ne Barbaros intrare Græciam ſinerent. Barbari vero vt Græcorꝫ copiis ꝓfligatis trāſitu potirētur. Procedente Xerxianorꝫ claſſe in aciem ordinata: tum Græci ſe apud Artemiſium imotos tenerent: tunc eos Barbari vt cōprehenderent lunata claſſe circūdabāt. Ibi Græci ex aduerſo prodeuntes conſixere. Qua in pugna pari Marte pugnatū eſt. Nam Xerxiana claſſis ꝑ magnitudine & copia ſua in ſe incidebat ꝓtubatis nauibus & mutuo incurſantibus reſiſtebat: tum necꝫ cedebat. Indigna. n. res videbatur a paucis nauibus in fugā conuerti. itaqꝫ multæ Græcorum naues interibant: multi etiā viri ſed multo plures Barbarorū & naues & viri: atqꝫ ita dimicantes vtriqꝫ ab alteris abſceſſere. Hoc in prælio Xerxianos inter milites optimā Aegyptii nauauerūt operam: cū aliis magis editis operibus: tū hoc qꝫ quinqꝫ Græcas naues cū ipſis propugnatoribus cœpere e Græcis eo die ꝑſtātiſſimi extitere Athenienſes: & inter Atheniēſes Clynias Alcibiadis filius qui domeſtico ſumptu ac propria nauí cum ducentis viris militabat. Vbi vtriqꝫ libēter in diuerſum abiere: ad ſuas ſtationes ſeſe recepere. Græci dirēpto prælio reuecti: & ſi cæſorꝫ corporibus ac naufragiis potiti erant: tamē qꝫ male adfecti eſſent præcipueqꝫ Athenienſes quorꝫ dimidium nauiū vulneratū erat de fugiēdo in vlteriora Græciæ deliberabant. Themiſtocles reputās ſi ab amicitia Barbari Iones & Cares abduceret fieri poſſe vt reliquos ſuperarent. Dū Euboei pecora ad mare propellunt: illuc duces cōtraxit. eiſqꝫ dixit ſe aſtutiam q̄dam habere q̄ ſperaret optimos quoſqꝫ ſociorū ab rege abductū iri. Hactenus rem e nudauit addiditqꝫ ad eā tranſigēdam hoc ab illis agendū eſſe: vt Euboicorꝫ pecorꝫ q̄tum vellet quiſqꝫ mactaret. Satius. n. eſſe ſuorꝫ copiis illis potiri q̄ hoſtem ac monuit vt ſuis quiſqꝫ popularibus ꝓciperet ignē adcēderet: ſibi āt de diſceſſu ſub tempus oportunū curæ fore vt ſine noxa abirent. Hoc illis probatum cum eſſet adcenſis ignibus ad pecora eſt itum. Nam Euboei contēpto Bacidis oraculo tāq̄ nihil dicente neqꝫ exportauerant quicq̄: neqꝫ importauerāt velut impendente eis bello: res ſibi quoqꝫ ipſis obſcuras effecerāt. ita. n. habebat de his oraculum Bacidis.

Clynias. Alcibiadis.

Themiſtoclis aſtutia.

Bacidis oraculum.

Dum iuga Barbaricus Canabacea iactat in æquor
Euboea capræ metentes fac procul abſint.

His verſibus cum nihil illi niterētur tam & ſi mala tum aderāt tum impēdebāt. Fiebat: vt in pleriſqꝫ aduerſa fortuna vterētur.

Polyas. Dum hæc iſti agebãt: aduenit ex Trachine ſpeculator. Nam vt erat apud Artemiſium ſpeculator Polyas genere Anticyrenſis: cui datũ erat negociũ cũ expedito nauigio actuario vt renũciaret his qui apud Thermopylas erant an claſſis diſceſſiſſent: & Abronychus Lyſiclis Atheniẽſis apud Leonidã patus cũ Lembo ad nũciandũ iis q̃ ad Artemiſiũ agebãt. ſi qd noui pedeſtribus copiis cõtigiſſet. Hic igitur Abronychius aduenies indicauit ea q̃ circa Leonidã & eius exercitũ geſta erãt. Qua iſti re audita nõ iam ſibi differendũ abitũ putauerũt: ſed vt quiq̃ locati erant abſceſſerũt. Primi Corinthii: poſtremi Atheniẽſes. Quorũ Atheniẽſiũ velociſſimis nauibus delectis. Themiſtocles ad aquas potabiles cõferẽs in lapidibus literas incidebat: quas poſtero die Iones ad Artemiſium veniẽtes legerũt in hæc verba. Themiſtocles in Iones Viri Iones haud iuſte facitis militãtes aduerſus patres & Græciã redigentes in ſeruitutẽ. Sed qd p̃cipuũ fuerit ſtate a nobis. Sin hoc facere nõ poteſtis: ſaltẽ nũc ſitis in medio: qd & ipſi facite: & Cares nũc faciant obſecrate. Qd ſi horũ neutrũ agere licet: & maior: neceſſitate eſtis obſtricti: q̃ vt poſſitis deſciſcere in re gerẽda dũ pugnã cõſerimus ſponte agatis in ſtrẽnue memores a nobis vos eſſe oriũdos: & inimicitiarũ nobis cũ Barbaro principiũ a vobis exitiſſe. Hæc Themiſtocles (vt arbitror) ancipiti cõſilio ſcripſit: vt ſi literæ regẽ laterent: Ionas induceret ab rege ad ſe deſciendũ. Sin ad eũ deferrẽtur: darenturq̃ crimini infidos eidẽ redderet Iones vt a præliis naualibus ſummouerentur. Poſtq̃ hæc Themiſtocles inſcripſit: ex templo vir Hiſtiæus nunciꝰ. quidã Hiſtieus naui gio aduectus Barbaris nũciũ adtulit Grẽcos ab Artemiſio profugiſſe. Illi homine q̃ fidẽ nõ haberẽt ſeruari iuſſo naues veloces ad rẽ explorandam miſerunt. Quapet iſtos re nũciata ita ſimul atq̃ refulſit ſol omnis claſſis addẽſtata ad Artemiſiũ cõtendit. Vbi ad meridiẽ vſq̃ immorata mox adHiſtiẽa vrbs. Hiſtieã proceſſit eo adpulſi vrbe Hiſtiẽorũ potiti ſunt & optimã portionẽ agri Hiſtiẽi maritimos vicos oẽs percurſauerunt.

Xerxis clades. Dũ iſti hoc in loco agũt. Xerxes præparatis q̃ ad cæſos pertinebant: p̃conẽ ad claſſiarios mittit. Hæc aũt p̃parauerat. Quicũq̃ Thermopylana cades. e ſuo exercitu apud Thermopylas cæſi (Erãt ãt viginti milia) eoꝝ. m. ferme relictis cęteros depreſſa foſſa hũauit: & ne a claſſiario exercitu cerni poſſent eã humũ exagitauit: foliiſq̃ cõſtruit. præco vbi ad Hiſtiæã peruenit: facto totius exercitus cœtu hæc dixit. Viri ſocii rex Xerxes dat veniã cuicũq̃ libet relictis ordinibus ire vſum quẽadmodũ pugnatur cũ amẽtibus homi-

nibus: q̄ se superaturos sperauerāt copias regis. hæc denūciāte precone mox nihil in frequētius q̄ nauigia fuit. ita multi visere cupiebāt. Profecti eo nō oēs Lacedæmonios eē ac Thespiēses credebāt: q̄ strati iacebāt: cū etiā seruos cernerēt. Itaq; res eos qui trāsmisere nō latuit. Hoc Xerxes circa suorū cadauera fecit rē profecto ridiculā: vt mille iacentes extarēt. Cæteri vero cōferti eundē in locū quater milleni cōportati sitiq; essent. Atque hunc quidē diē in spectaculo cōsumpserūt. Postero āt classiarii Histiæā ad classem remeauerūt. Reliqui qui cū Xerxe erant iter ingressi sunt ad quos pauci quidā ab Arcadia perfugę venerūt. Victus in opes & operam suam perstare cupientes qui in conspectu regis adducti interrogatiq; cum ab aliis Persis: tum vero a quodam præcipue de Græcis quidnam illi agerent: respōderunt eos agere Olympia: & spectare certamen gymneticum: atq; equestre: rursus eodem perconctāte qđ nā illis præmiū eēt: propositū propter quod certarent. Oleaginā coronā (inquiūt) esse qua donarētur. Ibi Tritantechines Artabani filius generosissimam dixit sentētiam: quæ apud regē pro timida est habita: Audiens eum præmiū illis coronā esse non pecuniā: silentium tenere nō potuit: quin corā omnibus diceret pape. Mardoni in quos viros induxisti nos ad pugnandū: qui nō pecuniarū certamen agitent sed virtutis. Hoc ille dixit. Eo interim tempore post adceptā apud Thermopylas calamitatē cōfestim Thessali caduceatores ad Phocēses mittūt vtpote iis infensi: tū semper antea. tū p̄cipue post nouissimā cladē. Etenim nō multis ante hāc regis expeditionē ānis cū ipsis Thessali & eoꝝ socii omni cū copia bellū Phocēsibus intulissent a Phocēsibus fugati sunt ac male mulctati. Nā cū ad Parnasū vsq; p̄cessissent Phocēses secū habentes. Telliā vaticinū illū Heleū: ibi Tellias hic huiusmodi rem eis cōmentus est. Sexcentos viros e Phocensibus p̄stantissimos Gypso tam ipsos q̄ arma illinit: eosq; sub noctem in Thessalos dimisit dato p̄cepto vt quęcunq; albicantem non cernerent: eū obtruncarent. Hos primū Thessaloꝝ excubitores aliud quoddā p̄digiū esse arbitrati. Deinde ipse exercit⁹ adeo exhorruerūt vt tribus milibus cæsoꝝ atq; scutoꝝ Phocēses potiti sint: quoꝝ scutoꝝ dimidiū apd Abas: alterū dimidiū apud Delphos dedicauerūt: & ex decima pecuniarū huius pugnę factæ sunt statuæ grandes quæ circa tripodem e regione delubri Delphis visuntur: & alteræ eiusmodi in Abaſis repositę. Hoc Phocenses in peditatū Thessaloꝝ a qbus obsidebātur egerūt.

Res Xerxis ridicula.

Olympicorū corona oleaginа.

Vbi Tritātechines legit i greco Herodo. est Tigranes.

Tritantęchinis dictum.

Certamē nō pecuniarum sed virtutis.

Tellias.

Phocenses in Thessalos.

Equitatū quoq; eorūdem (qui in ſuū agrū incurſauerat) inſa-
Hyampolis. nabili clade adflixit. Ad ingreſſum.n. qui eſt iuxta vrbē Hyam-
polim depreſſa ingēti foſſa amphoras illic inanes depoſuerūt:
humūq; deſuper iniecerunt: eāq; reliquo ſolo exequauerūt: vbi
cū Theſſalos expectarent incurſuros in eos Theſſali impetu da
to tāq; rapturi in amphoras inciderunt. ibiq; equoꝝ ctura con-
Theſſali ad fracta ſunt. Ob hæc ambo Phocenſibus infenſi Theſſali miſſo
Phocenſes. caduceatore ita dixere. Nūquid diſſimulatis āplius Phocenſes
agnoſcere nō eſſe vos nobis pares qui & antehac inter Græcos
q̄diu partes illorū nobis placuerint ſemper vobis antecellimus
& nunc apud Barbatū adeo pollemus. vt penes nos ſit & agro
vos exuere: vt in ſeruitutē redigere: q̄ facultatem & ſi optinem⁹
tamē iniuriarū nō ſumus memores: niſi vt eo nomine quinqua
ginta talenta rependatis: & nos vobis recipimus omnia nos ab
agro veſtro damna auerſuros. Hæc Theſſali Phocenſibus denū
Phocēſes ad ciabant: q; ſoli Phocenſes inter eius loci homines cum Medis
Theſſalos. nō ſentiebant. idq; nulla alia cauſa (vt ego cōiectura cōperio)
q̄ Theſſalorum odio partes Medorum (vt mihi videtur) ſecu-
turi ſi Theſſali partes Græcorum fouiſſent. Hæc deferentibus
Theſſalis negarunt ſe Phocenſes pecuniā daturos: & ſibi itidē
vt Theſſalis facultatem eſſe ſentiendi cū Medis ſi aliter ſentire
vellent: ſed nequaq̄ fore vt ſponte eſſent proditores Græciæ.
His verbis renūciatis adeo Theſſali ſunt in Phocenſes indigna
tione pciti: vt Barbaro duces itineris extiterint: & ex Trachina
Doris regio. Doridē regionē incurſauerint. Nam eius regionis Podion an-
Doridis guſtus illic octoginta nō amplius ſtadia in latū protenditur in-
Podion. ter Melidē ac Phocenſem regionis ſitus vrbis vetus Cryopiæ
erat. Hæc autē regio Dorū: qui ſunt in Pelopōneſo metropolis
eſt. hanc igitur Doridē regionē ingreſſi Barbari nihil admodū
Parnaſſi leſerunt cū Medis. n. (& ſi Theſſalis non videbat̄) ſentiebant:
vertex. poſteaq̄ e Doride in Phocidē ingreſſi ſunt Barbari. ipſos quidē
Neon vrbs. Phocenſes nō ſunt adepti: quorum nōnulli cacumina Parnaſſi
Tithorea. conſederant: qui vertex eſt iuxta vrbē Neonē illic ſitā nomine
Ozolæ. Tithorea: eoq; ſe receperunt: ſed plures ad Locros Ozolas in
Criſeus cāp⁹ vrbē Amphiſſam q̄ ſupra Criſeū ſita eſt campum: omnē tamen
Cephiſis. agrum Phocēſem incurſauerat. Sic.n. ducebātur a Theſſalis: &
Drymos. omnia q̄ nacti ſunt: igni ferroq; vaſtarunt: vrbes etiam ingreſſi
Charadra. ignes in ſacras ædes iniecerunt. Nā peragrātes eam iuxta Ce-
Erochus. phiſim amnē cuncta populati ſunt & hinc vrbem Drymon in-
Tethroniū. cenderunt illic Charadrā & Erochū & Tethroniū: & Amphi-
Amphicæa.

cęam & Neonẽ & Pedieas & Triteas & Elateã & Hyampolim & Parapotameos .i. fluminis adcolas & Abas: vbi delubrũ Apollinis erat locuples & thesauris donatiisq; cõpluribus exornatum: in quo vt tunc ita nunc redduntur oracula. hoc delubrũ posteaq; diripuere incenderunt. Phocensium etiam quosdã per montana insecuti cœperunt & mulieres aliquot quas præ multitudine stuprantium extinxerunt. prætergressi quoq; fluminis adcolas peruenere ad Panopeas. Vnde bifariam copiæ iam dimissæ fuerũt: quarum plurima pars ac validissima cũ ipso Xerxe Athenas versus tendens Bœotios in agrum Orchomenorum ingressa est. Bœotii cum Medis vniuersi sentiebant: quorũ vrbes viri Macedones in eis collocati: qui ab Alexandro missi fuerant seruauerunt volentes planũ facere Xerxi Bœotios sentire cum Medis. Et hi quidẽ Barbari hac iter intenderunt. Cæteri vero cũ suis ducibus Parnassum a dextra perstingẽtes ad tẽplũ quod est Delphis processerunt quicquid agri Phocẽsis nancisscebãtur: ad omne fœdantes. Nam & Panopeoꝝ opidum deflagrauerunt: & Dauliorũ & Aeolidensium. Ideo aut ẽ hac ab aliis seiuncti pergebant vt direpto quod Delphis est templo pecunias representarẽt Xerxi regi: qui omnia q̃ in eo tẽplo erãt memoratu digna melius norat (vt ego audio) q̃ quę in edibus suis reliquerat permultis aliudue referẽtibus cũ alia tũ p̃cipue Crœsi Alyattimis filii donaria. Hoc Delphi cũ audissent in extremã prorsus deuenere formidinẽ. Qua attoniti deũ de sacra pecunia cõsultarunt nunquid ea humi defoderent an aliũ in locum transportarent. eas deus illas interdixit ne amouerent. se enim suffecturũ esse ad res suas tutandas. His auditis Delphi de semetipsis curãdũ putauerũt liberis vxoribusq; in Achaiam trajectis: plericq; vertices Parnassi superauerũt: & ad Corycĩũ antrũ: quidã ad Amphissam Locridẽ se subduxerunt: denicq; oẽs Delphi vrbẽ deseruerunt: p̃ter sexaginta viros ac prophetã .i. vaticinũ. Postea vero q̃ Barbari subeuntes appropinquabãt tẽplũq; cernebãt. Interim propheta: cui nomẽ erat: Acerato inspicit ante delubrũ sacra arma prolata e conclaui: quæ intus proposita fuerãt: quæ nefas erat cuiq; mortali cõtingere: qd Ostetũ iis Delphis qui aderãt perrexit nunciatũ. Vbi Barbari ꝓperãtes peruenere ad Phanũ Mineruę qd est ante templũ: tum vero etiã maiora q̃ superius prodigia repsentata sunt: res, pfecto hęc valde mirãda. Nã arma Martia sua spõte extra delubrũ ꝓposita adparuerunt. Quod tũ secũdo loco actũ est ex omnibus mi-

Pedieæ.
Triteæ.
Elatæa.
Hyampolis.
Parapotamii
Abæ.
Panopei.
Vide ne Halyattis Vt ex græco pcipiẽ codice lit legendum.
Apollinis oraculum.
Corycium antrum.
Amphissa.
Delphi derelict. sunt.
Aceratus.
Mineruæ phanum.
Arma sponte sua adparuerunt.

raculis, maxima eſt admiratione dignũ. Cum enim Barbari ad ſacellum Mineruæ: quod eſt ante templum adcederent: interea e cœlo fulmina in eos deciderũt: & a Parnaſſo duo abſciſſi vertices magno cum fragore ſunt deuoluti: per multoſq; eorum interceperunt. Atq; ex ipſo ſacello Mineruæ vociferatio iubilatioq; extiterunt. Quibus omnibus pariter ingruentibus terror incuſſus eſt Barbaris vt fugę ſe mãdarẽt. Ea re cognita Delphi deſcẽdentes magnam eorum ſtragẽ edidere. Qui ſuperfuere recta ad Bœotios effugerũt: & cum rediſſent referebant (vt ego adcipio) alia ſe præter ea (q̃ dixi) miracula vidiſſe duos armatos humana natura auguſtiores inſtitiſſe ſibi cædem facientes atq; inſequẽtes. Hos duos Delphi aiunt indigenas heroas eſſe Phylacon & Autonoum quorũ Phana viſuntur. Phylaci quidẽ ſecũdum ipſam viam ſuper ædẽ Mineruæ. Autonoi vero ꝑpe Caſtaliam ſub Hyampeio vertice. Saxa quæ a Parnaſſo deciderunt: adhuc ad noſtram vſq; memoriã integra extant in Phano Mineruæ Protemplaris locata: ad quod per Barbaros deuoluta peruenere: atq; hic receptus a tẽplo horũ virorũ fuit Grẽcorũ claſſis ab Artemiſio profecta rogatu Athenienſium ad Salaminem ſubſtitit. Quod vt facerent ideo rogauerãt Athenienſes tũ vt liberos atq; vxores ex Attica ſubducerent: tũ vt cõſultarent quid ſibi agendũ eſſet. Nam in rebus quæ cõtigerant conſiliũ capiendũ habebant tãq̃ opinione fruſtrata. Quippe q̃ putaſſent inuenturos ſe Pelopõnẽſes ad excipiendum Barbarum in Eubœa ſubſidentes horũ nihil inuenerant: ſed audiebãt illos Iſthmũ muro ſepire. hoc plurimi facientes vt ipſi ſupereſſent: & tertam ſuam optinentes tutarẽtur omiſſis cæteris. Hæc Atheniẽſes cũ audiſſent: ita ſocios obſecrarunt vt ad Salaminẽ ſiſterent claſſem. Quo aliis adpulſis Athenienſes in terram ſuã profecti propoſuere edictum: vt qua quiſq; Atheniẽſium ratione poſſet ſeruare liberos atq; domeſticos ſuos. Ibi plurimi eorũ ſuos in Trœzenẽ miſerũt: quidam in Aeginam: nõnulli in Salaminem pro ſe quiſq; properãtes ſua pignora exportare. q̃ vellent oraculo obſequi: & ante omnia q̃ Atheniẽſes aiunt ingentẽ anguẽ arcis cuſtodẽ in templo fuiſſe obuerſatum. Et tãq̃ re uera eſſent quæ dicunt ſerpenti menſtrua nõ ceſſant libamina proponere q̃ ſint e melle confecta: q̃ cum ſemper ſuperioribus temporibus depaſcerentur tunc illibata manſerant. Id cum ipſa templi antiſtes indicaſſet: eo magis Athenienſes eoq; prõptius deſeruere arcem tãquam a deo etiã deſtitutam. Exportatis itaq; rebus

Phylaeus. Autonous. Caſtalia. Hyampeus vertex. Protẽplaris Minerua.

Athenienſe edictum.

Athenienſis ars. Serpens in arce.

omnibus ad caſtrā nauigauerūt. Poſteaq̄ eos qui ab Artemiſio ſoluerāt ad Salaminē ſubſtitiſſe audierāt. Reliqui claſſiarii q̄ ad Trœzeniā erāt eodē cōfluxere. Nā vt in Pegonē Trœzeniorū portū coiretur erat edictū. Pluresq̄ multo contractę ſunt naues q̄ ad Artemiſiū decertauerāt: & a pluribus ciuitatibus eodem quo ad Artemiſiū duce Eurybiade Euryclidis viro Spartiata nō tñ e genere regio; quarū multo plurimas ac maxime veloces opt. nebāt Athenienſes: q̄ cl. ſis ex his cōſtabat. Ex Pelopōneſo Lacedæmonii ſedecim naues p̄ſtabāt. Corinthii totidem quot ad Artemiſiū p̄ſtiterant. Sicyonii quindecim: Epidaurii decem: Trœzenii quinq̄. Hermionēſes trex. Hi Dorici generis ac Macedonię gētis Hermionēſibus exceptis ex Erineo & Pindo & Dryopide nouiſſime profecti. Nā Hermionēſes Dryopes ſunt ab Hercule & Meliēnſibus e regione quæ Doris nūc vocatur abducti. Hæ copiæ Pelopōneſium erant. Eorū qui ſunt in exteriore cōtinēte Athenienſes ſupra quā cæteri naues p̄ſtabāt ſoli centū octoginta. Quippe quibus nō adfuerunt in pugna ad Salaminē geſta Platæenſes ob hāc cauſam q̄ cū Græci ab Artemiſio diſlapſi ſunt Platæenſes vbi iuxta Chalcidē impulſi fuere deſcēdētes in Pieriā oræ Bœotiæ ad recipiendos domeſticos ſuos ſe cōuerterāt. Ita dum in ſuis cōſeruandis occupātur: relicti fuere Athenienſes ſub pelaſgis eam (quæ nunc Græcia nūcupatur) tenentibus pelaſgi erant Cranai nominati: ſub rege vero Cecrope Cecropidæ cognominati. Erechtheo autē adepto imperium immutato nomine Athenienſes adpellati. Deinde Iones ab Ione zuthi filio: qui dux extitit Athenienſis exercitus. Megarēſes tātūdē copiarū quātū ad Artemiſiū adtulerūt. Ampracii ſeptē cū nauibus auxilio venerūt Leucadii cū tribus Dorica gēs & a Corinthio oriūda. Ex inſulanis Aeginetæ triginta naues exhibuerūt: q̄bus alię quoq̄ erāt naues inſtructæ: ſed iis orā ſuā tutabant. Verū cū triginta oino nauibus p̄cipuæ velocitatis: ad Salaminā dimicauerūt. Sunt āt Aeginetæ Dores ab Epidauro. Cui inſulæ nomē ātea fuerat Oenone. Poſt Aeginetas eaſdē q̄s ad Artemiſiū viginti naues Chalcidenſes & ſeptē Eretrienſes. Hi Iones ſunt. Dehinc Chii eaſdē adtulere gens ab Athenienſib⁹ Ionica. Naxii naues adtuler q̄tuor quēadmodū & cæteri inſulani a popularibus ad Medos dimiſſi: ſed illoꝝ iuſſa aſpnati trāſiere ad Græcos diſceſſu Democriti viri inter ciues illuſtris & tūc Triearchi. Naxii Iones ſūt ab Athenienſib⁹ ducēs originē. Styreēſes quoq̄ eaſdē q̄s I Artemiſio naues p̄buer.

Pegon.
Quid ſi Pogonē legeres
Eurybiades.
Hermionenſes.
Doris.
Græcia
Cranai
Athenienſes quando.
Iones vnde.
Leucadii.
Aeginetæ.
Epidaurus.
Oenone.
Naxii.
Styreenſes.
Cynthii.
Seriphii.
Siphnii.
Melii

Cynthii vnã omnino & vnũ penteconterũ. Horũ vtriq; Dryopes ſunt. Seriphii etiã & Siphnii & Meli fuere in partib⁹. Hi.n. ſoli ex inſulanis terrã Barbaro & aquã negauerunt. Intra Theſprotos iſti oẽs & Amnẽ Acherontẽ incolũt. Siquidẽ Theſproti cũ ſint cõtermini Ampraciis ac Leucadiis ex vltimis regionibus in militiã venerũt. Eorum qui extra hos habitãt ſoli fuere Crotoniatæ q Græciæ periclitãti auxilium vna naui tulere: cui præerat Phayllus vir Triſpythionicus. Sũt autem Crotoniatæ genere Achei: & cęteri quidẽ ex hac claſſe triremes adtulerunt Melii autẽ & Siphnii & Seriphii Penteconteros ideſt biremes. Melii duas. Siphnii Seriphiiq; Pentecõteros ideſt biremes ſingula: Melii ad Lacedęmone genus ducẽtes: Siphnii & Seriphii ab Athenienſibus Iones. Sũma nauiũ præter biremes fuit trecẽtæ quinquaginta octo. Quæ poſteaq; ex iis (quas dixi) vrbibus ad Salaminẽ cõuenerũt inter earũ duces cõſultabãtur. Eurybiade rogante vt qui vellent ſententiã dicerent. Vbi nã ex iis locis qbus ipſi potirẽtur cõmodiſſimum foret pugna nauali decernere. Iã enim Attica ꝑ derelicta erat: itaq; de cæteris locis deliberatur. Pleręq; illoꝝ ſcientię in hoc cõgruebantur: ꝑfecti ad Iſthmũ ante Pelopõneſum decertarẽt ac videlicet rõne q; ſi male pugnaſſent ad Salaminẽ quidẽ ſibi in inſula obſeſſis nullũ ſubſidiũ oſtendebat. Ad Iſthmũ vero dabatur ad ſuos effugiũ. Hæc ratio cũ a ducibus Peloponnẽſium redderetur: aduenit quidã Athenienſis nũciatum iã Atticã Barbarũ eſſe ingreſſum eaq; omnẽ igne vaſtare. Nam copiæ quæ cũ Xerxe erant Bœotiam peragrantes incenſatũ Theſpienſiũ: qui in Pelopõneſum abſceſſerũt: tũ Platæenſiũ vrbe Athenas peruenerãt: & omnia illa peruaſtabant: Ideo autẽ Theſpiam & Platæã incenderunt: q; a Thebanis adceperant illas ciuitates cõſentire cum Medis: A traiectu Helleſponti ex quo iter ingredi cæpere Barbari: vnũ mẽſem triuere tranſeũdo in Europã tres alios dũ in Atticam peruenere Calliade ſummũ Athenis magiſtratũ gerẽte. Vrbẽq; deſertã cæpere paucis quibuſdã Athenienſibus in tẽplo repertis necnõ quæſtoribus ærariis & hominibus ægenis: qui præſepta foribus atq; lignis arce ſubeuntes arcebãt qui nõ exierant illinc ad Salaminẽ ſimul præ inopia victus ſimul opinione oraculis ſoluendi quod ſibi reddiderat Pythea murũ ligneum in expugnabilẽ fore: id interꝑtantes ex oraculo effugiũ eſſe non naues. Hos Perſæ caſtris ex aduerſo arcis poſitis in ꝓminenti colle: quẽ Areiũ pagũ Atheniẽſes vocãt: hũc in modũ

Theſproti. Acheron. Ampraci. Leucadii. Crotoniatæ. Phayllus.

Pentecõteri. Melii. Siphnii. Seriphii.

Nauiũ Græcarũ ſumma.

Theſpiavrbs

Platæa vrbs.

Callias.

Athenæ captæ.

Areius pag⁹.

obſederunt ſagittas ſtupa circũdatas vbi incenderant emitte-
bant in illos & vallum Athenienſes. q̃q̃ obſeſſi & ad vltimũ malo
rum deducti etiã cõſenſo vallo tamẽ reſiſtebãt ac ne verba qui
dem piſiſtratidarũ cõditionẽ deditionis offerentium admitte
bant: & cũ alia ad repugnandũ excogitarunt: tũ vero hoc quo d
in Barbaros portis ſubeuntes deuoluebãt: Saxa molaria: Adeo
vt Xerxes per diu inops cõſilii fuerit: q̃ eos expugnare nõ poſ
ſet. Tandẽ ex difficultatibus adceſſus quidã adparuit Barbaris
Neceſſe enim erat ſecundũ oraculũ omnẽ Atticã: quæ in con-
tinente eſt ſubiici Perſis Igitur a fronte arcis a tergo autẽ por-
tarum & aſcenſus qua parte nemo excubabat: quaq̃ nemo cre-
debat quẽpiam hominũ aſcenſurũ hac parte (& ſi loco præru-
pto) quidã conſcenderũt iuxta tẽplũ Agrauliæ filiæ Cecropis:
quos vbi ĩ arcẽ aſcẽdiſſe viderũt Athenienſes: parti e muro ſeſe p̃
cipitauerũt: atq̃ extincti ſunt: parti in ædẽ refugerũt. At Perſę
q̃ aſcẽderũt primũ ad portas cõtẽdũt: eiſq̃ patefactis ſupplices
trucidant. Atq̃ vbi omniũ ſtragẽ fecerunt direpto tẽplo arcem
incendunt Athenis omnino Xerxes potius equidẽ quendã Su
ſa ad Artabanũ mittit nuntiatũ res bene geſtas ac præſentẽ ſta-
tum. Poſtero die q̃ nunciũ miſerat cõuocatis Athenienſiũ exu-
ribus expeditionis ſuæ comitib⁹ iuſſit vt cõſcenſa arce hoſtias
ſuo ritu immolarent: ſiue aliquo in ſomnijs viſo: ſiue ſua ſpõte
facti pœnitens q̃ tẽplum cõcremaſſet. Exules Athenienſes id
quod iuſſi erant executi ſunt Cuius rei cur mẽtionẽ fecerim ex
ponam. Eſt in arce hac Erechtheis (qui fertur fuiſſe tetrigena)
templũ in quo olea eſt & mare: vt apud Athenienſes p̃dicatur
Neptuno & Minerua in teſtimonũ poſita q̃ de regione decer-
taſſent. Hanc igitur oleã vna cũ cætero tẽplo contigit vt Bar-
bari exurerent: Quã Athenienſes q̃ ab rege iuſſi erant diuinam
facere: Altero ab incenſione die cũ in templũ aſcendiſſent: aſpe
xerunt fruticaſſe edito a ſtipite virgulto cubiti inſtar. Et hęc q̃-
dem illi narrauerunt. At Græci qui apud Salaminẽ erãt vbi nũ
ciatum eſt vti res circa Athenienſiũ arcem haberent: eo pertur
bationis deuenere: vt nõnulli e ducibus nõ expectarent: dũ p̃-
poſitũ negociũ cõſtitueretur: ſed in naues irruerent: ac vela tol
lerent tanquã p̃fecturi. Cæteriq̃ qui relinquebãtur: ſtatuerẽt ſi
bi ante Iſthmũ prælio nauali decernendũ: & cũ nox adfuiſſent:
digreſſe cõcilio naues cõſcenderũt Ibi Themiſtoclẽ pergentẽ
ad nauẽ ſuſcitatur Mneſiphilus vir Athenienſis quidnã ab ipſis
decretũ eſſet: & cũ ab eo audiſſet decretũ eſſe vt ad Iſthmum

Quid ſi Aglauræ eẽt legendũ. Cecropis filia.

Athenarum arx incenſa. Erechtheis templum.

Olea in arce.

proficiſcerentur & ante Pelopõneſum dimicarent: Si iſti (inqt) a Salamine proficiſcãtur: iã tu pro nulla amplius patria dimicabis. Ad ſuã enim quiſq; patriam remeabũt: vt nec Eurybiades nec alius hominũ quiſpiã cohibere poſſit: quo minus copię diſlabantur: Græciaq; peribit cõſilii inopia. Quare ſi qd cõminiſci poteſt perge: & quod decretũ eſt conare irritum reddere. Et Eurybiadẽ a ſententia reuocare vt hic perſtet. Themiſtocles cum hæc admonita ſibi ad modũ probarẽtur nullo reddito reſpõſo ad Eurybiades nauẽ prexit. Vbi hoiem conuenit: ait velle ſe de negocio cõmuni cũ eo colloq. Hũc ille in nauẽ ingreſſum iubet loq quæ vellet. Cui Themiſtocles adſidens quæcũq; a Mneſiphilo orõ ad Themiſtoclem. Mneſiphili adceperat tanq; aſemetipſo refert: & alia adiicit multa donec Eurybiadẽ a ſententia reuocauit: perſuaſitq; vt e naui prodiret: & duces ad conſiliũ cõtraheret: ſi poſteaq; cõgregati ſunt priuſq; ad eos Eurybiades referret id: cuius gratia ipſos coegerat. Themiſtocles multis agebat verbis prout magnopere expediebat. Quẽ interfatus Corinthiorũ dux Adimantus Ocyti: Themiſtocles (inquit) in certaminibus ii qui ante alios exiſtũt Colaphis cedũtur. Eũ refellẽs Themiſtocles: Atqui (inqt) reliqnõ coronãtur comiter Corinthio cũ reſpõdiſſet ad Eurybiadẽ cõuerſus: nihil eo⁹ dicebat quę dixerat prius: Illos poſteaq; a Salamine profecti fuiſſent dilapſuros. Præſentibus enim ſocius nõ putabat ſibi decorũ quẽpiam adcuſare: ſed aliũde oratione ſumpta in te nũc (inqt) ſitũ ẽ ſeruare Græciã ſi mihi adcedens nauale hic prælũ facias. & nõ horũ quibuſdã cerdens claſſem ad Iſthmũ abducas: vtrũq; cũ audieris inter ſe cõparato. Si ante Iſthmũ cõfligẽs in patẽti pelago dimicabis: vbi nobis minimũ expedit naues habẽtib⁹ & grauiores & numero inferiores: Ex quo etiã ſi i aliis feliciter nobiſcũ agat: tñ amittes Salaminẽ & Megara & Aeginã. Nã illos vna conabit ſuus pedeſter exercitus. Atq; ita tu eos in Pelopõneſum ages: omnẽq; Græciã in diſcrimẽ adduces. Sin autẽ id feceris quod ſuadeo, hęc in eo reperies cõmoda: primũ ſi in arcto cõflixerimus nos pauciſ naues cũ multis ꝓfecto ſi æqua belli cõtingẽt multo ſuperiores erim⁹: quoniã in arcto opugnare ꝓ nobis eſt: in ſpacioſo ꝓ illis. ꝓterea Salamis ſeruat vbi noſtri nũc liberi collocati ſũt & vxores. Eſt & alia hic cauſa ꝓpter quã itẽ debes ꝓcipue hic manere: q; ꝓ Pelopõneſo & Iſthmo pugnabis: quo caue ſi ſapis ne iſtos ducas. Si id qd ſpero cõtinget vt claſſe vincamus: Barbari neq; ad Iſthmum nobis aderũt: neq; vſq; longius ab Attica

Salamis Athenienſiũ profugum.

procedēt: ſed nullo ordine abibūt. Vnde nobis lucrifaciemus quæ ſeruauerimus Megara Aegināq; atq; Salaminē. Apud quā credibile eſt nos hoſtibus fore ſuperiores. Credibilia enim ſuadentibus hoibus fere ꝓſpere cedit. Secus facientibus ne decus quidē vult adeſſe: & humanæ ſententiæ indulgere. Hæc dicē-tē Themiſthoclem rurſus interpellās Adimātus iubebat ſilere eū cui patria nō eſſet: qn etiā Eurybiadē nō ſinere virū extorrē ſentētiā dicere: & ita demū id ſinere cū vrbē Themiſtocles habuiſſet videlicet exprobrās q; Athenæ captæ eſſent: tenerēturq; ab hoſte. Tūc Themiſtocles & ille Corinthiis multa ingerēs probra ratione oſtēdit ſibi eſſe & ſolū & vrbē multo maiorē q̄ illis. Vnde naues ferme ducentæ eſſent armatæ: quas nulli græcorū inuadentes poſſent propellere. Hūc cū ratione ſignificaſſet ad Eurybiadē tranſiens maiori cum acrimonia loquebatur ingens. Tu vero ſi hic manes: vir eris egregius: Sin minus græciæ euerſor. Totum enim belli momentū nobis naues ſuſtinēt. Sed mihi crede niſi hoc feceris nos ſicuti ſumus vbi domeſticos recepimus in Sirin q̄ in Italia ꝓfecturos: q olim iā noſtra ē: q̄q̄ vt oracula aiūt a nobis cōdi oportet Vos āt talibus ſocius de ſtitui meoꝝ verborū reminiſcemini. Hæc dicente Themiſtocle Eurybiades edocebaꝫ & ob id edocebaꝫ (vt mihi videtur) q; maxime formidabat ne ſi ad Iſthmū claſſem reduxiſſet: ab Athenienſibus deſereretur quibus deſerentibus iam reliqui non eſſent in pugnando hoſtibus pares. ita ſententiam eā probauit. vt illic permanentes pugna nauali decernerent. Quod vbi Eurybiadi placuit: ii qui altercationibus velitati fuerāt circa Salaminem cū illic ſeſe adpararent tanq̄ prælium nauale facturi dies illuxit: & ſimul oriente ſole extitit terremotus & maris: propter quod viſum eſt faciendum vt æacidas in auxilium inuocarent. Id vbi fecerunt: & omnibus qui illinc e Salamine ſunt diis vota feceꝛ̄t: Aiacē Telamōis filiū iuocauerūt: nauēq; ad Aeacū & ad alios Aeacidas iuocādos Aeginā miſerūt. Narrabat autē Dicę⁹ Theocidis vir Athenieſis atq; idē exul & apd Medos fa ct⁹ illuſtris p id tp̄s quo Attica regio Atheniēſibus deſolata a pedeſtri Xerxis exercitu vaſtabaꝫ ſe forte fuiſſe vna cū Demarato Lacedęmonio apd Cāpū Thriaſiū: vidiſſeq; puluerē trigita ferme miliū virorū capacē ab Eleuſine: & eū demirarēt quorū nā hoium eēt ille puluis ſtati ſe audiſſe vocē: q̄ vox ipſi videꝛ̄t Iacch⁹ Myſticus: & Demaratū vt q eēt ſacroꝝ q̄ fierēt in Eleuſine ignarus interrogaſſe qdnā eſſet qđ ita ſonaret: ſeq; dixiſſe

Credibilia ſuadēti proſpere cedit.

Themiſtocles extorris dictus.

Siris.

Aiax Telamonius.

Diceus.

Thriaſius cāpus.

Iacchus Myſticus.

Demarate non aberit quin grandis aliqua clades contingat regis copiis. Hoc autē palam est: eū Attica sit desolata numen ab Eleusine resonans venire auxilio Athenienſibus ac ſociis. Qđ ſi in Pelopōneſum incumbat: periculum regi erit ciuſq; copiis quæ ſunt in continente. Sin ad claſſem quæ ad Salaminē eſt cō uertetur periculum: adibit rex ne nauticum amittat exercitum. Hæc ſolēnia Athenienſes quotannis celebrant cęteri ątq; Proſerpinæ: & his ſacris quicunq; vult & Athenienſium & aliorum Gręcorum iniciatur. & vox quā audis eſt in hoc feſto Bacchā-cium. Et ad hæc dixiſſe Demaratum ſile: neue alteri cuiq; hoc verbum dixeris. Quod ſi ad regem referatur capite plectaris: vt nec ego te nec alius quiſpiā hominū queat eripere. Quamobrē tene ſilētium de hac expeditiōe: diis curæ erit. Hoc Demaratū admoniſſe aiebat. Ex illo autē puluere ac voce factā eſſe nubē eāq; in ſublime elatā Salaminē verſus ad Gręcorum exercitum fume delatam. Ita ſe didiciſſe nauticas Xerxis copias eſſe periturās. Hæc dicens Theocydis filius referebat Demaratum atq; alios teſtes citans. Claſſiariæ autē Xerxis copiæ vbi conſpecta Strage Laconicorum ex Trachinia in Hiſtięam traiecit: triduū illic moratæ per Euripū nauigabant. Totidēq; diebus ad Phalerum preſto fueret. Nec. n. minori vt mihi videt numero vel pedeſtres copiæ vel nauticæ Athenas ꝓmotæ ſunt q̄ ad Sepiadē atq; Thermopylas. Nā in ſupplemētum eorū qui aut tēpeſtate ad Thermopylas aut in naualibus Artemiſium ꝑiis interierūt eos ſubſtituā qui nōdū regem adſecuti fuerant Melienſes: Dorienſes: Locros: Bœotios: qui cum omni copia aduenerunt exceptis Theſpienſibus & Plataeenſibus: necnon Caryſtios: Andrios: Tēios: aſ cęteros omnes inſulanos ꝑter quinq; ciuitates quorum nominū ſuperius habui mentionem nā quo magis penetrabat in Græciā Perſes: eo plures eum nationes ſequebant.

Parii belli fortunam ſpectātes.

Qui oēs exceptis Pariis poſtq̄ Athenas venere: & ad Phalerū (Parii autē in Tythno relicti quo bellum caderet ſpectabant) Ibi Xerxes ipſe ad claſſem deſcendit animo cœtum claſſiariorū faciendi: & eorum audiendi ſentētias. Eo profectus vbi ꝑſedit adſidentibus qui adcitu eius aderant ſuæ quoq; gētis tyrānis ac nauiū præfectus vt cuiq; rex honorem dederat: quorū primus erat Sidonius rex tum Tirius: deinceps alii gradatim: miſit ad eos Mardonū tentandi gratia ſciſcitatum ſingulos ꝑliū nauale faceret nec ne. Poſteaq̄ Mardonius a Sidonio exorſus ſingulos circuiens interrogauit: cæteri quidem eādem dixere

ſententiam iubentes fieri p̃lium. Artemiſia vero hæc (inquit) Mardoni quæ dico regi referas me neq; in præliis ad Eubœã geſtis ignauiſſima extitiſſe: neq; minima cõtuliſſe i te domine. Ideo cum talis ſit æquũ eſſe ea quæ in rem tuã maxime eſſe ſentio demonſtrare. itaq; hoc tibi ſuadeo: vt manibus parcas. nec prælium nauale facias cum iis viris: qui tanto ſunt tuis in mari p̃ſtantiores: quãto fœminis viri. Quid enim neceſſe habes omnino venire in diſcrimẽ pugnæ nauales? Nõne Athenas habes: quorũ gratia expeditionẽ ſumpſiſti? nõne reliquam Græciam? Nemo tibi obſiſtit qui tibi obſiſtebant ita ſummoti ſunt vt eos decebat. Quo autem ego recaſuras hoſtium res arbitror: id exponam. Si nõ inſtabis pugnæ nauali cõmittendæ: ſed claſſem perges huc cõtinere ad terram: ac tendere ipſe in Pelopõneſum tunc tibi domine ſuccedent ea quorum gratia veniſti. Neq; n. diu tibi reſiſtere Græci poſſunt: ſed dilabentur: & abs te ad ſuas quiſq; vrbes defugient. Quoniã neq; commeatus eſt eis in hac inſula (vt ego audio) neq; eſſe credibile eſt: neq; ſi tu in Pelopõneſum pedeſtres copias duces hic eos perſtituros qui illic huc aduenerũt neq; de pugna p̃ Athenienſibus facienda curaturos. Quod ſi pugnã naualẽ gerere adproperabis: vereor ne copiæ nauticæ male re geſta pedeſtribus ſint exitio. Præterea hoc etiã rex in animũ dimitte vſu venire vt Bonis quidem hominibus mali ſerui ſint: malis autem boni. Ideoq; tibi (qui virorũ es optimus) ſerui ſunt mali: qui numero ſociorũ cẽſentur Aegyptii: Cyprii: Cilices: Pamphilii: e quibus nulla vtilitas eſt. Hæc loquẽte Artemiſia quicũq; ei benevolebant noxiã illi rebantur ſuã orationem tãq; aliud mali paſſuræ ab rege quem vetaret pugnam facere naualem. At ii quidẽ male conſultum volebant: Inuidebantq; vt pote cui inter primos ſociorum omniũ bonos haberetur: gaudebant eius (quã dixerat) ſententiam tãq; perituræ. Xerxes poſtq; ad eum ſunt relatæ ſententiæ: magnopere delectatus Artemiſiæ ſententiæ: cum iam antea officioſam eſſe ſenſiſſet: tunc multo impenſius collaudauit. Nihilominus vt pluribus ſtaretur: iuſſit ratus ad Eubœã ſuos ſponte male pugnaſſe: q̃ videlicet ipſe abfuiſſet. Itaq; cõſtituit ſpectaculo pugnæ nauali intereſſe. Claſſiarii vbi nũciatum eſt illinc eſſe ſoluendum claſſẽ: Salaminẽ verſus ducũt: & p̃ otiũ in aciẽ ſunt digeſti. Sed cũ eos dies defeciſſet: quo minus prælii cõmitterent (nox. n. interuenit) in poſterũ diẽ ſeſe inſtruebant: cũ interim Græcos metus formidoq; cœpit cũ alios: tũ vero Pelopõnenſes: q̃ ipſi

Artemiſiæ conſilium.

Bonis hominib⁹ ſerui ſũt Interdũ mali & ediuerſo.

desidentes in Salaminē pro Atheniensiū terra essent certaturi: qui si superarentur in insula deprehensi forent obsidēdi sua terra sine p̄sidio relicta. Per eādē noctē pedester exercit⁹ Barbarorum cōtendebat in Peloponēsum: q̄q̄ cūcta quæ poterant excogitata erant ne Barbari per cōtinentē ingrederentur. Nam vbi Leonidā cū suis apud Thermopylas occubuisse adcepere Peloponnenses celerrime ex vrbibus cōcursu facto Isthmū insederunt duce Cleōbroto Anaxādridæ filio Leonidæ frater. Ibi cōsidentes primū viā Scironidē obstruxerunt: deinde cōsilio initio Isthmū muro inædificabant: opusq; perficiebāt. Quippe nemine (cū tot milia virorū essent) cessante. Nā & lapides & lateres & ligna & cistas fabulo plenas adferebāt nullo tēporis momento opus intermittētes neq; diurno neq; nocturno qui e greeis ad Isthmū auxilio cū oī copia venerēt: Hi fuerē Lacedæmōii & Arcades & Helei & Corithii & Sicyonii & Epidaurii & Phliasii Troezenii & Hermionēses. Hi fuerūt q̄ auxilio venerēt metuētes periclitāti Græciæ: cæteris eni Pelopōnēsibus id nihil admodū curæ erat: & Olympia iā & Carniā p̄terierant. incolūt āt Peloponnesum gentes septē: quarū duæ indigenæ eundē quē habitarunt olim iocū nunc habitant: Areades & Cynutii: vna Achaica quæ nūq̄ illa quidē e Pelopōneso excessit: sed pristino loco egressa alienū incolit. Reliquæ quatuor e septē aduētitiæ sunt Dorienses Aetoli: Dryopes: Lemnii. Dorienſiū multæ sūt & insignes ciuitates: Aetolo⁹ sola Helis: Dryopū Hermiona & Asina: quæ ante Cardamylā Laconicā sita est. Lēniorū omnes paroreitani: Cynurii cū sint indigenæ soli putātur Iones eē sed effecti sunt Dores ipsa die sub iperio Argio⁹ impositi cū eēnt Orneatæ & Pericœci. Harū igitur septē gentiū cęteræ preter eas (quas recensui) e medio cesserūt: & si ingenue loq; fas est in medio sedentes cū Medis sentiebant. Apud Isthmū quidē in tali labore isti occupati erant vtpote p̄ omni iā cursu q̄ nulla spes e classe effulgeret currentes. Quæ audientes illi qui in Salamine erant: formidine afficiebātur nō tā pro seipsis: q̄ pro Peloponeso soliciti. Adeo vt alius aliū adiens ac summissa voce admiraretur in Eurybiade cōsilii inopiā. Tandē res erupit in mediū consiliumq; contractum est: & multa de hoc ipso dicebantur ab his quidem oportere in Peloponnesum nauigare: & pro illa adire periculum non autem pro regione captiua manentes pugna nauali decernere. Ab Atheniēsibus vero & Aeginetis & Megarensibus satius esse illinc manētes dimicare. Ibi Themi-

Cleōbrotus.

Peloponnesi gētes septē.
Areades.
Cynurii.
Achaia.
Dorienses.
Aetoli.
Dryopes.
Helis.
Hermiona vrbs.
Asina vrbs.
Cardamyla.
Orneatæ.
Pericœci.

ſtocles poſtq̃ ſententia Peloponnenſium euicit: clanculũ e concilio egreſſus miſit ad claſſem Medorum nauigium cum quodam iuſſo dicere quæ oporteret: cui nomen erat Sicino contubernali ſuo: atque eodem Pædagogo liberorum ſuorum: quem poſt has res geſtas ipſe Theſpienſem fecit. Vbi Theſpienſes in ciuitatem ſunt recepti atq; locupletem. Is tunc nauigio ad duces Barbarorum profectus: hæc inquit dux Athenienſium q̃ partibus regis fauet: præoptatq; res veſtras q̃ Græcorum eſſe superiores miſit me clam aliis Græcis indicatum vobis illos metu perculſos fugam facere velle: & nunc offerri vobis occaſionẽ exequẽdi rẽ oium præclariſſimã: niſi p negligẽtiã eos dilabi ſinatis. Nã neq; inter ſe cõſentiũt: neq; vobis amplius obſiſtent: quos cernetis inter ſe dimicãtes eos quivobiſcũ: & eos q̃ contra vos ſentiunt. Hac re Sicinus indicata ab illis abſceſſit. Cui fidem habentes Barbari tum in inſulam paruam nomine Pſyttaleam: quæ inter Salaminem & continentem ſita eſt multos Perſarum traiiciũt: tum mediam circa noctem cornu quod ad veſperam ſpectabat: producunt Salaminem verſus eam circuituri. Producunt item qui circa Cœon & Cynoſuram inſtructi erant occupantes omne fretum Munychia tenus. Ideo autẽ & naues producebant ne qua Græcis liceret effugere: ſed circunuenti vicem redderent præliorum ad Artemiſium geſtorum: & inſulam Pſyttaleam traiiciebant aliquot Perſas: vt commiſſo nauali certamine cum plurimum & virorum & naufragiorũ eo efferretur (erat enim inſula in trajectu pugnæ ſita) ii Perſæ ſuos ſeruarent alienos interimerent. Hoc ne hoſtis ſentiret clanculum egere nulla noctis parte conceſſa ſomno. In has ego res intuens non habeo aduerſari oraculis tanquã non veris volens euidenter loquentia conari refellere.

Sicinus pedagogus.

Pſyttalea inſula.

Cœos.
Cynoſura.
Non Numichia ſed Munychia legendum eſt.

Auricomæ poſtquam Dianæ littora iungent:
Nauales pontes cum littoribus Cynoſuræ:
Sæpe ſtolida fortes q̃ Athenas marte ſubegit
Compeſcet iuuenem meritiſſima pœna ſuperbum:
Inſtinctum furiis ſibi cædere cuncta putantem.
Nam miſcebitur æs æri mars languine pontum
Inficiet: graiis tunc libera tempora reddet
Saturno genitus ſimul & victoria pollens.

Cum ita euidẽter in his a Bacchide dicatur: Profecto neq; ipſe de fide oraculis deroganda auſim: dicere neq; ab aliis dici iuſti neã. inter duces q̃ in Salamine erant ingens cõflat⁹ eſt tumult⁹,

non dum ſcientes a Barbarorum nauibus ſe circũueniri. Vbi autem orto ſole inſpexerunt hoſtẽ inſtructum cenſuerunt: ibidem ſibi manẽdum. Quibus congregatis adplicuit ex Aegina Ariſtides Lyſimachi Athenienſis quidem ſed in exilium a populo eiect⁹ q̃ ego (vt eius mores adcepi) virũ optimũ Athenis atq; iuſtiſſimũ cenſui. Hic vir concilio adſiſtẽs: Themiſtoclem euocauit nõ amicum ſibi ſed in primis inimicum. Verum præ magnitudine preſentium malo⁹ oblitus ſimultatum euocauit hominem colloquendi gratia præ ſenſerat enim Peloponnenſes maturare ad Iſthmũ claſſem reducere. Qui cum prodiſſet Themiſtocles ad eum inquit. Nos & alio tempore & hoc ipſo contẽdere debemus inter nos hac de re vter noſtrum de patria p̃olarius mereatur. Te vero certiorẽ facio peræque eſſe Pelopõnenſibus multa verba facere ac pauca de abducendis hinc nauibus. Ego tibi (qđ ipſemet vidi refero) nunc ne ſi velint quidẽ Corinthios atq; ipſum Eurybiadẽ enauigare poſſe quoniã circundati ab hoſtibus vndiq; ſumus. Quare ingreſſus ad eos hoc indicato. Cui reſpõdens Themiſtocles: Iocũda ſane (inqt) iubes bonũ adferẽs nunciũ: Nam qđ ego præcabar vt fieret: id ipſe tu conſpicatus fieri veniſti nũciatũ. Vt. n. ſcias quæ fiunt a Medis propter me fiunt: quoniã opus factus fuit vt Græci qui nolebant ſua ſponte ad pugnã deſcendere deſcenderũt inuiti. Tu vero quãdoquidẽ iocunda nunciatũ veniſti: per te ipſum nũciato. quę ſi ego retulero: videbor rem commentitiã dicere nec ipſis perſuadebo tãq̃ non hoc agentibus Barbaris. itaq; tute ingreſſus vti rex habet ipſe referas. Quod vbi feceris ſi tibi fidẽ habebunt: optime habet. ſin minus perinde nobis erit. Neq;. n. ſi vndiq; circundati ſumus vt tu ais amplius iſti diffugiẽt. Ariſtides cõcilium introgreſſus eadem retulit dicens ſe ex Aegina veniſſe: & ægre elapſum q; latuerit ſtationem hoſtium omnem enim claſſem Græcorum a Xerxis claſſe circũuenta. Ideoque hortari ſe vt ad defenſionem ſui illi ſeſe prepararẽt. Hæc locutus Ariſtides retro abiit. Rurſus inter duces altercatio orta pleriſq; eorũ fidem nũcio nõ habentibus: quibus nõ credentibus aduenit triremes tranſfuga virorũ Teniorũ cui p̃erat Panetius Soſimenis q̃ oẽm veritatẽ adtulit. Cuius facti nomine Tenii in tripode q Delphis dedicatus eſt: inter eos q Barbarũ debellarunt ſcripti fuere. Ex hac naui q̃ ad Salaminẽ & altera q̃ ad Artemiſiũ trãſfugit expleta eſt Græcorũ claſſis trecẽtorũ & octoginta nauiũ. Duę nãq; prius ad explẽdũ nũerũ defuerãt naues.

Ariſtides iuſtiſſimus.

Ariſtidis dictum.

Ariſtidis & Themiſtoclis colloquiũ.

Plutarch⁹ dicit Ariſtidem Aditis mille periculis & p hoſtiũ claſſẽ ex Aegina tra iiciẽs id Themiſtocli ſignificaſſe.

Panetius. Tenii.

Græci vbi eis verba Tenioꝝ fecerũt fidẽ. ſeſe adparauerũt tã quam dimicaturi. Et ſub diluculum cũ propugnatorũ cætu feciſſent: Themiſtocles ex oibus q̃ expedirent præcipiebat: cuius orationis ſumma erat melioꝝ cũ peioribus cõparatio quæcũqꝫ in hominis natura atqꝫ induſtria exiſtunt Exhortatus vt melio ra eligerent. Vbi perorauit: iuſſit illos ingredi naues. Quibus in greſſis rediit ab Aegina triremis quę ꝓfecta ad Aeacidas erat. Moxqꝫ oẽs naues Græci ſoluerunt. In quos mouentes cõtinuo Barbari ſunt inuecti. Ibi cæteri quidẽ Græci cũ inhiberent remos ceſſimqꝫ irent: Aminias Palleneus vir Atheniẽſis euectus naui in hoſtilem incurrit: cui implicitus cũ hereret: nec abſtrahi poſſet ita cæteri venientes auxilio cõſerti ſunt; Hunc in modũ aiunt Athenienſes extitiſſe initiũ pugnæ. Aeginetæ vero naui (quæ ad Aeacidas abierat) feciſſe initiũ. Quanq̃ etiã hoc refertur ſimulacrũ mulieris fuiſſe eis oblatũ: & cũ adparuiſſet ita illos exhortatũ: vt omnis Græcorũ exercitus exaudierit ſed prius his verbis cõuiciatũ. O demonii quouſqꝫ remos inhibebitis Aduerſus Atheniẽſes inſtructi erãt Phœnices. Nã ii cornu tenebãt: qđ ad Eleuſinã Heſperũqꝫ vergebat aduerſus Lacedæmonios inſtructi erant Iones. Hic cornu tenebãt. qđ ad aurorã ſpectabat & Piræea: quorum pauci admonitu Themiſtoclis de induſtria ignauiter agebant: pleriqꝫ minime Enimuero cõplurium Triearchorũ nomina commemorare poſſem: qui Græcas naues expugnauere. ſed neminẽ nominabo: prętr Theomeſtorẽ Androdamantis: & Phylacõ. Hiſtiæi ambo Samios. Quorũ dũtaxat ideo mentionẽ facio: q̃ Theomeſtor ob hanc nauatã operã a Perſis Tyrannus Sami creatus. Phylacus inter bene de rege meritos adſcriptus eſt: & multo tractu ſoli donatus: Benemeriti aũt de rege Perſica lingua Oroſangæ vocãtur: de his quidẽ ita res habet. Multitudo autẽ regiarũ nauiũ ad Salaminem expugnabatur partim Athenienſibus corrupta: partim ab Aeginetis vtpote Græcis ſeruato ordine ac loco certantibus Barbaris & incõpoſite & incõſulte agentibus: Vt nõ ab re fuerit talẽ eis rem cõtingere qualis cõtigit: q̃q̃ eo die fuerunt atqꝫ extiterant longe ſeipſis preſtãtiores: & q̃ ad Euboeã extiterant pro ſe q̃ſqꝫ adnitẽtes: ac Xerxẽ reformidãtes q̃ ab eo ſe ſinguli conſpici arbitrabãtur: & de aliis quidẽ vel Barbaroꝝ vel Græcorũ ſingillatim quomõ dimicauerint nõ poſſũ ꝓ cõperto referre. Circa Artemiſiã vero hoc regi geſtũ ex quo impẽſius illa regi cõmendata eſt. Nã poſteaq̃ regiæ res in multũ tumultua-

Græcorũ naues. ccc. lxxx

Aminias

Pugnę initiũ ad Salaminẽ.

Theomeſtor. Phylacus.

Benemeriti de rege apud Perſas Oroſangæ vocãt

Hãc Artemiſiam Paulus Oroſius in. 2 cap. 10. Artemidoram vocat.

Damaſithymus.

Artemiſię pugna glorioſa.

tionis deuenerant: hoc interim tẽpore Artemiſia cũ nauẽ ſuam Attica inſequeretur nullũ habens effugium quia ante ipſam naues amicorũ ſua vero proxima hoſti erat hoc ſibi putauit faciẽdũ: quod & feciſſe profuit. Nã vt fugiebat Atticã nauẽ in nauẽ ſociam quæ erat virorũ Calyndenſium impegit quaq; rex Calyndenſium. Damaſithymus vehebatur. Cum quo & ſi huic iã inde dũ eſſent in Helleſpõto cõtentio interceſſit: tamẽ incertũ an conſulto id fecerit: an fortuito nauis Calyndenſium oblata fuerit: eã Artemiſia vbi incurrit pariter demerſit proſpero caſu vſa: & duplex hinc ſibi bonũ adepta. Nam Triearchus Atticæ nauis eã cõſpicatus incurriſſe Barbarorũ virorũ nauem exiſtimans: hanc ãt Græcã eſſe nauem ante Barbaris profugiſſe: & a Græcis pugnare: ab hac ad alias ſe cõuertit. Ita ex hoc facto cõtigit Artemiſiæ tũ vt peſtẽ euitaret: tum vt e malo opere p̃cipue ſe probatam apud Xerxẽ redderet. Siquidẽ fertur cum rex ſpectans animaduertiſſet hanc nauẽ alteri incurriſſe quẽdam eorũ qui aderant dixiſſe. Cernis Artemiſiã domine vt bene præliat: vtque nauem hoſtilẽ depreſſit & regem interrogaſſe. Nunquid vere id opus Artemiſiæ eſſet: & illos qui plane noſſent inſigne nauis Artemiſianæ: ita rem habere adfirmaſſe: ratos eam nauẽ quæ corrupta eſſet hoſtilem fuiſſe. Nam pręter cætera quę mulieri vt dictum proſpere ceſſerunt: hoc quoq; adceſſit: q; e nauti Calyndẽſi nemo ſeruatus eſt qui exiſteret accuſator. Vñ Xerxẽ ferunt ad ea quæ narrabãtur dixiſſe. Viri quidẽ extiterunt mihi fœminæ: fœminæ autẽ viri. Hæc aiunt dixiſſe Xerxem. In eo prælio cum alii multi & illuſtres viri tam Perſarum Medorũq; q̃ aliorũ ſociorũ occubuere. Tũ vero dux Ariamignes Darii filius: Xerxiſq; frater e Græcis pauci. Quippe qui gnari natandi cum ſuæ naues corruptę eſſent: nec pugna periſſent ad Salaminem enatabant: cuius rei quia imperiti erant Barbarorũ pleriq; in mari periere. Poſteaq̃ eorũ primæ naues in fugam verſę ſunt tum vero plurimæ corrũpebant. Nam q̃ in poſterioribus locatę erant: dũ earũ propugnatores conant p̃terire: vt & ipſi aliquã operam regi nauarẽt: vndiq; in ſuorũ naues incidebant. Quo in tumultu etiã hoc actũ eſt: vt quidã Phœnices quorũ naues corruptæ fuerãt regẽ adeuntes inſimulauerint Iones tãq̃ proditores: q; propter eos amiſſæ naues eſſent. Vnde id cõtigit nõ vt Ionũ duces interficerentur. ſed vt ii Phœnices qui illos inſimulabant: eã adciperẽt mercedẽ. Etenim illic adhuc ea loquẽtibus Samothracia nauis Atticæ impacta eã demerſit: & in hãc

Xerxis dictũ.

Viri extiterũt fœminæ.

Fœminæ autem viri.

Quid ſi vt in græco exemplari Ariabignes legeret.

Aeginetica impulſa ipſam depreſſit. Verũ Samothraces vt qui iaculatores eſſent Epibatas nauis quæ ſuã depreſſerat iaculoꝝ ictibus extulerunt: eorũq; cõſcẽſa naui potiti ſunt. Quod factũ Iones liberauit. Nam Xerxes vbi id egregiũ facinus Ionũ aſpexit: conuerſus ad Phœnices vt erat ſupra modũ mœſtus & oẽs arguẽs: iuſſit eorum capita præcidi ne cum ipſi imbelles eſſent meliores crimināretur. Quoties autem ſuorum quempiam aliquod opus edentem cernebat de eo homine percontabatur ſedens ſub monte qui eſt e regione Salaminis nomine Aegaleo & ſcribę Triarchum illum a familia & vrbe ſcripto adnotabãt Et cladi Phœnicum qui aderant additus eſt. Ariaramnes vir Perſa q̃q̃ amicus regis. Et iſti quidẽ in Phœnices conuertebãtur. Barbaris autẽ in fugã verſis & ad Phalarũ elabentibus Aeginetæ in freto ſubſiſtentes operã memoratu dignã ediderũt. Nã Athenienſes quidẽ in tumultuatione naues ſibi obſiſtẽtes fugientesq; expugnabant. Aeginetæ vero eas elabebãtur: quoties aliqua effugiebat. Athenienſes eo ipſo curſu in Aeginetas incidebant cum interim conflixerunt naues duæ: vna Themiſtoclis inſequens aliam: altera Polycriti Crio geniti viri Aeginetæ dum nauim Sidoniam inuadit illam videlicet quæ ſpeculatoriã i Sciatho Aegineticã cœperat: qua vehebatur Pytheas Iſcheni: quẽ Perſæ ſeminecẽ plagis tñ admiratione virtutis ſeruatũ in naui habebãt. Sidonia quæ hũc circũferebat nauis vna cũ Perſis eſt intercepta. Vt Pytheas ita ſoſpes rediret in Aeginetã. Polycritus vbi inſpexit Atticam nauem agnito ſigno nauis imperatoriæ inclamãs Themiſtoclẽ iocatus eſt exprobrãs Aeginetus q; cũ Medis ſentirent. Hoc Polycritus ſua naui incurrens in Themiſtoclẽ iaculatus eſt. Barbari quoq; naues ſupererant fuga ſe ꝓripuerũt in Phalerũ pedeſtres ad copias. In hac pugna nauali e Græcis optime audierũt Aeginetæ. Secũdo loco Atheniẽſes: e viris Polycritus Aegineta Atheniẽſesq; Eumenes Anagyraſius & Aminias Palleneus: q & Artemiſiam eſt inſecutus nõ prius deſiturus q̃ aut illã cœpiſſet: aut ipſe captus eſſet. Si Artemiſiam ea naui vehi animaduertiſſet. Quippe Trierarchis Athenienſiũ p̃ceptum erat vt eam caperent: ꝓpoſitũq; præmiũ decem miliũ drachmarum ei qui viuã cœpiſſet. Indigne.n. ferebãt mulierẽ aduerſus Athenas militare. At illa (vt antea dictum eſt) aufugit. fuerũt & alii quoq; naues incolumes in Phalerũ euaſerunt. Adimantũ Corinthioꝝ ducẽ Atheniẽſes ferunt ſtatim inter initia cõcurſus nauiũ expauefactum

Aegaleus mons.

Ariaramnes.

Polycritus.

Pytheas.

Eumenes.

Aminias.

Artemiſiæ odium.

Adimantus.

atq; perterritum ſublatis velis fugæ ſe dediſſe. Corinthioſque inſpecta fuga nauis imperatoriæ itidem abiſſe & cum fugiendo
Sciradis Mi- neruæ tẽplũ. veniſſent ad templum Mineruæ Sciradis quæ eſt in Salamine occurriſſe eis Celocẽ diuina cum pompa: quẽ quiſnã miſiſſent: cum nõ conſtaret ſcirentq; neminẽ ſuæ claſſis ad ipſos miſiſſe eos ob id coniectaſſe rem diuinã eſſe: & illos in Celoce erãt vbi propiores fuerunt. ita locutos fuiſſe. Adimante tu quidẽ conuerſis in fugam nauibus abſcedere Græcorum proditor. At illi q̃tum votis conceperunt: victores hoſtium euadent: & cum his verbis fidẽ non haberet. Adimantus hæc iterum dixiſſe ipſos poſſe pro obſidibus ductos mortẽ obire: niſi conſtaret Græcos eſſe victores. ita cõuerſa naui Adimantũ cũ cæteris ad claſſem ſuorũ re iã ab aliis nauata veniſſe. Hic de illis apud Athenienſes rumor extitit: quod ipſi Corinthii negant ſe inter primos pugnatores extitiſſe: pro quibus teſtimoniũ dicit reliqua Græcia.
Ariſtidis pugna. Ariſtides Lyſimachi vir Athenienſis cuius pauloante (vt viri optimi) mẽtionem feci per eum tumultũ qui circa Salaminem fiebat hoc regi geſſit. Permultis eorum qui ad litus Salaminis
Pſyttalea. locati erant ſumptis genere Athenienſibus & in Pſyttaleã inſulam traductis omnes Perſas qui in ea inſula erant interemit. Defuncti nauali pugna Græci reductis in Salaminem nauibus potiti ſunt naufragiis: quæ illic ſupererant parati ad aliã dimicationẽ q; ſperarent regem iis & quæ ſibi reliquæ erãt nauibus vſurum. Porro naufragio; pleraq; ventus zephyrus ex Attica
Coliadis ora moliens aſportauit in oram nomine Coliadẽ: vt impletum ſit oraculum dum de cęteris q̃ ad pugnã naualem pertinent faciẽs mẽtionẽ: tũ vero de naufragiis illuc euectis a Bacide & Muſeo multis annis antea predictũ ac redditum Lyſiſtrato Atheniẽſi viro ſortilego q; omnes Græcos latuerat.
Horrebunt remis mulieres Coliadenſes.
Hoc futurum erat profecto rege. Cognita ſua clade Xerxes veritus ne quis Ionũ a Græcis ſubornatus aut ſua ſponte ad ſolnẽdos pontes in Helleſpõtum nauigaret. Vnde ipſe in Europa deprehenſus ſalute periclitaretur de fugiendo cõſultabant. nolens tamẽ neq; a Græcis neq; a ſuis detegi: aggerẽ in Salamine tẽtabat educere naueſq; Phœnicũ onerarias vt ꝑ rate ac muro eſſent innectabat: & ſe tanq̃ aliã pugnã naualẽ facturus ad bellũ inſtruebat. Quæ agentem videntes cæteri pro certo habebant
Mardonius. eum manendi animo atq; bellãdi illa adparare ſed nihil eorum Mardoniũ latebat vt probe gnarũ ingenii illius Xerxes & hæc

fecit & ſimul in Perſidē miſit qui p̄ſentē cladem nūciarent. his nūciis nihil pernicius trāſcurrit in rebus humanis q̄d negociū hunc in modū eſt a Perſis excogitatū. Quot ex diebus tota via cōſtat totidē equos ac viros ferūt eſſe diſtinctos ad ſingulorū dierū iter faciēdum quos neq; vis niuiū neq; imber neq; æſtus neq; nox diſtinet: quin ꝓpoſitū ſibi curſum celerrime cōficiat. Quoꝝ curſoꝝ primus mādata tradit ſecūdo ſecūdus itē tertio: & ita deinceps illa mādata in aliū atq; aliū ptrāſeūt quēadmodū apud grēcos fax q̄ Vulcano puices ferre curſores ꝓſeuerāt. Hāc equoꝝ curſitationē Perſæ Angareon adpellāt. Et primus quidē nūcius Suſa platus Xerxē Athenis potitū eē tāta Perſas (qui relicti erāt) voluptate adfecit: vt oēs vías Myrto cōſtraue rint: & p eas odores incenderint: & ipſi in ſacrificiis ac gaudiis verſarētur. Secūdus āt ita eos cōſternauit. vt vniuerſi veſtes di laniarēt: vociferationeq; & eiulati irrequieto vterētur culpā in Mardoniū refundētes nō tā de claſſe q̄ de ipſo Xerxe ſolliciti. Idq; tā diu dū Xerxes illos ita adfectos reddēdo ſedauit. Mardonius cū videret Xerxē magnā e pugna nauali iacturā feciſſe ſuſpicās agitare fugā ex Athenis ꝓ ſeipſo anxius erat tāq; pœnas daturus: q regi ꝓſuaſiſſet inferre Græciæ bellū: putabatq; ſibi cōducibilius eſſe piclitari: aut ſubigere Græciā aut magna opa adgreſſum honeſte vita defungi: q̄q̄ opinio eius de ſubigē da Grecia ꝓpēſior erat. Hoc cū ſecū agitaſſet: regē hac oratōe eſt adlocutus. Dñe noli mœrorē ob hanc rē geſtā capere: aut ꝓ ita magna hoc iactura ducere. Nō. n. certamen quo omnia nr̄a cōſtāt in lignis eſt ſed in viris & eqs. Itaq; nemo tibi aut hoꝝ q tibi vidētur oīa cōfeciſſe egreſſus e nauibus conabitur obuiā ſe ferre aut ex hac cōtinēte. Vñ q ſe obuios tulere pœnas dederet Qd̄ ſi tibi videt faciēdū vt Pelopōneſū tētemus cōtinuo tēte mus. Si videt ſuſpſedendū ſuſpſedeamus licet: nec aſo cōſterne ris. Neq; n. vlla poſſunt rōne ſubterfugere græci. quo minus ra tionē dēt eoꝝ q̄ & nūc & antea perpetrarūt: tuiq; ſunt ſerui. Et hoc q̄dē p̄cipue tibi agēdū puta. Qd̄ ſi tibi cōſtitutū eſt vt ipſe cū exercitu reuertaris. Aliud quoq; hēo ex hac re cōſilium. Rex ne cōmittas tu vt Perſæ Græcis ludibrio fiant. Nō. n. res Per ſarū adflictæ ſunt neq; tu vbinā viri fuerimus ignaui: dicere po tes quales ſi Phœnices & Aegyptii & Cyprii cilices fuere: nihil iſta ad Perſas adtinet culpa. Quare quoniā Perſæ huius rei in ſontes ſūt: iā mihi credito. Si tibi nō videbit pmanēdū: remea ipſe ad ſolū natale cū pleraq; parte copiarū. Ego cū delectis de

Tabellionū curſus & mo res.

Fax Vulcani.

Angareos.

Mardoni ora tio ad Xerxē.

exercitu.xxx. Miryadibus militū debeo Græciā in tuā redige re ſeruitutē his auditis Xerxes vt ex malis gauiſus ē: voluptatē q̄ cœpit: & ad Mardoniū ingt ſe vbi ad cōſiliū retuliſſet reſpō ſurū vtrū eorū eſſet facturus: Et cū in cōſiliū vocaſſet delectos Perſarū proceres: placuit ei Artemiſiā quoq̄ ad cōſultandū ad cerſi: quā ſolā conſtabat antea quæ facienda eſſent intellexiſſe:

Xerxis oro ad Artemiſiā

Quæ vbi aduenit eā Xerxes ſummotis aliis Perſarū cōſiliariis atq̄ ſatellitib⁹ hūc in modū adlocutus ē. Iubet me Mardonius hic pmanere ad tētandā Peloponēſeū: negās vllā culpā huius dāni eſſe penes Perſas atq̄ pedeſtres copias: ſed eis volentibus hoc tētari debere. Itaq̄ aut hoc me facere hortat: aut ſibi trade re triginta Miryades delectorū militū ad ſubigendā mihi græ ciam. Me vero ad patrias ſedes cū reliquo exercitu reuerti. Tu igitur quæ de pugna nauali nō gerēda probe cōſuluiſti. Vtrum mihi ſuades horum quod eligendo bene mihi cōſuluero. Hæc

Artemiſiæ conſilium.

Xerxi cōſultanti reſpondens Artemiſia arduū eſt inquit rex me dicentē tibi optima proſperū cōſiliū dare: tamen e ſtatu rerum præſentiū mihi videtur eſſe faciendū vt tu ipſe domū remees: Mardoniū vero hic relinquas cū iis (quos vult) ſi mō velit ille: atq̄ recipiat ſe iſta facturū: Nā ſiue ea quæ ait: ſevelle ſubegerit: & hæc ei ex animi ſentētia ſuccedāt: tua res domine agitur: qa id tui ſerui effecerint: Siue Mardonio cōtra opinionē ſuā con tingat: non magna ſane calamitas erit ſaluo & te & rerū do meſticarū ſtatu. Etenim ſi incolumis es & domus tua: profecto Græci ſæpenumero pro ſeipſis multa certamina curſitabūt: at ſi quid cōtingat Mardonio cladis. Id nullius erit momēti græ ciq̄ vincēdo nō vicerint ſeruo tuo interēpto. Tu vero Athenis incēſiſq̄ (cuius rei gratia expeditionē ſumpſiſti) reuerteris. De lectatus eo cōſilio Xerxes quod idē illa ſuaſiſſet: qđ ipſe habe ret in animo: qppe q (vt ego opinor) non remanſiſſet: ſi vel cū cti atq̄ cunctę id ei ſuaſiſſent adeo perterritus erat: Artemiſiam laudatā dimiſit ducētem ſecū liberos regios Epheſiū. Nā ali quot eum filii noti comitabātur: cū quibus ad eorū cuſtodiam

Hermotimus Pedaſenſes.

miſit Hermotimū genere quidē Pedaſenſem: ſed apud regem inter Eunuchos nulli ſcđm. incolūt autē Pedaſenſes ſuper Ha

Amphictyen ſes.

licarnaſſum: apud quos hoc rei fertur cōtingere: vt quoties Am phictyēſibus (qui circa eam vrbē habitāt) aliquid aduerſi cer tū intra tēpus eſt euenturum: tūc antiſtiti quæ illic Mineruæ eſt grandis herba naſcatur: quæ res bis apud eos adcidit. Ex his Pedaſenſibus Hermotimus erat cui maxima ex omnibus (quos

quidē ipſi nouimus) vltio cōtigit adceptæ iniuriæ. Siquidem eum captū ab Hoſtibus ac venalem mercatus eſt. Pæonius vir Chius ex hoc impuriſſimo q̄ſtu quē factitabat vitā ducēs. Nam quos pueros forma p̄ditos coemerat: eos caſtrabat: ductoſq; aut Sardis aut Epheſiū magna pecunia venūdabat. Apud Barbaros enim p̄cioſiores Eunuchi ſunt q̄q̄ nō ſunt caſtrati in omni genere fidei gratia atq; vt alios pmultos: ita hūc quoq; Pæonius exercuit. vt qui ex hac re vitā toleraret. Sed nō vſquequaq; infœlix Hermotimus e Sardib⁹ ad regem cū aliis muneribus deductus eſt. progreſſuq; tēporis ex omnibus Eunuchis maximo in honore apud regē Xerxē eſt habitus. Cū autē rex aduerſus Athenas moueret e Sardibus per id tēpus Hermotimus cuiuſdam negocii gratia deſcendit in Agrū Myſium: qui a Chiis incolit: ſed Atarnis vocitatur Ibi inuentū Pæoniū atq; agnitū adlocutus eſt & multis & cōmunibus verbis primū recēſēs ei q̄ per illū eſſet adſecutus bona. Deinde pollicēs q̄ gratiam illius meriti foret relatur⁹: ſi homo cū ſuis domeſticis illuc cōmigraſſet. Ea orōne libēter audita Pæonius cōtulit ſe illuc cūvxore & liberis. Quē poſteaq̄ cū oi re familiari adeptus ē: Hermotimus his verbis adfatus ē o oium poſt hoīes natos ſceleſtiſſimū q̄ ex nefandiſſima negociatione q̄ſtū facis: qd aut ipe ego aut meor⁹ quiſpiā vel tuor⁹ cuipiā mali fecit: q̄ ex viro neutrum me reddidiſti: putabas fore vt q̄ tunc machinabaris: laterēt deos q̄ iuſta lege vtentes te infandorū opificē tradiderūt in manus meas: vt de pœna a me tibi irrogāda queri non poſſis hęc vbi exprobrauit homini filiis in cōſpectū eius adductis q̄ quatuor erant. coegit patrē illor⁹ genitalia recidere: qđ cū coactus feciſſet filii ſui adacti ſunt eius virilia abſcindere. ita ſupplicium ab Hermotimo in Pæoniū rediit. Xerxes filior⁹ Epheſiū deducendorū negocio artemiſiæ demādato adcitū Mardonium iuſſit e copiis (quas libēret) eligere vt cōſentanea verbis facta exequi expireť. hacten⁹ eo die ē actū. Noctu aūt regis iuſſū p̄fecti claſſis e Phalero ſoluēte retro Helleſpōtū verſus abierūt, p ſe q̄ſq; adcelerātes ad cuſtodiēdas rates quib⁹ rex ptrāſiret. Qui cū ad zoſterē aduentaret: minuta q̄dā cōtinentis ,ptenta ,pmontoria Barbari ſuſpicati nauigia eē p diu illinc aufugerunt. Tēpora deinde edocti non nauigia eē ſed ,pmōtoria in agmē ſeſe receperunt: Vt dies illuxit Græci cernentes ibidē pedeſtres copias hoſtium perſtare rati claſſem quoq; circa Phalerum eſſe ac pugnam nauale commitendā: ſe ad reſiſtendū adparabant: ſed

Aſiaduerte ne ſit legendum Pantonius vt in greco exēplari & non Pæonius.

Eunuchi in præcio ſunt.

Atarnis ager

Pæonii talio

Ex viro reddere neutrū.

Deor⁹ vindicta.

Xerxis fuga.

zoſteres.

cognito illã vela feciſſe: cõfeſtim inſequẽdam ſibi cenſebant: itaq; eã inſecuti Andro tenus cernere cũ nequiſſent: ad Andrũ profecti cõſultabant. Quibus Themiſtocles ſuadebãt vt inſulas verſus pfecti claſſem hoſtiũ inſequẽtes recta ad Helleſpontum nauigarẽt ſoluturi põtes. huic contrariã Eurybiades opponebat ſententiã q; dicerent fore vt ſi diſſoluerent rates: maxima ob id calamitate adficerent Græciã. Perſam n. deprahẽ ſus in Græcia manere cogeretur: nõ quietus q; ſibi ociũ quidã agenti nec vlla res poſſet procedere: nec vlli retro oſtẽderetur receptus & exercitus ſuus fame cõficeretur procedẽti: nec vero & rebus gerendis operã danti oia poſſent per Europam ſuccedere: tũ in vrbibus cũ in nationibus q̃ vel captæ fuiſſent: vel antea ſeſe dediſſent: quinetiã rem frumentariam habiturum ex annuis ſemper fructibus Græcorũ. Nunc autẽ videri illũ vtpote victũ nauali prælio non perſtiturũ in Europa: ideoq; permittendũ fugere dũ in terrã ſuam fugiendo perueniat. De qua terra deinde certamen iam fieri iubebat: Huic ſententiæ aliorũ Pelopõnenſiũ duces adſenſere. Themiſtocles poſtq̃ animaduertit ſe non poſſe pleriſq; perſuadere vt ad Helleſpõtũ nauigarẽt: adiit Athenienſes qui p̃cipue & indignabãtur hoſtẽ effugere: animatiq; erant ad nauigandũ in helleſpontum etiã per ſeipſos ſi cæteri recuſaſſent. Eoſq; ita eſt adlocutus. Et ipſe multis iam huiuſmodi caſibus iterfui: & de multo pluribus audiui talia cõtigiſſe viros ad neceſſitatem redactos prelium inſtaurare: & ſuperiorem q̃ adcepiſſent calamitatem emendaſſe. Itaq; nos quoniam inuenimus quo pacto & noſipſos & Græciam tueremur: repulſa tanta hominũ nube nõ inſequamur eos fugientes. Neq;. n. nos iſtud efficim⁹: ſed dii pariter & Heroes qui inuiderũt vnũ eſſe virũ & Aſiæ regẽ & Europæ q̃ ſit impiiſſimus atq; ſceleſtus: qui ſacra perinde atq; profana habens vtraq; incendit. Deorũq; ſimulacra ſubuertit: q & mare cecidit flagellis: & compedes in illud deiecit. Sed bene nobiſcũ impreſens tẽpus agit. Ideoq; nunc quidẽ vt & noſtri ipſoq; & noſtrorũ domeſticorũ curam geramus: & vt ſpaciũ quis ad reficiendas ædes faciendã q; ſementẽ habeat in Græcia maneamus barbaro prorſus eiecto. Cũ autem ver adpetet tunc in Helleſpontũ & in Ioniã nauigemus. Hæc dicebat Themiſtocles animo ſibi apud Perſam ſubſidiũ cõparandi: vt ſi qd apud Athenienſes adcideret aduerſi ſibi haberet: quo ſe cõuerteret prout & contigit. Hæc dicenti Themiſtocli Athenienſes cũ tamen ab eo deciperent: adſen-

Themiſtocles.

ſi ſunt. Nam cũ antea prudens habitus fuiſſet poſtea vero prudẽs ac bona conſulens cõpertus eſſet: prorſus ad ei adſentiẽdũ prõpti fuere. Ille vbi Atheniẽſes ipſius ſententiã pbauere: miſit e veſtigio viros quoſdã cũ nauigio ad exponenda regi mandata iuſſos tacere & ſi in omne tormẽtũ deuenirent quorũ vnus erat Sicinnus eius cõtubernalis. Hi poſteaq̃ ad Atticã peruenere: ceteris apud nauigium remanentibus ipſe ad regẽ aſcendit: atq; ita eũ adlocutus eſt. Themiſtocles Neolis filius dux quidẽ Athenienſiũ: ſed inter omnes ſocius vir optimus ac ſapientiſſimus miſit me tibi denunciaturũ gratia tibi inſeruiendi ſe retinuiſſe Græcos claſſem tuam inſequendi cupidos: põteſq; qui ſunt in Helleſponto ſoluendi. itaq; nunc magno cũ ſilentio te illuc recipias. Hac renunciata iſti abiere. Græci poſteaq̃ decreuerunt neq; perſequendũ ſibi vlterius Barbarorũ claſſem neq; nauigandum in Helleſpõtum ad ſoluendum traiectũ: Andrum obſederunt animo illã delendi. Nam primi ex inſulanis Andri pecunias poſcenti Themiſtocli denegauerant: eiq; adleganti Athenienſes illuc ire duobus magnis numinibus fretos Suadela & Neceſſitate: & ita ſibi dandas vtiq; eẽ pecunias reſpõderant Athenas ꝓportione magnas eſſe atq; fœlices & diis propiciis bene proceſſiſſe. Nam ſe ad maximã ſoli tenuitatem redactos: Andriorũq; inſulam totidẽ propicia numina nũq̃ derelinquere ſed ſp incolere inopiã & impoſſibilitatẽ: quibus diis obnoxios Andrios pecuniã non daturos nunq̃.n. Andriorum in poſſibilitate validiorẽ fore Athenienſiũ potentiã. Hæc illi cũ reſpondiſſẽt nec pecuniam dediſſent obſidebãtur. Themiſtocles vero (neq;.n. vnq̃ adquirendo ceſſabat) ad cæteras inſulas minacia verba mittens pecuniã flagitabat eiſdem nũciis eiſdẽq; verbis vtens: quibus apud Andrios fuerat vſus: niſi pecuniã darent q̃ poſcerentur exercitũ ſe Græcorũ illuc adducturũ & eam inſulã obſeſſam delecturũ. Hæc dicendo ingentẽ pecuniæ vi coegit a Caryſtiis atq; a Pariis: qui audito tũ Andrũ obſideri q; eũ Medis ſenſiſſent tũ Themiſtoclem maximo in honore inter duces eſſe: hoc metu pecuniam miſere. Aliarũ autẽ inſularũ aliqua pecuniã dederint nec ne adfirmare nequeo. Reor tamen alias quoq; dediſſe non has ſolũ: Quãq̃ Caryſtiis ne hac quidẽ re contigit effugere cladẽ vt Pariis qui Themiſtocle pecunia delimito hoſtẽ deuitarunt: ita Themiſtocles ex Andro profectus clã cæteris ducibus exegit pecunias ab inſulanis. At copiæ Xerxis illic aliquot poſt pugnã dies immoratæ mouerunt in Boeotios.

Sicinnus.

Suadela. Neceſſitas.

Inopia et Impossibilitas

Themiſtoclis habẽdę pecuniæ libido.

eadem q̃ venerant via quippe Mardonio viſum eſt ſimul regem p̃mittere intempeſtiuũ propter annũ tẽpus belligerari ſimul in Theſſalia ſatius eſſe hibernare & deinde ineũte vere tẽtare Pelopõneſum. is vbi in Theſſaliã peruenit: ibi ante oia decẽ milia Perſarũ (q̃ immortales vocãtur) elegit excepto eoꝝ duce Idarne q̃ negauit ſe regẽ eſſe relicturũ. itẽ de aliis Perſis Toracatos & .m. equites. ad hec Medoꝝ Sacarũ: Indoꝝ peditatũ eqtatũq; has natões ſibi totas deſumpſit: ex aliis ãt ſociis paucos: quoꝝ dũtaxat aut ſpeciẽ animaduertebat: aut aliqđ egregium facinus cognouerat: ſed plurimos ex vna gẽte Perſarũ delegit torquatos & armillatos. Secũdo loco Medos q̃ nõ nũero Perſis inferiores erãt: ſed robore, ita vt vniuerſi triginta myriades vna cũ eqtibus eſſent. Hoc interi tp̃e quo Mardonius hẽt delectũ copiarũ & Xerxes circa Theſſaliã agit oraculũ e Delphis ad Lacedæmonios venit vt Xerxẽ pœnas necis Leonidæ repoſcerent: & qđ daretur ex eo reciperẽt. Mittũt igitur q̃ citiſſime Spartiatę caduceatorẽ. is adhuc in Theſſalia nactus exercitũ vbi in conſpectũ Xerxis venit ita verba fecit. Rex Medoꝝ Lacedæmonii te & Heraclidæ (q̃ e Sparta ſunt) pœnas cædis repoſcũt quoꝝ regẽ ipſorũ interemiſti dũ Græciã ꝓtegit. Ad ea Xerxes Cachinos tollit: ac diu rñſo nõ reddito hic inqt mõſtrato Mardonio vt ei adſiſtebat Mardonius pœnas tales dabit quales illos decet Caduceator hoc rñſo adcepto diſceſſit Xerxes Mardonio i Theſſalia relicto ipſe ad Helleſpõtũ ire maturabat: intraq; quinq; & quadraginta dies ad traiectũ puenit nullã ꝓpemodũ partẽ copiarũ ducẽs: q̃ quocũq; veniebant: & ad quoſcũq; homines eorũ direptis fructibus veſcebant. Vbi nihil fructuũ reperiebãt. ipſa herba vt e ſolo germinabat nõnulli delibatis cortiçibus & ſtrictis frondibus arborũ tam a greſtium q̃ manſuetarum nihil omnino relinquentes hoc p̃ fame facere coacti. Quos deinde peſtilentia excipiens ac dyſenteria i. tormina inter viã extinguebant. Eorum non multos Xerxes ægrotos reliquit iungens ciuitatibus vt in q̃q; veniebat vti illos curarent & paſcerẽt quoſdam etiã Theſſaliam & aliquot in Siri Pæoniæ & in Macedonia: vbi ſacrũ Iouis currũ quẽ in Græciã tendens reliquerat reuerſus nõ offendi. Eũ Pæones Thracib⁹ eũ dediſſent tamẽ repoſcenti Xerxi dixere vna eum equis inter paſcendum fuiſſe abactũ a Thracibus: qui ſuperiora Strymonis circa fontes incolerent. Quo in loco rex Biſalteorum ac terræ Creſtonicæ Thrax facinus eximiũ fecit. Hic & ſe dũtaxat volẽtem negauit

Idarnes.

Fames in Xerxis copiarum partem.

Peſtilentia Xerxis copias excipit.

Dyſenteria Siris.

Thrax.

Xerxi ſeruiturũ:eoq; in edita mõtis Rhodope abiit: & filiis ve tuit ne aduerſus Græciam militarẽt. Illi patre cõtẽptu habito ſiue alioqui libidine belli inſpiciundi militauere cum Xerxe qui poſtq̃ incolumes reuerterũt:omnibus pater (erant autẽ ſex)ob eam cãm oculos effodit. Et iſti quidẽ hanc mercedem adcepe runt. Perſæ autẽ vbi citato itinere ad traiectum peruenere:Hel leſpõtũ nauibus traiecere ad Abydũ. Nõ.n. intentas iam rates inuenere ſed tẽpeſtate diſſolutas. ibi copioſiorẽ q̃ in itinere cõ meatũ adepti nulla modeſtia ſeſe reficiẽtes ac mutatis equis p multi interibant ex iis quidẽ exercitu ſuperfuerãt. Cæteri cum Xerxe Sardis peruenere. Narratur aũt & aliter hæc res. Xerxem poſteaq̃ Athenis ꝓfectus eſt ad oram ſuper Strymmonẽ illinc non amplius iter feciſſe:ſed exercitu Hydarni permiſſo:quẽ ad Helleſpontum deducerent ipſum naui Phœniſſa conſcendiſſe vt in Aſiam ſe reciperet: & dum curſum tenet a Strymonia in genti vento fuiſſe exceptum: & eo vehementius tempeſtate ve xatum q̃ nauis referta vectoribus erat a deo quidẽ: vt ſuper cõ tabulationes eſſent frequentes Perſæ:qui cũ Xerxe vehebãtur: ibi metu percuſſum regẽ cum clamore interrogaſſe gubernato rem num qua ſalus eis eſſet:&cũ ille reſpõdiſſet. Here nulla ad modum eſt:niſi horum vectoꝝ aliqua abitio. Tunc Xerxem eo audito ita locutum. Viri Perſæ nũc aliquis veſtrum declaret ſe curã habere regis. in vobis. n. videtur ſita eſſe ſalus mea. Hæc vbi dixit Xerxes illos eo adorato deſiliiſſe in mare:atq; ita leua ta naui Xerxẽ incolumẽ in Aſiã perueniſſe & vbi primũ in ter ram egreſſus eſt:hoc egiſſe gubernatorem q̃ regis quidẽ animã ſeruaſſet aurea corona donaſſe: q̃ autẽ multos Perſarum perdi diſſet decolaſſe. Hic alter modus q narratur reuerſionis Xerxis haud quaq̃ fidẽ apud me habet cũ ꝓpter alia tũ pp obitũ Per ſarũ. Nã ſi id regi a gubernatore dictũ eſt:tñ ex infinitis rõibus vel ob hãc vnã cui repugnari non poteſt negari hoc regẽ fuiſſe facturũ:quin potius Perſes viſuꝝ e tabulatis in vẽtrẽ nauis def cẽdere vtiq; priores Perſarũ & rẽiges Phœnices nequaq̃ Perſis numero pares in mare deiecturũ. Sed eũ (vt dictũ eſt ſuperius) itinere pedeſtri cũ reliquo exercitu in Aſiã reuertiſſe. Cuius rei id quoq; magno eſt teſtimonio:q̃ conſtat Xerxem cũ rurſus in Aſiã reciperet ſe Abdera perueniſſe: adhibuiſſeq; eõuiuio Ab deritas & Acinace aureo eos ac triara auro intertexta donaſſe & vt ipſi opidani aiũt illũ poſtq̃ ex Athenis retro fugit (qđ apd me fide caret) illic primũ zonã reſoluiſſe a deo fuerat terrore

Thracis in filios vltio.

Xerxis nauis ad fugam.

Perſarũ multi ſubmerſi.

Duplex Xerxis reuerſionis modus.

Abdera vbi. correptus ſunt autẽ ſita Abdera ad Helleſpontũ. Vel potius ad Strymonẽ atq; ad litus ex quo nauiũ ille conſcẽdiſſe ferẽ. Græci poſteaq̃ Andrũ expugnare nequeunt: cõuerſi in Cariſtũ vaſtato illorũ agro rediere Salaminẽ. Ibi ante omnia diis primitias ſe legerunt cũ aliarũ rerum. tũ phœniſſarũ triremiũ tres: quarũ vna reponeretur apud Iſthmũ: q̃ ad meã vſq; memoriã extabat altera apud Simiũ: tertia Aiaci illic apud Salaminẽ. Secũdo loco p̃dam inter ſe diſpartiere: ex quibus primicias Delphos miſere. Vnde ſtatua effecta eſt lõgitudine cubitorũ decẽ: truncam nauis partẽ manu ſuſtinens eodẽ in loco ſtans: vbi Alexander Macedo Aureus miſſis Delphos primiciis Græci publice deũ perconctati ſunt Nunquid perfectas & adceptas primicias adcepiſſet. Quibus ille reſpondit habere ſe quidẽ a Græcis aliis verum nõ ab Aeginetis: ſed repoſcere donũ optime nauatæ ad Salaminẽ operæ in pugna nauali. Id cũ audiſſent Aeginetæ aureas ſtellas tris dedicauerunt: quæ ſuper malũ nauis æreum ſtant apud angulũ proxime Croeſi craterẽ Poſt diſpartitã prædã græci ad Iſthmũ nauigauerunt daturi precipuũ præmium Græcorum meritiſſimo qui in hoc bello p̃clariſſime rẽ geſſiſſet. Eo vbi peruentũ eſt duces Græci in aram. Neptũni ſuã quiſq; ſententiam ſcriptã detulere quẽnam ex omnibus primũ: & quẽ ſecundum iudicarent in ea autẽ ſuũ quiſq; nomẽ inſcripſit ſe illũ (qui præſtãtiſſimus extitiſſet) exiſtimans. Sed in ſecundis partibus Themiſtocli adiudicandis pleriq; congruerũt. Ita cũ ſinguli in primo loco ſingulos calculos haberẽt In ſecundo Themiſtocles multo ſuperior extitit & licet hanc rẽ Græci liuore quodam ſuperſederint iudicare in ſuã quiſq; patriã reuecti: tamen

Themiſtocles omnium prudentiſſimus.

Themiſtocles & habitus eſt & celebratus per vniuerſam Græciam omniũ Græcorũ longe prudentiſſimus. Ipſe quia nõ futiſſet honore adfectus ab iis q ad Salaminẽ dimicaſſent: vt honore adficeretur Lacedemonẽ ſe contulit. Eum Lacedæmonii & ſplendide exceperunt: & magnifice honorauerunt: Et primas quidem partes rei bene geſtæ Eurybiadæ: ſolerciæ vero ac dexteritatis Themiſtocli dederunt: vtriq; Oleaginã coronã donarunt. Præterea hunc biga (quæ apud Spartã erat) præſtantiſſima: laudatũq; verbis ampliſſimis trecenti ex primoribus Spartiatarũ qui equites vocantur diſcedentem ad Tegeaticos vſq; fines comitati ſunt. Hunc ſolũ ex omnibus (quos nouimus) hominibus Spartiatæ abeuntẽ deduxerunt. Eidem poſtq̃ ex Lacedæmone Athenas venit: ibi Timodem⁹ vnus ex inimicis eius

Themiſtocles ſe Lacedemonem contulit.

Eurybiades.

Timodemus

alioqui non e claris viris liuore insaniens crimini dabat itionẽ in Spartam: dicẽs illũ Athenarũ respectu nõ sui ab Lacedæmoniis honores adsecutũ. Et cũ nõ faceret finẽ talia dicẽdi inquit ei Themistocles. O homo ita res habet neq; ego si belbitanus forẽ: sic a Spartanis honorat⁹ fuissem: neq; turẽt si Atheniẽsis Atq; hęc hactenus: Artabazus Pharnacis vir inter Persas cũ antea illustris: tũ ex rebus Platæensibus factus illustrior regẽ deducebat iis sexaginta milibus: q̃ sibi Mardonius delegerat: quẽ vbi traiectu tenus comitatus est & iã esse in Asia sciit regressus circa Pallenen agebat vt pote Mardonio p Thessaliã Macedoniãq; hibernãte: nec alias copias obire curãte. nec e sua dignitate existimabat nõ diripere rebelles Potidæatas in quos casu incidisset. Etenim Potidæatæ postq̃ rex p̃terijt & classis Persica a Salamine fugiens abiit e cõspectu a Barbaris defecerant. Mox alii quoq; q Pallenẽ incolebãt rebellãtibus: tũc vero Artabazus Potidæã obsedit suspicatus etiam Olynthios ab rege defecturos: & ipsos obsedit. Fiã aũt vrbẽ tenebant Bottięi quię sinu Thermęo fuerant a Macedonibus eiecti. Hos Artabazus postq̃ obsidione cœpit in Paludẽ deductos trucidauit. Vrbẽq; administrandã Critobulo Toronæo tradidit ac genere Chalcidensi. Ita Chalcidẽses Olynthũ optinuere: expugnata Olyntho Artabazus Potidæę obsidendæ impẽsus ineũbebat. Hoc facies cũ Timoxeno Scionęo magistratu de faciẽda pditiõe trãsegit incertũ mihi quonã mõ ab initio. Neq; n. tradit ad extremũ ita actũ est. Quoties exaratũ libellũ aut Timoxenus ad Artabazũ: aut Artabazus ad Timoxenũ mittere volebat eo sagittæ postremo innoluebat: adaptatisq; desup pennis ad locũ de quo cõuenerat sagittã emittebat. Sed Timoxenus qui Potidæam prodebat: proditionis cõpertus est. Nã Artabazus ad conuentũ locum sagittam dirigens frustrante iactu humerũ cuiusdam Potidæatæ percussit. Ad quẽ saucũ turba (vt adsolet in bello fieri) cũ concurrisset subito reuulsa sagitta animaduertens libellũ detulit ad magistratus. Aderat aũt & cæteros Pallenensium cõmilitium. perlecto libello magistratus & cognito proditionis auctorenõ tamẽ cẽsuerũt Timoxenũ esse plectẽdũ Scionæę ciuitatis grãine in posterũ sempr Scionæi p pd.toribus hẽrent: atq; hũc qdẽ in modũ Timoxenus pditiõis manifestus fuit: Artabazũ vero tris iã mẽses obsidẽtẽ ingens æstus maris excepit & is diuinitus. Vnde Barbari videntes locum festum lacunosum in Pallenem concesserunt. Quorum cum duæ

Artabazus.
Potidæatæ.
Pallene.
Potidæa.
Bottięi.
Thermæus sinus.
Critobulus.
Olynthus.
Timoxenus.
Artabazi mors.

partes pertheaſſent eiuſdem tres aliæ ſupererant: quas vbi pertrãſiſſent: oportebat intrare Pallenẽ. Sed eas tanta maris æſtuatio inuaſit: q̃ta nũq̃ extiterat vt indigenæ aiũt: cũ ea frequẽter illic adcidit. Eorum qui nandi erant ignari interiere. Qui erant gnari: eos Potidæatæ nauigiis adorti trucidauere. Huius æſtus ac reſtagnationis & cladis Perſarũ ferũt Potidæatæ hinc cãm extitiſſe: q̃ iſti e Perſis qui ſunt a mari oppreſſi in templũ Neptũni & eius ſimulacrũ q̃d ſitũ eſt in ſuburbanis impie geſſerant. Hanc fuiſſe cauſam illi videtur vere dicere. Eos qui ſupersuere Artabazus in Theſſaliã ad Mardoniũ duxit. Et cũ iis qui regẽ reduxerũt ita eſt actũ Claſſiarius ãt Xerxis exercitus qui ſuperfuerat vbi a Salamine fugiens adtigit Aſiam rege cum aliis copiis e Cherſonneſo Abydũ traducto hyemauit apud Cumam. Idem primo ſtatim vere Samũ cõuenit: vbi nõnullę naues hyemauerant. Eius claſſis plerię Epibatæ erãt ex Perſis & Medis duceſq̃ ſupuenerãt Mardõtes Bagæi: & Artayntes Artachæi: cuius patruelis Amitres ab eodẽ aſcitus erat iſtor̃ collega. Hi vt pote magnopere perculſi nõ audebãt occaſum verſus ꝓducere ne vnuſquidẽ: ſed apud Samũ ſubſidẽtes Ioniã a rebellãdo ꝓhibebant trecentas naues cũ Iadibus habẽtes neq̃ expectãtes fore vt Græci in Ioniã irent: ſed vt ſua tutari cõtenti eſſent ducta ex hoc cõiectura: q̃ ipſos e Salamine fugiẽtes nõ fuiſſent inſecuti: ſed libẽter abſceſſiſſent. Atq̃ vt ſe victos mari ita lõge ſuperiorẽ terra Mardoniũ futurum arbitrabant. Qui dum apud Samũ erãt: ſimul cõſultabant ſiquid mali poſſent facere hoſtib⁹ ſimul ſubauſcultabant quonam res Mardonii ſpectarent. At Græcos excitabat tum veris aduentus tũ Mardonius in Theſſalia agens. Et eorũ quidem exercitus pedeſtris nõdum cogebatur: naues autẽ in Aeginã abierant numero centũ ac decem prefecto atq̃ Nauarcho Leutychide: qui fuit Menaris: qui fuit Heliſei: qui fuit Hippocratide: qui fuit Leutychide: q̃ fuit Anaxilei: qui fuit Archidemi: qui fuit Anaxandridæ: qui fuit Theopõpi: qui fuit Nicandri: qui fuit Charilei: qui fuit Eunomi: qui fuit Polydectis: qui fuit Brytanis: qui fuit Euryphontis: q̃ fuit Procli: qui fuit Ariſtodemi: qui fuit Cleodæi: qui fuit Hylli: q̃ fuit Herculis filius ex altera ab regia familia. Horum omnes qui prius cõmemorati ſunt ꝓter duos poſt Leutychidẽ reges Spartæ fuerunt. Athenienſiũ aũt duce Xantippo Ariphronis filius. Hac omni claſſe Aeginam profecta aduenient eo nuncii Ionũ: iidem qui nuper ierant ad orãdos Lacedæmonios vt Ioniam

Cuma.

Leutychides In græco exẽplari nõ Heliſei ſed Geſilei legitur.

Poſt illã particulã qui fuit Nicandri poſui: q̃ fuit Charilei: q̃ in latinis codicibus nõ inuenitur.

liberarent. quorum vnus fuit Herodotus Basilidis filius: sept ẽ ab initio qui coniuratione inter se facta de trucidando Stratte Chiorum tyranno postea consp iratione patefacta per vnũ eor qui rẽ detulerat. Cæteri qui sex erãt e Chio subduxerũt: Spartamq; contulerunt: & tunc Aeginã oraturi Græcos vt in Ioniã nauigarent: ægræq; exoratos Delon vsq; perduxere. Nã vlteriora omnia Græcis formidolosa erãt cũ locoꝝ ignaris tũ plena hostiũ esse credẽtibus: & tãtũdẽ abesse Samũ: quãtum Herculis colũnas. Cõtigitq; id rei vt neq; Barbari supra Samũ Hesperũ versus nauigare auderent metu perterriti: neq; Græci Chiorũ rogatu aurorã versus vltra Delon. Ita timor mediũ eor tuebat Dũ Græci nauigauere in Delũ. Mardonius q in Hybernis apud Thessaliã erat. inde mouẽs misit ad oraculũ quẽdã genere Europeũ nomine Murẽ iubẽs vt quãtũcũq; sibi liceret persuaderet ad oraculũ cõsultandũ; edocuitq; quid vellet ab oraculis scire. Qđ ãt fuerit: haud compertũ habeo nõ. n. memoratur. Opinor nihil aliud q̃ de rebus p̃sentibus fuisse. Cõstat hũc Murẽ in Telebadiã venisse: & mercede corrupto quodã indigena Trophonũ descẽdisse; & ad Abas Phocẽsiũ & illinc ad oraculum quin etiã prius Thebas adisse: Ibiq; tũ Apollinẽ Ismenũ cõsuluisse q; illic quẽadmodũ in Olympia fas est in tẽplis scisc itari oracula: tũ quodam nõ Thebano sed hospite pecunia corrupto in delubro Amphiarai obdormisse. Ideo ãt nemini Thebano licet eo in loco vaticiniũ esse. Qđ cũ Amphiaraus optionẽ eis dedisset vtrũ malent vate vti se an auxiliatore: Thebani sibi auctorẽ cũ maluerũt. Ea propter ne fas est vlli Thebano illic obdormiscere. Tũc aũt maximũ extitisse miraculũ a Thebanis mihi narratur Murẽ Europeũ peruestigatis omnibus oraculis isse etiam ad Phanũ Apollinis Ptoi. Vocatur aũt id Phanũ ita: sed ipsor Thebanorũ est situm supra paludem Copaidẽ ante montẽ proxime vrbẽ Acriphiam. Ad hoc templũ postquã peruenit is qui Mus adpellaretur: scecutos eum tris viros publice delectos ad describenda ea quæ homini responderẽtur. Et statim antistitẽ Barbara lingua vsum: & qui eos subsequebãtur stupuisse audiẽtes Barbarã linguã pro græca. Cũq; nescirent quid in præsenti negocio agerent. Murẽ Europeũ pugillares ab eis quos ferebãt abstulisse: & in illis ea quæ dicerentur a propheta exaratse: eũq; vt dicebãt lingua Caria: & vbi illa scripsisset digressum in Thessaliã abiisse. Ea Mardonius intelligens quid dicerent nũcium dehinc Athenas mittit Alexãdrum Macedonem Amyntæ fi-

Strattes.

Europeus cui cognomẽto muri.

Ismenius Apollo.

Amphiaraus.

Mus vir. Apollo Ptous.

Alexander.

lium:tũ quia in eũ propensi erant Persæ. Quippe cuius sórórẽ Gygeã Amyntæ filiã in matrimonio habebat Bubares vir Perses:ex qua genuit Amyntã in Asia aui materni ferentẽ nomen cui ab rege Phrygiæ data est incolẽda vrbs Alabanda: tũ quia audiebat hospitalẽ atq; munificũ esse virũ Mardonius mittendum duxit. Hac p̃cipue ratione arbitratus se cõciliaturum sibi Athenienses populũ & multũ & strenuũ esse audiẽs: & q cladis Persicæ in mari adceptę p̃cipu⁹ auctor extitisset. Quib⁹ sibi cõciliatis spem cõcipiebat facile potiũdi maris prout etiã cõtigisset. Nã terrestrib⁹ copiis lõge sibi superior esse videbat. Ita colligebat suas res fore superiores rebus Græcorum. Cui fortassis oracula illa reddita suadebant vt Athenienſem sibi sociũ asciseret. His obtẽperãs Alexandrũ hunc mittebat septimũ a Perdica:qui Macedonũ Tyrannidẽ optinuit hũc in modũ. Tres fratres a Temeno oriũdi Gauanes Aerop⁹ Perdiccas ex agro i Illyricos profugerunt:& ex Illyris transgressi superiorẽ Macedoniam peruenerũt ad vrbem Lebæam Vbi se ad mercenariã operam regi locauerunt vnus quidẽ equis. alter vero bobus:minus autẽ natu minutis pecoribus pascẽdis. Erant autẽ priscorũ hominũ Tyrannides in re nũmaria exiles non solũ populares facultates. Adeo ipsi regi sua vxor coquebat cibaria. Hæc cũ animaduertisset panẽ pueri Perdiccæ mercenarii dum coqueretur effici duplũ q̃ erat. Idq; semper cõtingere: indicauit marito. Ille re audita ilico ingressus est vt ostentũ cerneret quonã modo quid maius exciresceret. Moxq; adcitis mercenariis vt a sua domo discederent imperauit. Et cũ isti dicerẽt ita demũ se abscedere iustũ esse: vbi mercedẽ adcepissent. Tunc rex mercedẽ nominari audiens hũc (inquit) solẽ ostendens in deũ contumelioſus dignam vobis mercedẽ reddo. Immeabat autẽ in ædes p̃ fumarium sol. hoc audientes maiores natu Gauanes & Aerop⁹ stetere adtoniti. At adulescens adcipimus rex quæ das prælocutus gladio. (Nã gladium gerebat) circũscripsit in pauimento domus Solẽ:circũscriptũq; cum ter in sinum suum hausisset: abiit cũ cæteris. Quale autẽ esset id quod faciebat puer:& q̃ data cũ illorũ adsensu adcipiebat minimus natu renũciauit: quidam adsessorũ regi. Hoc audito rex ira percitus equites ad eos interimendos mittit:est autẽ in ea regione amnis: cui tanquam liberatori immolãt posteri illorũ qui ab Argo erant. Hic amnis posteaq̃ cum Temenidę transierant ita vehemens effectus est: vt ab equitibus transiri nequierit. Temenidę in alium Macedo-

Gygea.
Bubares.
Alabanda.

Temenus.
Gauanes.
Aeropus.
Perdiccas.
Lebæa.
Regis vxor coca.

niæ plagam tranſgreſſi habitarunt prope hortos qui ferebantur eſſe Midæ Gordio geniti. Quibus in hortis ſua ſponte naſcuntur Roſæ ſexagenũ foliorum fragrantiori odore q̃ cæteræ: & in qbus (vt fertur a Macedonibus) Silenus fuit exceptus. Super eos ſitus eſt fons nomine Berbinus per hyemen inadceſſu. Hinc egreſſi poſtq̃ eam plagam optinuerũt. Temenidæ cæterã Macedoniam ſubegerunt: Ab hoc Perdicca hunc in modum Alexander oriundus eſt. Amyntę filius fuit Alexander: Amyntas Alcetæ pater Alcetæ fuit Aeropus: Aeropi Philippus: Philippi Argeus huius Perdiccas qui parauit imperium. Ita Amyntæ fuit Alexãder filius: qui vbi Athenas venit a Mardonio miſſus ita verba fecit. Viri Athenienſes Mardonius hæc inquit. Nuncius mihi ab rege venit in hæc verba Athenienſibus iniurias (quas mihi intulerũt) omnes remitto. Nunc autẽ Mardoni ita facito. Suam eis regionem reddito: Præterea aliam pro ſuo arbitratu eligant: ſuaque libertate potiantur. Quin etiam eorum templa ſi mecum fœdus inire volent: omnia quæ ego incendi reſtituito. Hic nuncius cum mihi adlatus ſit neceſſe habeo iſta exequi niſi p vcs ſteterit. Ego vero hæc vobis duco dicenda: quid inſanitis bellũ regi inferentes: cui nec vnquã præſtare: nec ſemper obſtare poteritis. Noſtis enim Xerxis & copias & facta auditis quoq; nunc de exercitu qui mecum eſt: quem ſi ſuperaueritis atq; ſuperitis: nulla vobis ſi ſapitis ſpes erit: cum alius multo maior exercitus ſit adfuturus. Nolite igitur equiparando vos regi priuari ſolo veſtro & pro vobiſipſis adfidue diſcurrere: immo potius his moleſtiis vos explicate: cũ adſit vobis pulcherrima explicandi facultas: q; ab rege p. uocati vt ſocietatem belli nobiſcũ ineatis citra dolũ & fraudẽ liberati eritis. Hæc me iuſſit Atheniẽſes apud vos Mardonius dicere. Ego vero de mea in vos benenolentia nihil cõmemorabo. Neq; enim nũc primum eã cognouiſtis. Obſecro tamen vt Mardonio morẽ geratis: quos animaduerto nõ ſemp validos fore ad gerẽdũ cũ Xerxe bellũ: quales ſi animaduerterẽ eſſe: ne quaq̃ huc cũ his mandatis veniſſem. Quippe regis vires ſupra hoim ſunt & manus prælõga. Quod miſi propere adſentiamini magna pollicẽtibus. Quippe ex æquo fœdus facere volentibus timeo veſtrã vicẽ: qui ex omnibus ſociis & maxime in via habitatis: & ſoli ſemper præcipuã cladẽ adcipitis poſſidentes terrã inter diuerſas acies poſitã. Itaq; inducite in hoc animũ qđ magnope eſt e veſtra dignitate cũ rex magn⁹ vobis Græcoq; ſolis

Midæ horti.
Roſæ ſexagenũ foliorum.
Silenus.
Berbinus fõs a quibuſdam Berminus adpellatur.
Alexandri genus.
Amyntas.
Alcętas.
Philippus.
Perdiccas.
Alexãder ad Athenienſes.
Regis vires.

iniurias remittens cupiat effici amicus. Hæc Alexander. Quã Athenas euntem ad inducendos in Barbari ſocietatem Athenienſes cum audiſſent Lacedæmonii id ne fieret vehemẽter extimuerunt reminiſcentes oraculorũ fatale eſſe vt ipſi cũ cæteris Dorienſibus e Peloponneſo eiicerẽtur a Medis pariter & Athenienſibus. Ideoq; ſine mora mittendos illuc cenſuere legatos. Et ſane contigit vt contioni adeſſent Lacedæmonii. Extraxerant enim Atheniẽſes tẽpus probe ſcientes fore vt Lacedæmonii audirent venientẽ a Barbaro nuncium ad ſocietatem cõtrahendam. Quare de induſtria id fecere ad declarandã Lacedæmoniis ſententiã ſuam. Vbi dicendi finem fecit Alexander excipientes nuncii ſpartanorum ita locuti ſunt quæ Nos vero miſere Lacedæmonii oratũ vos ne quid noui in Græciam agatis: neq; verba adferuntur a Barbaro admittatis: q; neq; iuſtũ ſit vllo modo neq; decorum cum aliis Græcis tũ præcipue vobis id q; multis de cauſis. Vos enim hoc bellũ excitaſtis etiam nobis inuitis: & propter imperium veſtrũ eſt decertatũ: quod certamẽ nũc in vniuerſam Græciam emanauit: cuius totius vos præcipui auctores fuiſtis. & Græcis cauſa ſeruitutis res nullo pacto tolerandacũ præſertim conſtet Athenienſes ſemper & iam inde a priſcis tẽporibus vindicaſſe permultos homines in libertatem: & triſtem quidẽ conditionẽ veſtram dolemus, quod iã bis prouentu frugum fraudati eſtis: & iã domibus quæ dirutæ ſunt caretis. Quo nomine Lacedæmonii vobis ac cęteri ſocii ſpõdent ſe vxores veſtras & omnia ad bellũ iutilia proxime domeſticos ſuos quoad bellũ hoc ſteterit alituros. Neq; vero vos Alexander Macedo ſeducat cõmendans Mardonii orationẽ. Facit qđ ſibi faciendũ eſt. Quippe qui Tyrannus Tyranno operã prẽſtat Sed nõ idem veſtra facere intereſt: ſi recte ſapitis: qui ſitis nihil Barbaris eſſe neq; fidum neq; verum. Hæc cum nũcii dixiſſent Athenienſes Alexandro ita reſponderunt: Et ipſi cognitũ habemus hoc vires Medorũ etiam atq; etiam maiores eſſe q̃ noſtras. Vt id nihil interſit exprobrare nobis. Adtamen in tutãda libertate eatenus reſiſtemus quatenus valebimus Vt autẽ ſocietatem cum Barbaro cõtrahamus: neq; tu perſuadere tentes: neq; nos ſi tu tentaueris perſuadebimur. Tu vero renuncia Mardonio Athenienſes dicere quoad ſol eodẽ itinere meabit: quo nũc meat: eouſq; ſe nunquam cum Xerxe ſocietatem inituros: ſed ſe protegendo propulſaturos eum fretos ope deorũ atq; heroum quoq; ille nihil penſi habens: & tẽpla & ſimulacra incendit. Tu

Tyrannus tyrãno operam preſtat.

Barbaris nihil fidũ neq; verum.

Athenienſes ad Alexãdrũ

quoq; post hac cũ istiusmodi oratione ne cõmittas vt Athenis videaris: neue per speciẽ emolumentoꝝ infanda nos facere sua deas. Nolumus enim te ingratũ quippiã ab Athenienſib⁹ pati: quibus & hospes & amicus es. Hæc Alexãdro respõderũt. Nũ ciis autẽ Spartiatarũ illa Lacedæmonios vereri ne fœdus inea mus cũ Barbaro: sane humanũ est neq; hoc verẽtes eos turpe est venisse: quibus mens Athenienſium explorata esset: quonã ne q; tantũ aurũ vlq; gentiũ est: neq; religio vlla specie & bonitate præstans: quã nos adcipientes: vt cũ Medis sentiremus ad tra dendã seruituti Græciam induceremur: quod ne faciamus & si velimus multa & magna nos adhortantur: primũ atq; idem ma ximum q; deorũ ædes effigieſq; incensæ pariter & obrutę sunt quas nos in primis vltum ire necesse est potiusquã cũ iis fœde rari qui ista fecerunt. Deinde quod sumus Græci eiusdẽ & san guinis & linguę quoq; & fama & sacrificia cõmunia sunt & mo res adsimiles: eorũ proditores fieri Athenienses nõ bene habe ret. Ex quo si antea nesciebatis nũc ita adcipiatis dũ vel vnius Athenienſiũ supererit: nũquam nos cõuenturos esse cũ Xerxe. vestrã autem erga nos prouidentiam quod cõsulere nobis do mo carentibus ita vt domesticos nostros alere velitis gratã ha bemus. Et licet beneficiũ vestrum cumulatũ sit: nos tamen ita id lud orabimus: vt nihil vobis molestiæ adferamus. Quod cũ ita sit: copias primo quoq; tẽpore emittẽdas curate. Nã vt nos cõ fectamus non diu differet Barbarus ingredi regionẽ nostram: sed simulatq; adceperit nuncitũ nos nihil eorũ esse facturos quę orauit: aderit. Qui antequã adsit in Attica: tẽpus ẽ nos in Bœo tiam auxilio ire: Hoc ab Athenienſibus reddito responſo: La cedæmonii Spartam reuerterunt.

¶ Herodoti Halicarnaſſei historiarum Liber Nonus q inscribitur Calliope: Laurentio Vallense interprete.

HOc ab Athenienſibus reddito responſo Lace dæmonii spartam reuerterũt. Mardonius po steaq; regressus ad eum Alexander Athenien ſium responſa indicauit mouens e Theſſalia citato agmine Athenas ire contendit. quacũ q; iter faciebat: Illinc viros ad bellum sumẽs Theſſalis ducibus quos adeo non pœnitebat eorum quę hactenus egerant vt etiam multo studioſius Perſam

inducerent. E quibus Thorax Lariſæus & Xerxem effugiẽtem deduxerat & tunc Mardoniũ propalam deducebat in Græciã Mardoniũ vbi cum exercitu Thebas peruenit: Thebani excepe runt: ſuadendo nõ ſinebant progredi longius: q̃ negarent illũ locum ponendis caſtris oportuniorẽ eſſe q̃ illum vbi ſubſidens conſequeretur vt omnẽ Græciam ſine prælio ſubigeret. Arduũ .n. eſſe etiam vniuerſis hominibus vi ſubigere Græcos inter ſe conuenientes: quod & antea cognouiſſent. Si vero feceris (dicebãt) quod nos ſuademus: occupabis nullo negocio validiſſima quæq; illorum conſilia. Mitte pecuniam ad eos qui prepotentes ſunt in ciuitatibus. Miſſa pecunia Græciam ad factionẽ rediges. Hinc eos qui tecum nõ ſentient admotis copiis facile expugnabis. Hæc Thebani ſuadebãt: quibus ille obtemperãdũ non putauit partim animi faſtu partim acri q̃dã libidine Athenas iterum occupandi præſertim ſperans incenſis per inſulas ignibus declaraturum ſe regi Sardibus agenti Athenas ab ipſo teneri: igitur in Atticam contendens cum illic Athenienſes ne tunc quidem inueniſſet: ſed pleroſq; eorũ in claſſe ad Salaminẽ eſſe audiret: vrbẽ cœpit deſertam decimo menſe q̃ fuerat iterũ ab rege capta. Eo poſtq̃ venit mittit ad Salaminẽ Murichidẽ quẽdam Helleſpontiũ cum eiſdem mandatis. Quæ Alexander Macedo pertuliſſet. Mittebat autẽ eadem mandata gnarus ille quidẽ non benevolo erga ipſum animo eſſe Athenienſes. Sed ſperãs contumaciã depoſituros tãq̃ ſubacta omni Attica regione & ſub ipſius imperio poſita. Hac de cauſa Murichidẽ miſit in Salaminẽ. is vbi in ſenatũ venit Mardonii mãdata expoſuit Eſenatoribus Lycidas ſententiã dixit ſatius videri ſibi eſſe vt ea quæ Murichides apud ſenatum diceret: ipſi admittentes ad populum referrent. Hæc ille dicebat ſiue q̃ pecuniam a Mardonio adcepiſſet: ſiue q̃ id ſibi probaretur. Quod ſimulatq; audiere Athenienſes tam ii qui ex conſilio: q̃ qui extra conciliũ erãt indigne ferẽtes Lycidã circũſteterũt: lapidibuſq; interemerũt. Helleſpontium vero Murichidẽ dimiſerunt illæſum Excitato de Lycida apud Salaminẽ rumore: & cognito quod geſtũ erat Athenienſiũ yxores alia aliam exhortantes atq; prehendentes vltro domũ Lycidæ adiere hominiſq; vxorem ac liberos lapidauerũt. Hunc in modũ Athenienſes in Salaminẽ tranſierunt. Quãdiu ipſi copias e Peloponneſo venturas ſibi auxilio expectabant: tãdiu hoſtes in Attica habuere ſtatiua. At vbi & ſocii tardius ſegniuſq; agunt: & Mardonius aduentans iam eſſe in

Græcos ſubigere inter ſe cõcordes arduum eſt vel vniuerſis hominibus.

Murichides.

Lycidę conſilium.

Lycidas lapidatus.

Lycidę vxoris & liberorũ cædes.

Bœotia audiebatur. Ita ſupportatis omnibus reb⁹ & ipſi in Salaminē traiecerunt: nunciosq; in Lacedæmonē miſerunt cum conqueſtū de Lacedæmoniis qui neglectui haberent Barbarū eſſe Atticā ingreſſum: neq; cū ipſis ei in Bœotiā occurriſſent: tū admonitū eorū q̄ ſibi ſi ad eū deficere vellēt Mardonius ſpondiſſet: tū prædictū niſi præſidio ipſis eſſent ſe aliquod per ſemet remediū inuenturos. Agebāt autē per id tēpus Lacedæmonii ſolēnia q̄ vocantur Hyacinthia: q̄ feſta dei celebrare plurimi faciebant. Ad hæc murū ſibi in Iſthmo extruebant: q iam pinnas adceperat. Ad hos poſteaq̄ nuncii Athenienſiū Lacedæmonem venerūt ducentes ſecum Megarenſiū ac Platæenſium legatos. Ephoris aditis ita locuti ſunt: Athenienſes ad hęc nos referenda miſerūt regem Medorū cū noſtrā nobis regionē reddere vel tū ſocietatē nobiſcū æqs cōditionib⁹ inire citra fraudem & dolū tum aliā regionē noſtræ addere q̄ ipſi noſtro arbitrio optauerimus: nos tū pudore Græci nominis & p magno flagitio ducētes prodere Græciā adnuere nolle: ſed recuſare q̄uis iniuria adfectos a Græcis ac proditos. Qui & ſi non ignoremus conducibilius eſſe nobis ſocietatē inire cū Perſa q̄ bellū gerere: tamen ſpōte noſtra ſocietatē nō inibimus: Et hæc quidem noſtra ſunt (q̄ in Græcos p̄ſtamus) officia: At vos qui tūc in oēm metū deueneratis ne paciſceremur cū Perſa poſteaq̄ cōpertā habuiſtis ſentētiā noſtrā: nequaq̄ p dēdi Græciā & murū quē in Iſthmo mędificabatis abſoluiſtis nullā habetis Atheniēſium rationē: Et cū cōueneritis nobiſcum de occurendo Perſę ad Bœotiā deſertores extitiſtis p nihilo ducētes Barbarū Atticam eſſe ingreſſum. Itaq; vobis Atheniēſes in pñs vſq; ſuccenſent q̄ nō eſtis officio fūcti. Quod ſupeſt vt primo quoq; tēpore nobiſcū copias mittatis iubēt: quo Barbarū in Attica: quoniā in Bœotia defecimus excipiamus noſtra in terra: vbi cāpus Thriaſius adpoſitiſſimus erit ad dimicādū. hæc vbi adcepere Ephori: reſpōſum in diē poſterū diſtulerunt. Poſtero die in alterum. idq; in decē dies fecerūt diē de die extrahētes: intra q̄d tēpus vniuerſi Pelopōnenſes magno ſtudio incūbētes Iſthmū muro intercluſere: ad finēq; pduxere: nō auſim dicere hāc fuiſſe cauſam cur iſti tātopē ſolliciti fuerint cū Alexander Macedo Athenas pgebat: ne Atheniēſes Medoꝝ partes ſequerētur: nūc autem nihil aliud curarēt: q̄ vt ſibi Iſthmus inædificaretur puſtātes nō amplius quicq̄ Athenienſibus indigere. At ſub aduentum Alexandri in Atticam muro: quē extruebant nōdum per-

Hyacinthia Solemnia.

Thriaſius cāpus.

fecto Perſas vehemẽter extimeſcebãt. Tandem & reſpõſum & exitus fuit hmõi. Pridie q̃ iã vltimũ concilio fieret vir Tegeata nomine Chileus apud Lacedæmonios maxime inter hoſpites potẽtiæ cũ audiſſent ab Ephoris omnia q̃ Atheniẽſes dixiſſent his verbis eos adlocutus eſt ita ſe habet viri Ephori ſi Atheniẽſes nõ ſentiunt nobiſcum ſed cũ Barbaro q̃ís valido muro ſit Iſthmos inædificatus: tñ magnæ fores patefactę ſunt Barbaro in Pelopõneſum. Quare prius eos audiatis q̃ aliquid decernant qđ cladẽ Græciæ adferat. Hoc Chileus cõciliũ dedit qđ in animũ admittẽtes Ephori cõfeſtim nihil collocuti cũ nũciis qui a ciuitatibus venerãt: quinq; milia Spartiatarũ cũ adhuc nox eẽt dimiſerũt p̃poſito eis Pauſania Embrotrifilio: q̃ p̃fectura erat quidẽ Pliſtarchi Leonida geniti. ſed cũ is puer eſſet Pauſanias p̃fectus eſt: qui eius patruelis erat: & idẽ tutor. Nã Cleõbrotus Anaxandridæ pater Pauſaniæ iã nõ ſuperat nõ diu poſtq̃ copias q̃ murũ extruebãt in Iſthmo reduxerat vita functus. Reduxerat ãt ab Iſthmo copias Cleombrotus ob eã cãm q; ſibi inter ſacrificandum aduerſus Perſam Sol in cœlo obſcuratus eſſet. Elegit ãt Pauſanias ſibi collegã Euryanactẽ Doris filiũ ſuũ gẽtilẽ. His copiis e Sparta cũ Pauſania p̃fectis nũcii de illarũ p̃fectione ignari vbi dies illuxit. Ephoros adeũt habẽtes in animo abire in ſuã q; ciuitatẽ. Vbi adierunt ita verba fecere. Vos quidẽ Lacedęmonii deſidẽtes hic Hyacinthia: ac luditis ſociis p̃ditis: Atheniẽſes vero vt a vobis læſi ob penuriã ſociorũ ita vt poterũt cũ Perſa trãſigent. Soluta ãt ſocietate vobiſcũ palã eſt nos ſi regis fuerimus ſocii militiæ comites futuros: in quã cũq; regionẽ nos illi educent. inde vos diſcetis quidnã vobis ex ea re ſit euẽturũ. Hęc locutis nũciis Ephori iureiurãdo inter poſito dixere ſuas ſe copias putare in Oreſtio eſſe tendẽtes ad uerſum peregrinos. Peregrinos enim Barbaros adpellabant. Hoc illi nõ intelligentes quid diceretur ſciſcitabãtur: ſciſcitati & rem omnẽ edocti atq; ſtupefacti quã celerrime abire ad illos inſequẽdos & cũ iis quinque milia finitimorũ Lacedęmoniorũ delecta. His Iſthmũ verſus ire maturãtibus: Argii vbi primũ audiere copias e Sparta cũ Pauſania profectas præconẽ quẽ optimũ e diurnis curſoribus inuenerũt in Attică mittunt ad Mardoniũ: cui videlicet antea receperant ſe futuros impedimento: quo minus Spartiata egrederetur. Præco vbi Athenas peruenit Mardoni (inquit) miſerunt me Argii nũciatum tibi iuuentutẽ e Lacedęmone eſſe progreſſam ſeq; ne illa progrederẽ preſtare

Chileus.

Pauſanias. Pliſtarchus.

Euryanactes

Peregrini Barbari.

nequisse. Ad hæc tu bonũ cõsilium adhibe. Hoc ille locutus re-
tro abscessit. Quo audito Mardonius iam non fidebat amplius
perstare in Attica: vbi ideo hactenus immoratus fuerat qđ au-
dire cuperet ac scire ab Athenien sibus quid ageretur neq; po-
pulans neq; lædens Atticũ agrũ assidue sperans fore vt secũ illi
pacisceretur. Quod vbi desperauit re cõperta priusq; Pausanias
cum copiis Isthmum egrederetur: subduxit exercitum incensis
Athenis siquid aut muroꝝ aut ædium priuatarũ sacrarũq; exta Athenarum
bat: eo omni diruto: atq; obruto. ideo ãt excedẽdũ sibi putauit incendium.
q; neq; adequitabilis esset Attica regio neque si ipse male pu-
gnasset euadi poterat nisi per angustias vbi a paucis trãsitu p-
hiberi posset. Statuit igitur recedere illinc Thebas tum ciuitatẽ
amicã tum regionẽ equitibus oportunã profecto illinc Mardo
nio & iã iter facienti perfertur nũcius properans aliũ exercitũ
mille Lacedæmonioꝝ Megara iter habere. Eo audito cõsulta-
bat si quo pacto hos primũ posset excipere. Itaq; cõuersũ exer-
citũ ducebat Megara p̃misso equitatu qui omnẽ orã Megaridẽ
incusaret. huc usq; Europæ ad solẽ occidentẽ versus lõgissime
processit hæc Persica expeditio. Post hęc nũcius ad Mardoniũ
venit Græcos in Isthmo coactos esse. ita retrocessit p Decelẽã. Decelea.
Magistratus.n. Thebani adcolas Asopioꝝ adcersierãt: q Mar-
donii in Sphendaleas & illinc in Tanagrã duces itineris dedu
xeret. in Tanagra noctẽ moratus Mardonius postero die in a- Sphendaleæ.
gri Thebani Scolõ trãsuersis tramitibus puenit. ibi Thebanoꝝ Tanagra.
rura tametsi medicas partes fouẽtiũ vastauit: nõ illoꝝ odio sed Scolos ager.
ingẽti necessitate adactus q; vellet cũ castra cõmunire tũ si sibi
in acie nõ cederet ex sentẽtia effugium cõparare. Exporrexit ãt
castra sua ab Erythræis secũdum Hysias Platæensi tenus agro
iuxta flumẽ Asopũ muro cõmuniẽs: sed nõ p magnitudine ca
stroꝝ verũ p singulas frõtes dena stadia hãti. Hoc in ope Bar-
baris occupatis Attaginus Phrynonis filius vir Thebanus cõui
uio magnifice adparato Mardoniũ ipm & Persarũ honoratissi Attaginus.
mos qnquaginta inuitauit. Fiebat ãt cœna Thebis. inuitati illi
hominẽ sunt secuti. Cętera q̃ referã ex Thersandro adcepi viro
quidẽ Orchomenio sed Orchomeni inter primos honesto: q se Thersandrus
quoq; aiebat ad hãc cœnã ab Attagino inuitatũ cũ qnquaginta
Thebanis. nec vtroſq; seorsum discubuisse: sed in singulis lectis
alternos Persam & Thebanũ. Seeũdũ cœnã cũ potioni daretur
opa: Persam qui eodẽ toro receũbebat Græce ipm interrogasse
suas esset: se vero respõdisse Orchomeniũ eẽ: tũ illum dixisse.

Quoniam tu mihi menſæ conſors & libaminũ effectus es: volo tibi relinquere ſententiæ meæ monumentum: vt ipſe quoq; prę ſcius huius rei queas tibi conſulere. Cernis hos Perſas in conuiuiũ adceptos & copias quę ad flumen in caſtris relictę ſunt. Horum omniũ paruo poſt tempore pauculos cernes ſuperſtites Et inter dicendum multas lachrymas Perſam effudiſſe: admiratũq; ſe ea oratione ad illum dixiſſe. Nonne hæc Mardonio expedit dicere & iis Perſis qui ſecundũ eum in hõnore ſunt: & illum ſubieciſſe Hoſpes quicquid ex deo fieri oportet. Id homini ineuitabile eſt. Nã ne credibilia quidẽ dicentibus credere quiſq; vult. Hoc permulti Perſarũ cũ ſciamus: tamẽ Mardoniũ ſequimur illigati neceſſitate. Eſt. n. hoc in hominibus acerbiſſimũ: eum qui multũ ſapit minime potentẽ eſſe. Hæc ego ex Orchomenio Theſſandro audiebã. & ideo ipſum hæc ſtatui aliis enarraſſe priuſq; prælio ad plateas factũ eſt: Mardonio in Bœotia ſtatiua habenti adtulerunt copias cæteri circa Græci qui cũ Medis ſentiebant: & ad Athenas congregati ſunt pter Phocẽſes. Nam & iſti vehementer partibus Medorum ſtudebant: nõ tamen volũtarii ſed coacti. Iidẽ non multis poſt diebus q; Thebas itum eſt; & ipſi aduenere mille armati duce Harmocyde inter populares ſpectatiſſimo. Eos Mardonius vbi Thebas peruenere miſſis equitibus iuſſit ſeorſum in cãpo ſubſidere: quod eum feciſſent protinus adfuit vniuerſus equitatus. Vnde poſtea rumor exercitum Græcoq; qui cum Medis erãt perſuaſit Phocenſes ab equitatu iaculis confodi quinetiã per ipſos Phocẽſes idem deuulgatũ eſt: quod tunc dux ſuus Harmocydes his verbis adhortabatur. O Phocenſes palã eſt hos homines certe nos neci deſtinaſſe accuſatos (vt opinor) a Theſſalis. Quare vnũquẽq; veſtrum oportet egregiũ virum eſſe: q dedentes nos fœdiſſima morte trucidari. Ipſi quoq; intelligant ſe Barbaros eſſe inter Græcos quibus mortẽ iutulerunt. His ſuos Harmocydes hortabatur: Quos vbi concluſere equites inuehebantur tãq; ad eos occidẽdos telis intẽtis veluti emiſſuri: nõnulliq; emiſerũt. Phocẽſes ex aduerſo ſtantes facto orbe quoquo verſus cũ ſeſe opponerent Ibi equites digreſſi retro abiere incertũ an ad hos interficiendos rogatu Theſſalorũ ierint equites: & poſteaq; animaduerterunt eos ad defendẽdum ſe conuertere veriti: ne ipſi vulnerarentur ita retro abſceſſerũt tanquã a Mardonio iuſſi an experiri voluerint nũquid iſti põſtancię haberẽt. Poſt abſceſſum equitatus miſſo ad eos præcone Mardonij ita inqt. Bono eſtote

Quicquid ex deo fieri oportet eſt ineuitabile.

Sapientes nõ eſſe potẽtes.

Harmocydes

Harmocydis oratio.

Phocenſes animo. viros .n. vos eſſe dediſtis ſpecimen nõ tales quales ego audierã. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. Non.n. aut me beneficius aut regẽ vincetis. Hactenus quæ circa Phocẽſes ſunt geſta. Lacedæmonii vbi ad Iſthmũ venere illic caſtra cõmuniere. Quod audiẽtes cęteri Peloponẽſes vtiq; ii quibus meliora cordi erant: cernerentq; Spartiatas egredi volentes: indignũ ſe putauerunt a Lacedæmoniis ſe in exeundo ſuperari. ita q; cum pulchre litatũ eſſet: cuncti ex Iſthmo profecti ſunt & in Eleuſinem peruenerunt: vbi cum pulchra etiam fuiſſent extaire perrexerunt. Quibus Athenienſes e Salamine trãſmittẽtes in Eleuſine admixti ſũt. Iſti poſteaq; ad Erythras Bœotiæ venere: cognito Barbaros ad Aſopum caſtra habere: inito de hac re conſilio e regione tetenderũt ſub Cithęronis radicibus: in quos Mardonius q; in campũ non deſcenderent: omnẽ immittit equitatũ cui præerat Maſiſtius: a Græcis Maſiſtius dictus vir apud Perſes inclytus. Niſæo equus inſidens aureo freno: & aliis inſignibus eximie ornato. Equites vbi pmouere ad Græcos per turmas egreſſi multum detrimenti inferebãt. Fœminas eos compellando. Erant forte Megarenſes ea parte collocati: qua parte nulla alia magis oppugnari: nullaq; magis ab equis adiri poterat. Hac impreſſione equitum Megarẽſes quia ſatagebant: mittunt ad duces Græcorum præconem qui ita cũ venit verba fecit. Megarenſes aiunt viri ſocii nos ſoli excipiẽdis hoſtibus impares ſumus: qui tenemus eãdem in q̃ collocati ſumus a principio ſtationẽ. ibi hactenus tã & ſi ægre tamẽ ſtrẽnue fortiterq; reſiſtimus. Nũc niſi alios nobis ſubſtituatis: ſcito te nos ab acie diſceſſuros. Hæc vbi preco renũciauit Pauſanias expediri fecit Græcos ſi qui alii vltro ad locũ irent vt Megarenſibus ſuccederent. Recuſantibus cæteris Athenienſes ſuſcepere hoc munus videlicet eorũ trecenti delecti quibus præerat Olympiodorus Lamponis. Hi fuere qui præ omnibus Græcis ad Erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſſere ſagittariis ſi bi adſumptis. Qui cũ aliquãdiu pugnaſſent hic fuit pugnę exitus: impreſſionẽ faciente per turmas equitatu. Equus Maſiſtii vt erat p̃ aliis eminens: ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore impedes erectus Maſiſtiũ excuſſit collapſum cõfeſtim Athenienſes circũſiſtunt: equo p̃henſo hominẽq; ſeſe defenſantẽ interimũt: cũ aliquãdiu non potuiſſent: ita enim fuerat armatus: q. ſ. intus gerebat thoracẽ aureis ſquammis cõſertũ deſuper Phœniceũ paludamentũ. Eius thoracẽ cũ ferirent: nõ prius aliquid

Erythræ.

Maſiſtius. Hãc clauſulã ex codice grẽco ſic reſtituẽdã cẽſui Maſiſtius: a græcis Maciſius dictus: nõ ãt i. 2. loco Maſiſtius.

Olympiodorus.

Thorax aureis ſquammis conſertus.

Paludamẽtũ

profecerũt: quam quidã re animaduerſa illũ percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interiit. quæ res latebat alios equites. Non.n eũ vt ab equo cadentẽ viderant. aut occũbentẽ. At ne tũ quidẽ cũ ſe recipiebãt quod actũ erat cognouere: ſed poſtq̃ conſtitere quia nemo ipſis imperabat ſtatim deſiderauerunt dum cognitoq; (qđ geſtũ erat) mutuo ſe adhortati: omnes in hoſtẽ equos admiſere vt mortuũ eriperent. Eos conſpicati nõ iam turmatim ſed vniuerſos pariter inuere cęterum exercitum inclamauerunt. Dũ omnis peditatus auxilio veniebat: interea cietur acre p̃liũ de cadauere. At vbi p̃ſidio venere copię nõ amplius pſtitere equites: ita nec mortuũ eripere potuerũt ſed alios ſuper illũ e ſuis amiſere. Digreſſi illinc duo circiter ſtadia cõſultantes quid facto opus eſſet decreuere ſibi carẽtibus præfecto eũdũ ad Mardoniũ. Vbi in caſtra rediere ingens luctus eum omnem exercitum: tũ vero Mardoniũ cœpit extincti Maſiſtii viri ſecũdũ Mardoniũ honoratiſſimi tã apud Perſas q̃ apud regem ita vt eiulatus eorum omnẽ Bœotiam peruaderet. & ſeipſos & equos & iumenta totõderint. Et Barbari quidẽ ſuo more Maſiſtiũ defunctũ honorabant. Græci ãt poſtq̃ equitatum inuadẽtium excepere. & exceptũ reppulere: multo ſunt audaciores effecti & ante omnia cadauer plauſtro impoſitũ per ſtationes circũtulerunt. Erat autem ſpectaculo digna procerꝛitatis ac formę gratia: q̃ ideo faciebant: quia cuncti relictis ſtationibus ad intuendũ Maſiſtiũ pergebant. Dehinc cenſuerũt ad Platæas deſcendendũ: q̃ ſibi Platæenſis ager multo eẽt oportunior habẽdis caſtris q̃ Erythræus eum pp alia: tũ propter aquandi commoditatẽ. Vbi viſum eſt in eũ locũ & ad fontẽ Gargaphiũ: qui ibidẽ eſt ſatius abire: & diſpoſitis ſtationibus illic habere caſtra ſumptis armis abierunt per radices Cithęronis ſecũdũ Hyſiam in agrũ Platæenſem. Eo cũ peruenere ſtationes nactonati communierũt proxime fontẽ Gargaphium & Phanũ Androcratis herois per nõ editos tumulos & locũ planũ ibi in diſtinguẽdis nationibus magna ſane altercatio extitit inter Tegeatas & Atheniẽſes vtroſq; ſe dignos qui alterũ cornu tenerẽt arbitrãtes & ſua facinora p̃clara tũ recẽtia tũ priſca referebant. Dicebant quidem his verbis Tegeatæ. Hoc nos ſp digni honore a ſociis omnibus habiti ſum⁹: quotieſcũq; a Pelopõnẽſibus cõmuniter in externas peregrinationes itũ eſt & p̃xime & quõdã iã inde. Ex quo Heraclidæ poſt mortẽ Euryſthei ſunt conati in Pelopõneſum redire: quo tẽpore hanc dignitatẽ adſecuti ſumus ob

Maſiſtii cadauer.

Maſiſtius p̃ſtans vir. Mardonius. Tonſura ob funus.

Gargaphius fons. Hyſiæ.

Androcratis Phanum.

Euryſthens

hanc rē gestā. Posteaq̄ cū Achæis & Ionibus qui tūc Peloponnesum incolebāt nos auxiliarii in Isthmū pfecti cōsedimus aduersus eos qui redire conabātur: Tūc Hyllus oratione habuit ñ expedire vt vterq; exercitus confligendo periclitaretur: sed vt alii adquiescētibus secū singulari certamine dimicaret. Is quem Pelopōnēses iudicarēt e suo exercitu pstantissimū adcepta cōditione Pelopōnēses fœdus in hæc verba pcusserūt. Si vincet Hyllus Pelopōnēsiū ducē: vt Heraclidæ in paterna reuertātur. Sin victus fuerit: retrò Heraclidæ cedāt: & exercitū abducant: ne ue per annos cētū de redeūdo in Pelopōnesum agerent. omnibus socijs ad eā rē volūtarijs electus est dux atque idē rex noster Echenus Eropi filius: Phrygis nepos: q̄ singulari congressus certamine Hyllū interemit. Ex quo facto nos cū alia decora inter Pelopōnenses adsecuti sumus: quæ adhuc optinemus: tum hoc vt alteri cornu præessemus quoties cōmuniter itur in expeditionē. Et vobis quidem Lacedæmonii nō aduersamur: sed optionem cedimus vtri cornu præesse malitis. Alteri vero cornu vt præsimus nobis vendicamus quemadmodū fecimus: ad hoc tempus etiā citra hoc factū quod narrauimus Athenīensibus digniores: qui hāc dignitatē optineamus: quippe qui pspere & multa nobiscū viri Spartiatæ certamina decertauimus & multa cū alijs. Quo fit vt æqus sit nos alterū cornu tenere q̄ Athenienses a quibus nō tales gestę res sunt: quales nobis neq; recentes neq; vetustæ. Hæc Tegeatæ: ad quæ hunc in modum respōdere Athenienses. Et si scimus has copias pugnādi cum Barbaro nō altercādi gratia esse cōtractas: tñ quoniā Tegeata referre cōstituit præclara facinora tū vetusta tū noua: q̄ per omne tēpus vtriq; fecerūt: necesse habemus & nos exponere apud vos. Vnde nobis patriū est: qui semper egregii fuimus esse primos potiusq̄ Arcadibus Heraclidas: quorum ducem isti apud Isthmū sepdicant interfecisse nos soli excepimus electos prius ab omnibus Græcis quos illi Mycenæorū seruitutem fugiētes adibāt: & Eurysthei iniuriā vna cū eis dē pugnādo ppulsauim⁹: victoriaq; potiti sumus de iis qui tū Pelopōnesum tenebāt. Præterea Argios q̄ aduersus Thebas cū Polynice militauerāt vita defunctos & insepultos ducta in Cadmeos expeditōe nobis receptos fuisse dicimus: & in nostra terra apud Eleusinē hūatos. tā vero nostrū pclarū facin⁹ extat in Amazonidas: q̄ a flumine Thermodonte aliq̄ñ in nostrā terrā excurrere. At ne in heroum quidē laboribus qui ad Troiā bellauerūt fuimus in postremis.

Athenīēsium & Tegeatarū de loci dignitate altercatio.

Hyllus.

Echenus.

Quid si Phrygis vt habet græcus codex legeret nō ā Phrygis.

Eurystheus.

Polynices.

Sed nihil admodũ pertinet horũ facere mentionẽ. Etenim siue qui tunc egregii fuere: nunc instrennui sunt: siue tunc instrẽnui nunc egregii sunt: satis sit de rebus priscis ista dixisse. Vt nullæ res aliæ nobis gestæ sint: quæ multæ & p̃clarissimæ sunt prout quorũcũq; aliorũ Græcorum certe ob tẽ in Maratone a nobis gestã digni sumus: qui hoc decus & alia insuper optineamus: q̃ soli Græcorũ per nos cũ Persa dimicauimus: & rem tãtam adgressi victores euasimus sex & quadraginta nationibus superatis. Quo solo nosse digni sumus vt hũc loci honorẽ cõsequamur Verum non decet hac rerũ conditione de loci dignitate cõtendere: vbicũq; & iusta quoscũq; vobis Lacedæmonii videbitur. adpositissimũ nos stare illud euntes optẽperabimus. Vbicũq; eos collocati fuerimus: conabimur strẽnui existere itaq; educite nos tanq̃ vobis perituros. Hæc cũ pro sua parte dixissent Athenienses: cunctis Lacedæmoniorũ exercitus sueclamauit dignio res qui cornu tenerent Athenienses q̃ Arcades. Ita Atheniẽses Tegeatis superiores habuere cornu mox hũc in modũ instructi sunt & qui superuenere Græcorũ & quia principio venerãt dextrũ cornu tenebãt Lacedæmoniorũ decẽ milia quorũ q̃nq; milia erãt Spartiatarũ: quos custodiebant leuiter armata triginta quinq; milia seruorũ septenis seruis circa singulos Spartiatas collocatis. Adplicauerant sibi Spartiatæ & honoris & virtutis erga Tegeatas numero mille & quingẽtos armatos. Secundũ hos stabãt Corinthiorum quinq; milia. p̃ter hos inueniebãtur apud Pausaniã stantes trecẽti Potidæatæ eorũ qui erant ex Pallene. iuxta hos stabant Archadũ Orchomeniorũ sexcenti: iuxta hos Sicyonũ tria milia. Hos seq̃bãt Epidauriorũ octingẽti sup hos locati erãt Trœzenii mille iuxta Trœzẽios totidẽ Lepręete. post hos Mycenęorũ: & Tyrithiorũ q̃drigẽti: scdm hos mille Phliasii: dehic Hermionẽses trecẽti. iuxta Hermionẽses Heretriẽsiũ & Syreorũ sexcẽti. iuxta hos Chalcidẽsiũ q̃trigẽti. post hos Ampratiatarũ q̃ngẽti: Post eos Leucadiorũ & Anactoriorũ octingenti. hos sequebãtur Pallenẽtiũ qui sunt ex Cephallenia ducẽti. Post hos instructi Aeginetarũ q̃ngẽti. iuxta hos Megarensium tria milia quos sequebãtur Platæensium sexcenti. Vltimi & iidẽ primi stabant Athenienses leuũ tenentes cornu octo milia duce Aristide Lysimachi. Hi oẽs præter eos qui septẽ circa singulos Spartanos stabant fuerũt numero omne grauis armaturæ aduersus Barbarum contracti: Leuter vero armati trigitaq̃nq; milia septẽ circa singulos Spartiatas collocati vnus-

Nationes. vi. & .xl. superatæ in Marathone.

Lacedæmonii.

Spartiatæ.

Arcades

Orchomenii

Trœzenii.

Lepręetę.

Phliasii.

Græcus codex habet Styreorũ & non Syreorũ.

Anactorii.

Pallenenses.

Aristides.

quiſq; ad pugnandū inſtructus. Circa cæteros Lacedæmonios ac Græcos ſinguli ferme leuiter armati numero triginta quatuor milia quingenti. Sūma totius leuis armaturę quę pugnare poſſet ſexaginta milia quingenti. Totus ãt Græcus exercit⁹ q ad Platæas cōuenit pugnæ aptus tã leuis quã grauis armaturæ fuit vnde cum Myriades minus mille & octingentis ideſt centum octo milia ducenti Sed numerū vndecim Myriadū explenere Theſpienſes: qui aderant ad mille & octingentos: qui nec ipſi arma habebant. Et hi quidē Græci ad flumen Aſopū caſtra diſtributi cōmuni erant. Barbari vero qui cū Mardonio erant poſteaq; Maſiſtiū luxerunt cognito Græcos apud Platæas eſſe: & ipſi ad Aſopum qui illac fluit e regione ſunt a Mardonio collocati: aduerſus Lacedæmonios Perſæ qui numero antecedebant eorū acies quæ multæ erant vſq; ad Tegeatas opponebãt ita vt quod robuſtiſſimū in exercitu erat: id omne contra Lacedæmonios: quod infirmis id contra Tegeatas eſſet. Hæc faciebat Mardonius Thebanorū indicio atq; admonitu. Iuxta Perſas idē collocauit Medos, vt exaduerſo eēnt Corithiis & Potideatis & Orchomeniis & Sicyoniis. Poſt Medos collocauit Bactrios ex aduerſo Epidauriorū & Trœzeniorū & Lepræatron ac Tirynthiorum Myceneorūq; & Philiſiorū. Secundum Bactrios collocauit Idos ex aduerſo Hermionenſiū & Erethricorum Styreorūq; & Chalcidentiū. Poſt Indos ſtatuit Sacas oppoſitos Ambraciatis & Anactoriis & Leucadiis & Pallenenſibus & Aeginetis. poſt Sacas poſuit ex aduerſo Athenienſiū Plateænſiumq; ac Megareſium Bœotios & Locros & Meliēſes & Theſſalos & mille Phoceſium. Non enim Phocenſes omnes a partibus Medorum ſtabant: ſed eorum nōnulli cum Græcis ſentiebant apud Parnaſſum depræhenſi & illinc profecti deduxerant: comitatiq; fuerant Mardonii copias pariter & Græcorum qui cum illo erant. Contra Athenienſes itē poſuit Macedonas: Theſſaliæq; adcolas he nationes a Mardonio in aciem inſtructę erant maxime celebres maximeq; inſignes & p̄cipue mētione digne: necnon cæterarum quoq; gentium viri memoratu digni cum aliarū tum Phrygū: Myſoq;: Thrācum: Pæonū. Quin etiam Aethiopum & Aegyptiorum qui Hermotybies & Calaſi nominātur gladio cincti: qui ſoli ſunt ex Aegyptiis pugnaces a Mardonio cū adhuc eſſet in Phalero e nauibus in quibus hi Epibatæ erāt in terrā trāſlati. Nō enim cū pedeſtribus copiis q̄ cū Xerxe Athenas ierāt Aegyptii cenſi fuerāt. Barbarorū (vt

Mardonii excercitus ordo.

Hermotybies.

Calaſiries.

Barbarorum numerus.

etiã ſuperius oſtẽſum eſt) triginti Myriades fuere. Græcorũ vero Mardonii auxiliariũ nemo numerũ (neq; n. nũerati fuerãt) nouit. Vt autẽ cõiectura colligit licet ad quinq; Myriades fuiſſe cõiecto. Tot qui ex aduerſo inſtructi fuere pedites. Equitat⁹ vero ſeorſum erat collocatus: Ita diſpoſiti nationatim manipulatimq; vtriq; poſtero die ſacrificauerũt: Apud Græcos Haruſpex erat Tiſamenus Antiochi filius. Is enim hunc exercitũ vates comitabatur Heleus quidẽ & ex genere Iamidarũ Clytiades: ſed a Lacedæmoniis ciuitate donatus. Nã cõſultãti vaticinium apud Delphos de prole reſpõdit Pythia qnq; ipſum maximas palmas e certaminibus reportaturũ oraculo non intellecto: Tiſamenus Gymnaſiis operã dabat: & tanquã Gymnicas victorias adepturus. Cũq; ſe exerceret ad qnq; certamina ĩ vno dũ currit Olympia venit ĩ cõtentionẽ victoriæ cũ Hieronymo Andrio. Lacedæmonii interpretantes nõ ad Gymnica certamina ſpectare Tiſameni oraculũ: ſed ad bellica conabãtur eũ mercede conducere vt vna cum Heraclidis bellog; dux regibus foret. Hic animaduertens Spartiatas plurimi facere ipſius amicitiã abnuebat: q; negaret ſe alio precio id facturũ quã ſi Spartiatam ſe ciuẽ faceret omnia iura ciuitatis impertiẽtes. Id Spartiatæ cũ audiſſent ab initio ferẽtes indigne: oraculum miſſum oĩno fecerũt. Tandẽ iminẽte hoc ingẽti Perſici exercitus metu adnuebãt: impertiteq; hoi volebant: Eos iſte imutatos intelligens negare iã ſe eo ſolo eſſe cõtentũ: ſed oportere fratrẽ ſuum Hegiã etiã fieri Spartiatam eadem cõditione qua & ipſe fieret. Hoc dicens imitabatur vt cõiectare licet Melampodẽ regnũ pariter & ciuitatẽ depoſcẽs. Etenim Melampus eũ ab Argiis mercede cõdueceretur: e pylo ad cõpeſcendũ morbũ furoris mulierum Argiarũ depoſcebat pro mercede dimidiũ regni. Recuſantibus id Argiis atq; digreſſis cũ plures e mulieribus inſanirent ita obtẽperantes quod Melãpus popoſcerat daturi reuerterũt. Ibi ille cernẽs hos eſſe immutatos plura optauit negãs ſe indulturũ quę vellẽt: niſi & fratri ſuo Bianti tertiã partẽ regni donaſſent. Argii in arctũ redacti hoc quoq; adnuerunt. Ita Spartiatæ Tiſameno quo maiorẽ in modũ egebãt prorſus adſenſerũt: & cõceſſu iſtorũ Tiſamenus Heleus Spartiata effectus quinq; maxime certamina ex oraculo illis optinuit. Hi duo ex oĩbus hominibus ſoli ſunt a Spartiatis ciuitate donati quinq; autem certamina hæc fuere. Vnũ & id primum hoc quod pugnatum ẽ ad Plataeas. Alterũ quod in Tegea cũ Tegeatis atq; Argiis. Tertiũ

Tiſameni oraculum.

Hieronymus Andrius.

Hegias.

Melampus.

Bias.

Tiſameni certamina.

quod? Dipœeuſenſibus cũ vniuerſis Arcadibus præter Mantineos. Quartũ quod cũ Meſſeniis ad Iſthmũ. Vltimum quod in Tanagra cũ Athenienſibus & Argiis. Hoc vltimum cõſumauit quinq; certamina. Tiſamenus igitur Spartiatarũ tunc ductor vaticinatus eſt Græcis in agro Platæenſi. Et apud Græcos quidẽ pulchre litatũ eſt ſi ſe defenderent nõ ſi Aſopũ tranſgreſſi pugnam capeſſerent. Mardonio autẽ capeſſendæ pugnę audo nõ extitere pulchra exta niſi & ipſe ſeſe defenderet. Nam iis quoq; Græcis ſacrificiis vtebatur Haruſpicẽ habens Hegeſiſtratũ virum Heleũ: & Tellideorũ p̃ſtantiſſimum. Hunc ante ea tẽpora Spartiatæ cũ cepiſſent: in vincula cõiecerant morte adfecturi: vt a quo multa intoleranda perpeſſi fuiſſent. Hegeſiſtratus in hac calamitate poſitus vtpote ꝑ anima ſolicitus & q̃ ante mortẽ multa ac triſtia foret paſſurus: rẽ perpetrauit fide maiorẽ. Nã vt erat ligneis atq; ferratis ſoleis vinctus ferro quod illatũ fuit potius cõfeſtim excogitauit opus omniũ (q̃ nos nouimus) animoſiſſimũ. Cõmentus qua ratione reliquũ pedis educeretur. ꝑcidit ſibi dimidiũ pedẽ. Hoc acto q̃is ab excubitoribus obſeruaretur: tñ ſubruto muro profugit in Tegeã verſus noctu iter faciens: interdiu filius ſe abdẽs atq; immorãs vt trinoctio Tegeã peruenerit vniuerſum Lacedæmoniis cũ paſſim perſcrutantibus admirãtibuſq; magnopere hominis audaciã: cuius dimidiatũ pedẽ iacẽtẽ cernebãt: ipſum nũc inuenire poſſent: ita Hegeſiſtratus Lacedæmonios elapſus in Tegeã q̃ per id tẽpus nõ erat paccata Lacedæmoniis trãſfugit. Sanato vulnere & ligneo pede adficto ex ꝑfeſſo Lacedæmoniis hoſtis extitit. Sed non ad poſtremũ ei protractũ in Lacedæmonios odiũ profuit nam in zazyntho cũ vaticinaretur: ab his captus atq; interẽptus eſt.

Mantinei.

Tellidei.

Hegeſiſtrat⁹. pedẽ diminuit.

Verum hic Hegeſiſtrati interitus poſterior rebus Platæenſibus fuit. Tũc autẽ is a Mardonio non exigua ſumma cõductus cupide ſacrificabat cũ in Lacedæmonios odio: tum lucri gratia. Cum igitur exta non eſſent pulchra ad pugnam cõmittendam: neq; ipſis Perſis neq; Græcis qui cũ illis erant (habebant enim & Græci ſuũ Haruſpicẽ quẽdam Leucadium Hippomachum) cunq; dilaberentur multi Græci ſuaſit Mardonio Timogenides Herpyi vir Thebanus: vt exitus Cithæronis cuſtodiendos curaret q; diceret adſidue Græcos ad hoſtẽ quotidie tranſire: ſeq; cõplures deprehendiſſe. iam dies octo abierant poſitis e regione caſtris cum iſte Mardonio hoc conſilium dedit: Mardonius admoneri ſe probe intelligens primis tenebris equitatum

Hegeſiſtrati interitus.

Hippomachus.

Timogenides.

mittit ad ingreſſus Cithæronis: q plateas ferunt: qua Boeotiſ
tria capita Athenienſes capita quercus adpellãt. Equites miſſi
Capita quercus. nõ fruſtra peruenere. Nacti.n. ingredientia cãpũ q ingenta iu-
menta quę cõmeatum e Peloponneſo ad exercitũ ſubuehebant
diripiunt: & eos qui iumenta ſequebãtur immiſericorditer tru-
cida:t:neq; iumentis neq; omnibus pcentes. in quibus occidẽ
dis poſteaq; ſatis ſunt graſſati cũ cæteris quæ eripuerãt ad Mar
donũ ſunt & ad exercitũ reuerſi. Poſt hanc rem geſtam biduũ
adſumptũ eſt neutris pugnã laceſſere volẽtibus. Nã & ſi Aſopo
tenus Barbari proceſſerãt irritandi Græcos gratia neutri tamẽ
ſibi tranſeũdũ ſtatuebãt. Equitatus mõ Mardonii progredie-
batur: & Græcos moleſtia adficiebat: quia Thebani vt pote in
amorem Medorũ vehemẽter propenſi ferebant alacriter bellũ:
& adſidue prouehebãtur vſq; ad pliũ. Deinde excipiẽtes Perſę
pariter ac Medi pcipue pclara facinora edebant. His amplius
ad decem vſq; dies nihil eſt actum. Vbi vndecimus dies illuxit
cũ & Græci multo plures efficerentur ad Platæas caſtris e re-
gione poſitis & Mardonius ſtationẽ grauaretur: ibi venere in
Artabazus. colloquiũ Mardonius Gobryis filius Artabazus Pharnacis vir
apud Xerxẽ inter paucos Perſarũ virtutis expertæ. Quorũ cõ-
ſultantũ hæ fuere ſententiæ. Artabazi quidẽ expediens eſſe cõ
tractis q̃ primũ copiis ire ad mœnia Thebana: quo multum rei
frumentariæ ipſis multũq; pabuli iumentis cõpararent: atq; ibi
conſidentes per ociũ rem cõficerent videlicet cũ multũ auri tũ
ſignati tum non ſignati haberent: mu'tũ etiã argenti ac pocu-
lorum ne parcerent illis ſed ea ad Græcos mittterent eos pci-
pue qui ciuitatibus pſiderent. Fore.n. vt illi ſuam traderent li-
bertatẽ: neq; oportere pugnandi adire diſcrimen. Eadẽ The-
banorum q̃ iſtius ſententia erat tãq; aliquid vltra hoc proſpiciẽ
tis. Mardonii autẽ ſententia ferocior pertinaciorq; & nullo mõ
cedens: quippe opinantis meliorem ſuũ eſſe q̃ Græcorum exer
citum ſatius primo quoq; tempore cõfligere q̃ committere: vt
plures q̃ eoacti erant Græci cogerentur Hegeſiſtrati vero auſ-
picia valere ſinere nec eis vim adferre: quinimo Perſarũ more
ſeruato debere confligere. Mardonio ita opus facto eſſe cenſen
ti nemo contradicebat. Qui ibi ſententia ſua vicit adcitis co-
hortiũ præfectis & qui ſecum erãt ducibus Græcorum (penes
eum nãq; erat ſumma imperii non penes Artabazũ) perconta-
batur nũ quod oraculũ ſcirẽt de Perſis tãq; perituris in Græcia
ſilẽtibus euocatis partim q̃ ignorarẽt oracula: partim q̃ haud

tutum putarent proferre quod ſcirent. Inquit ipſe Mardonius. Quoniã vos aut nihil noſtis aut promere non audetis: ego rem proferã ꝛãq̃ bene cognitam habens. Eſt oraculum Perſis fatale eſſe vt in Græciam profecti diripiant templum qđ delphis eſt. Vtiq̃ direpto templo omnes intereant. Quo circa cũ hoc ſciamus: neq̃ diripere conabimur: neq̃ adibimus templũ ob hanc cauſam interitũ deuitaturi. Quo nomine quicũq̃ veſtrum bene Perſis volũt voluptatẽ capiant tãq̃ Perſis Græcos ſuperaturis. Hæc locutus ſecũdo loco ſignũ dedit vt omnia adpararent: & corpora curarẽt veluti ſub lucis exortũ p̃lio futuro. Oraculum qđ ad Perſas aſcebat ſpectare Mardonius: id ego ſcio nõ Perſis redditũ eſt ſed Illyriis; & Encheleoꝝ copiis. Quod aũt de hoc prelio redditũ eſt a Bacide id vero hoc fuiſſe.

Oraculum ad Perſas ſpectans.

Gramineis ripis Aſopi ac Thermodontis:
Barbaricę gratis acies clamore coibunt,
Hic multi occumbent defuncti munere vitæ.
Quando ſagittiferis aderit lux vltima Medis.

Nõ Thermodoontisvt in codice latino inuenitur ſed Thermodõtis eſt legẽdũ Alioq ω ſẽp ꝓductũ in. 2. ſyllaba corriperetur: fitq̃ ſpõdaic⁹ verſus & frigide quidem.

Hęc ego atq̃ alia his ſimilia e muſeo noui ad Perſas ſpectauiſſe Fluuius aũt Thermodon Tanagrã ac Gliſantẽ interfluit. In ſeq̃nti nocte q̃ Mardonius de oraculis interrogauit exhortatuſq̃ ſuos eſt excubitores diſpoſiti fuere. Eius noctis cũ multũ proceſſiſſet cõticiniũq̃ in exercitu eſſet & tẽpus concubium. Tunc Alexander Amyntę dux & idem Rex Macedonũ ad excubias Athenienſiũ adequitauit. Efflagitauitq̃ ſuos vt cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores pleriq̃ remanſerunt: nõnulli ad duces cucurrerunt: quibus aditis inquiũt quendam equo aduectum eſſe e caſtris Medoꝝ: qui nihil aliud proloqueretur niſi nominatim adpellãs Athenienſium duces velle ſe in colloquiũ illoꝝ venire. Duces hoc audito confeſtim ad locum excubiarũ ſecuti ſunt. Quos Alexander vbi venere: his verbis adlocutus eſt. Viri Athenienſes hæc ego vobis verba depoſito trado: ne cui efferatis niſi Pauſaniæ: ne ob id me perditũ eatis. Quod haud quaq̃ dicerẽ: niſi cũ vniuerſa Greçia ſolicit⁹ eſſem quippe qui vetuſta origine Græcus ſum: nec vellẽ videre Greçiam pro libera ſeruitẽ. itaq̃ vos certiores facio Mardonium atq̃ exercitũ litare nõ poſſe alioqui olim iam cõflicturũ. is nũc ſacrificia valere ſinere cõſtituit: vt & vbi primũ illuxerit vobiſcũ cõfligere extimeſcẽs admodũ (quantũ ego coiicio) ne plures ad copias veſtras adcedãt Ad hæc vos parati eſtote. Quod ſi differret Mardonius: nec cõmittet certamen vos perſeuerate

Muſæus. Thermodon Tanagra. Gliſantes.

Alexãder ad Athenięſes.

hic manere paucos enim dies eis suppeditat commeatus: Sin hoc bellū vobis ex sententia finietur: debebit aliquis vestrū reminiſci mei meæq; libertatis: qui Græcorū causa rē adeo temeratam libēter tñ feci: vt ad vos consiliū Mardoni deferrē: neue Barbari ex improuiſo vos adorirētur. Ego aūt sum Alexander Macedo. Hæc locutus Alexander ad exercitū ſe recepit ad suāq; stationē: Duces Athenienſiū ad cornu dextrum profecti: quæ ab Alexādro audierāt Pauſaniæ retulere. Hac ratione Pauſanias in metū Perſarū adductus: quoniā (inquit) sub auroram præliū fiet: expedit vos Athenienſes stare in acie aduersus Perſas vobis cognitos: vt qui cū Medis in Marathone pugnaſtis: nos vero qui eoꝝ sumus inexpti atq; ignari (Nemo.n. Spartiata Medorū periculū fecit) cōtra vobis oppoſitos Bœotios & Theſſalos: quorū sumus experti hoꝝ Græcoꝝ gratia. Itaq; opꝰ est sumptis armis vos in hoc dextrū. nos in ſiniſtrū cornu transire: Ad hæc ita reſpondere Athenienſes. Nobis quoq; olim iā inde ab initio posteaq̄ aſperximus Perſas aduersus nos esse inſtructos: fuit in animo iſtud dicere quod vos dicere occupaſtis: ſed verebamur ne nō grata vobis ēſſet oratio. Nūc quādoquidem ipſi feciſtis huius rei mentionē & nobis iocunda oratio ē: parati sumus iſtud exequi: Vbi hoc vtriſq; cōplacitum est: & loca permutauerunt sub aurorā rem aduertentes Bœotii ad Mardonium detulerunt. Ea audita Mardonius ex tēplo & ipſe conatus est Perſas cōtra Lacedæmonios trāſferre. Pauſanias hoc fieri intelligens nec latere factū ſuum rurſus in dextrum cornu Spartiatas reducit. At vbi Mardoniꝰ & ipſe ſuos in ſiniſtrū duxit: & acies priſtino in loco ſtetere: miſſo caduceatore ad Spartiatas. Mardonius ita inquit. Lacedæmonii vos vero fama fert omniū (qui iſtic sunt) esse præſtantiſſimos: q̄ neq; e bello fugiatis: neq; ordines deſeratis: ſed præſtantes aut interficiatis hoſtes: aut ipſi occūbatis. Hotū nihil admodum veri est. Quippe anteq̄ manus cōſerantur vos cernamus fugientes: aciemq; deſerentes: & relegato Athenienſibus periculo conſiſtentes ex aduerſo noſtrorum ſeruorū: quod neutiq̄ est factū p̄ſtantium virorum. Ex quo plurimū de vobis nos fefellit opinio quos expectabamus ex nominis gloria miſſuros veſtra ſpōte caduceatorē nos prouocatū q̄ cū ſolis Perſis tāq̄ huic rei ſufficiētes pugnare velletis. At nihil tale inuenimus quale ferebat: ſed potius eē nos metu pterritos. Nūc igitur quoniā ipſi non occupaſtis hoc dicere occupamus. Vt q̄quidē vos inter Græcos p̄ſtantiſſimi

Pauſaniæ exercitꝰ ordo.

Mardonii in Lacedæmones obiurgatio.

esse existimamini & nos inter Barbaros dimicemus totidē vtri q̄ numero: Et si videatur vt cæteri quoq; itidē & illi postmodū pugnēt. Sin hoc non videatur: sed satis eē nos solos decernere nos soli decernamus & vti e nobis vicerint: ii totū exercitū vicisse censeantur: Hæc fatus caduceator cū aliquādiu expectassent: nemine quidpiā respōdēte retro abiit: & rē Mardonio rettulit. Ille maiorē in modū lætatus & frigida victoria elatus equitatū in Græcos imisit. Eqtes in Græcos inuectionē illoꝝ exercitū pturbabāt iaculis sagittisq; incōmodantes. Qui cū essent Hippotoxotę idest equites sagittarii cominus pugnare insueti fontē Gargaphiū. vnde cūctus Græcorū aquabatur exercitus cōfuderūt obstruxerūtq; Eū iuxta fontē soli Lacedæmonii statione habebāt. Cæteri Græci vt q̄q; stationes habebant maius minus ve procul illinc aberant: Erat quidem Asopus in propinquo: sed aquari ex eo ab equitibus missilibusq; prohibiti ita ad fontē pgebant. Hūc in modū aqua exercitus exutus eū esset & ab eqtatu perturbaret: Duces Græcorū cū his tū aliis de causis frequētes ad Pausaniā in dextrum cornu veniūt. Qui & si tales essent: rerū statū: tñ ob id p̄cipue angebāt q̄ iā refrumētaria deficiebant. cū ipsoꝝ serui in Pelopōnesum missi frumentatū intercluderentur ab equitatu: quo minus ad castra reuerterentur. De hoc deliberantibus ducibus visum est si Persę eo die supersederent cōmittere prælium esse eundū in insulam quæ ab Asopo & a fonte Gargaphio vbi castra habebāt decem stadiis abest ante opidum Plataeense sita in cōtinente hūc in modū. Fluuius superne e Cithęrone delabēs in campū diuortia facit: rursusq; intercapedine trium ferme stadiorum sua fluenta commiscet. Huic insulæ nomen est Oeroe: quam Asopi filiam esse indigenæ aiunt. In hunc locum Græci transire decreuerant: vt & adfatim aquæ ad vsum haberent: neq; ab equitatu sicuti cum ex aduerso erāt infestarentur. Et decreuerunt transire nocte secunda vigilia ne ipsos proficiscentes cōspicati Persę insequente equitatu in tumultū verterent: quin etiā cum ad eū locū ventum esset vbi Asopi filia Oeroe diuortio aquarum e Cithęrone cingit mitterēt sub noctē dimidiū copiarū in Cithæronē ad recipiēda seruitia q̄ frumētatū cōcesserāt. Erāt. n. illa in Cithærone intercluſa: Hæc vbi statuerūt totū illū die incessēte eqtatu lassitudinē laborē ptulerūt. Sub exitū diei digressus eqtib⁹ ea nocte hora q̄ de abeūdo cōuenerat plericq; sumptis vtēsilib⁹ abscesserūt nō habētes in aio quem ad locū vt irent conuenerant.

Hippotoxotę. Gargaphius fons.

Oeroe insula Oeroe Asopi filia.

Nõnulli vt moueri cœptũ eſt iter Platæenſem ad vrbem intendunt cupidi equitatũ effugere: in tẽplũq; Iunonis fugiendo peuenĩũt: qđ ſi tũ eſt ante vrbẽ a fonte Gargaphio viginti ſtadiis diſtans. Quo vbi peruenere poſitis pro tẽplo armis circa templũ ipſum caſtra poſuere. Hos Pauſanias cernens ab exercitu digreſſos præcipit & ipſe Lacedæmonĩs vt ſumptis armis irent qua cęteri præcederent ratus illos tendere ad locũ conſtitutũ. Ibi ad optẽperãdum Pauſaniæ cæteri præfecti parati cũ eſſent Amõpharetus Poliadæ tribunus cohortis Pitanetorũ negare ſe fugiturũ peregrinos: neq; vltro dedecoraturũ eſſe Spartã: qn etiam mirari id quod fieri cerneret: quippe qui colloquio ſuperiori interfuiſſet. Pauſanias autẽ & Euryanax cum indigne ferẽtes nõ parere ſibi illũ: tũ indignius cohortẽ Pitanetã relictũ iri tribuno repugnante: quod erat futurũ ſi ipſi eos miſſos facerẽt gratia exequendi ea quæ cũ aliis Græcis cõſtituiſſent hoc reputantes ſubiuterunt cũ Laconicis copiis: conabãturq; perſuadere homini nõ id facto opus eſſe & alii quidẽ hortabãtur ſolum Amõpharetũ a Lacedæmoniis ab Tegeatis relinqui. Atheniẽſes autẽ hoc ſibi faciendũ putarunt: vt vbi collocati erant: ibi pſiſterent intelligẽtes Lacedæmoniorũ ingenia aliud ſentientiũ: aliud dicentiũ itaq; vbi exercitus mouere cœpit equitẽ e ſuis miſerunt ſpeculatum nũquid Spartiatæ tẽtarent abire: & abire prorſus in animo haberent ſciſcitatũq; a Pauſania quidnã facere oporteret. Pręco vbi peuenit Lacedæmonios cernit in loco inſtructos: eorumq; primores tendere ad rixas hortantibus enim Amõpharetum Euryanacte & Pauſania ne Lacedæmonios qui ſolt remanebãt in periculũ traheret: nec dũ perſuadentibus: donec ventũ eſt ad iurgia interuenit preco Atheniẽſes Amõphareto inter altercandũ ſumente ambabus manibus ſaxũ & illud ante pedes Pauſaniæ ponente ac dicente ſe illo calculo ſententię ſuę calculum dare non fugiendos eſſe peregrinos adpellãs. Eum Pauſanias inſanũ nec potentem mẽtis vocans: ad pręconem Athenienſium quæ iuſſus erat percõtantem reſpondit vt illis referret præſentẽ rerum ſuarũ ſtatum obſecrãs eos ad ſeſe venirent: & de diſceſſu eadẽ quæ ipſi agerẽt. Præcone ad Athenienſes reuerſo hos inter ſe altercãtes aurora deprehendit. Ad id tẽpus Pauſanias moratus dato ſigno cæteros omnes Lacedæmonios Tegeatis ſequentibus peredita abduxit ratus Amõpharetum nõ deſerturũ alios: prout & cõtigit. Horũ itinere rurſus inſtructa acie Athenienſes iere: & quia Lacedæmonii præ-

Iunonis templum.

Amõpharet⁹ Pitaneti.

Euryanax.

rupta occupauerant & Citharonis radices metu equitatus ipſi deorſum ad cãpum deflexere. Amõpharetus nõ credens auſu ſum ipſos relinquere Pauſaniã circuire eos qui manebãt ne de ſererent ordinẽ. At vbi ii qui cũ cauſania erãt iã abibant. Tunc ratus e diſciplina militari ſe deſeri ſumptis armis cohortẽ ſuam lẽto gradu ducere ad agmẽ: qđ decem circiter ſtadia ꝓgreſſum ad amnẽ Meloentẽ in loco qui dicitur Argioptus: vbi ſitũ eſt templũ. Ceteris Eleuſine ſubſtiterat opperiẽs Amõphareti cohortem eo cõſilio vt Amõpharetus cũ ſua cohorte nõ diſcederet loco in quo inſtructa erat: ſed in eo perſiſteret: retro ad hominẽ ſuppetias iret. Itaq; & Amõpharetus cũ ſuis ad cæteros p uenit & omnis Barbaroꝝ equitatus ingruebat agẽs pro ſua cõſuetudine. Nã cũ inſpexiſſet locũ vbi ſuperioribus diebus habuerant Græci caſtra vacuũ admiſſis eqs adſidue inſequi pergens illos adeptos vrgebat. Mardonius quoq; cognito hoſtiũ nocturno abitu inſpectoq; loco deſerto adcitis Thorace Lariſſæo & fratribus eius Eurypilo & Thraſydio inquit: Filii Aleuei quidnã dicetis adhuc cũ hæc deſerta cernatis a Lacedęmoniis quos negabatis vos finitimi ex acie fugere: ſed viros ſummos eſſe in re bellica: qui & prics vt oẽs vidimus locũ in acie immutauerunt: & nunc proxima nocte ſe fuga proripuerũt. Proripuerunt autẽ quia neceſſe eis erat cũ his prælio decernere: qui non falſo ſunt hominũ præſtãtiſſimi. Vnde nullius eſſe ſe præcii inter Græcos & ipſos nullius præcii viros oſtenderũt. Cæterum vobis Perſarũ inexpertis ſane q̃ ignoſcebã laudantibus iſtos vobis expertos. Artabazũ autẽ vehementius admirabar formidare Lacedæmonios & præformidine ſententiã dicere ignauiſſi mam expedire. & his caſtris nos in vrbẽ Thebanorũ cõcedere obſidẽdos quã ſententiã rex antea aliũde q̃ ex me audiet: Sed de hoc alias dicẽ. Nũc autẽ iſtis ita facientibus nõ eſt remittendũ: ſed inſtãdũ: donec intercepti nobis dẽt pœnas eorum quę in Perſas perpetrarũt. Hęc locutus Perſas Aſopo trãſmiſſo cur ſum ducit cõtra Græcoꝝ agmen tãq̃ fugã capeſſentiũ Lacedæmonioſq; ſolos ac Tegeas adeptus eſt. Nã Atheniẽſes trãſuerſis tramitibus ſupter p̃rupta in planũ d greſſus nõ cernebat Cęteri Barbarorũ agminũ præfecti Perſas mouẽtes ad Græcos inſequẽdos cõſpicati ſublatis & ipſis ſignis cũcti inſequũtur pro ſe quiſq; maturantes nulla diligentia nullo ordine viam ingreſſi. Et iſti quidẽ vociferatione ac tumultu inſtabãt Græcis tanq̃ excepturi Pauſanias vatem vbi equitatu premi cœpit: equitem

Melois fluuius.

In codice Græco Argiopius legit non autem Argioptus.

ad Atheniēſes mittit qui hęc diceret. Viri Atheniēſes ꝓpoſitæ dimicatione maxima vt aut libera Græcia ſit aut ſeruituti obnoxia proditi ſumus a ſociis noctu elapſis & nos Lacedęmonii & vos Atheniēſes. Quod reliquū eſt ita nobis videtur eſſe faciē dū: vt q̄ ſtrēnuiſſime poſſumus noſmetipſos defenſantes mutuo ſimus auxilio ſi in vos priores impetū dediſſet equitatus: noſtra dignitate erat & Tegeatarū qui nobis cū Græciā nō ꝓdiderūt ſubſidio vobis venire. Nūc quoniā totus in nos equitatus cōtendit debetis vos ad partē maxime laborantē ſuppetias ferre. Quod ſi vobis aliquo diſcrimine occupatis: fas non eſt ſubſidio venire: ſaltem hoc gratificamini nobis vt ſagittarios mittatis quos agnoſcimus longe omniū (qui in hoc bello ſunt) prōptiſſimos eſſe ad nos exaudiendos. Hæc vbi audiere Atheniēſes cū mouerent ad ferendā ſtrēnue opem: & iam aduētarent ibi in eos il Græci qui partes regias ſequebātur ex aduerſo inſtructi inuadunt: quo factū eſt vt Atheniēſes ab iis vrgentibus auxilium ferre nō poſſent ægre admodum id ferentes ita deſtituti Lacedæmonii numero cū leui armatura quinquaginta milia & Tegeatæ numero tria milia. (Hi.n. nuſq̄ ab Lacedęmoniis dirimebātur) ſacrificauerunt tāq̄ cōflicturi cū Mardonio præſentibuſq; copiis: & cū litare non potuiſſent: multi eorū interea cadebant: multo plures vulnerabantur. Confertis enim Gerris Perſæ ingentem vim ſagittarum emiſerunt adeo inſtāter vt ſatagentibus Spartiatis & quia litari non poterant reſpiciens ad templum Iunonis Platæenſium Pauſanias implorauit deā obſecrauitq; ne ſpes ſua ipſos omnino fruſtaretur. Adhuc eo deā his verbis inuocante: Tegeatæ prius exurgentes in Barbaros tendunt: ſtatimq; poſt Pauſaniæ preces ſacrificantibus Lacedæmoniis exta pulchra extitere: qui aliquātulo poſt & ipſi in Perſas eūt. Perſæ omiſſis arcubus ex aduerſo ſtetere. Ad quo-

In codicibus Latinis eſt iux

rum Gerra primū pugna atrox cōmiſſa eſt iuxta ipſum Cereris templum eaq; pertinax. donec ad propulſionem ventum eſt. Sita ipſum ęte quidem Barbari prehēſantes lanceas confringebant: nec audaris ſed gs nō cia nec robore inferiores: ſed inermes erant & imperiti: nec horeponeret vſtubus prudentia pares: qui & ſideni plures ue: aut pauciores inbi eſt cæteris ſingulos irruebant: tamen quia confuſi incidebant: a Spartiatis tēplū Cereris conficiebantur. Mardonius qua parte ipſe ex equo albo ciens tēplum vt ex pugnam mille delectis Perſarū præſtantiſſimis ſtipatus ea magręco exēpla xime parte hoſtem vrgebat: qui q̄diu ſuperfuit tādiu Perſæ reſiſtentes ſe ſeq; defenſantes ſtrauere multos Lacedæmoniorū.

ri eſt videre.

Poſtea vero q̃ Mardoni⁹ & agmen (quod citra illud robuſtiſſimũ erat) occubuit: tum demũ alii quoq; terga vertentes ceſſere Lacedæmonius: quorum pleriſq; officiebat veſtis armis vacãs. Inermes enim cum armatis prælium faciebãt. ibi & vltio necis Leonidæ de Mardonio peracta eſt ſecundum oraculum Spartiatis redditum: & victoria omniũ (quas vnq̃ nouimus) ſpecioſiſſima potitus eſt Pauſanias Cleõbroti filius Anaxandridæ nepos. Horum ſuperiora maiorum nomina in Leonida recẽſui qui & Pauſaniæ maiores fuere Obtenuit autem Mardonius ſub Arimneſto viro inter Spartiatas eximio: qui aliq̃diu poſt bellũ Medicum trecentos viros ſecum habẽs apud Stenyclerum cũ omnibus Meſſenius quibus cum erat bellum conflixit: vbi ipſe & trecenti occubuere. At Plateas autẽ Perſæ poſtq̃ a Lacedæmoniis in fugam verſi ſunt: nullo ordine ad caſtra ſua contendunt: & ad murum ligneum: quem fecerant in parte quadam agri Thebani. Tenet me admiratio cũ iuxta lucum Cereris dimicaretur. ne vnũ quidem Perſarum viſum eſſe intraſſe Phanũ neq; circa templũ occubuiſſe: ſed pleroſq; in prophano opinor (ſiquid de rebus diuinis opinari oportet) deam ipſam eos nõ recepiſſe: quia templum quod eſt in Eleuſine Anactorium concremauerant. Hactenus pugna hæc geſta eſt. Artabazus Pharnacis cui iam inde ab initio diſplicuerat. Mardonium relinqui ab rege in Græcia: quiq; multis verbis pugnã diſſuadens nihil profecerat: hoc ſibi agendum putauit. Is q; ſibi non placerent q̃ a Mardonio fiebant: eos quibus p̃erat (Præerat autem nõ partis copiis) ad quadraginta milia hominũ ducebat inſtructos dum prælium fiebat quid futurum e prælio eſſet probe intelligens: iuſſeratq; omnes ire confertos q̃cunq; ipſe duceret: & qua viderent ipſum feſtinantẽ. Sic iuſſas tãq̃ ad pugnã copias ducebat: cernit Perſas fugiẽtes. Ita nõ ſeruato ãplius eodẽ ducẽdi ordine: ſed repente effuſo curſu fugæ ſe dedit nõ ligneũ murũ verſus aut Thebana mœnia: ſed ad Phocẽſes animo celerrime perueniẽdi ad Helleſpontũ. Et ii quidẽ horſum iter intẽderũt. Cæteris ãt Græcis qui ſtabãt a regis partib⁹ ignauiter de induſtria agẽtibus. Bœotii tñ p diu cũ Atheniẽſibus decertauerũt. Nã ex Thebanis (q cũ Medis ſentiebãt) hi nõ parũ ſtrẽnuos ſe p̃ſtiterũt: q nolẽtes vltro ignauiter agere ita dimicarũt: vt trecẽti eoꝝ primores ac fortiſſimus quiſq; illic ſub Atheniẽſibus occubuerint. vbi & iſti terga dederũt nõ quo Perſæ & alia multitudo quæ aut cum nemine pugnauerat: aut nõ expectauerat

Pauſanias victor.
Mardonii mors.
Arimneſtus.
Stenyclerus.
Diſſẽtiũt ſcriptores in ſcribendis barbaris cum Mardonio interemptis. Nam Strabo in .9. trecẽta Perſarũ milia occubuiſſe adfirmat Probus Aemili⁹ ipſũ Mardonium cũ ducẽtis peditũ millibus & .20. millib⁹ equitũ Vide Plutarchũ in vitis.

ſed Thebas verſus fugerunt. Omnẽ rẽ pependiſſe e Perſis q̃q̃ & ipſoꝝ quidã anteq̃ cũ hoſte eõgrederẽtur: fugę ſe mãdauerũt apud me fidẽ facit q̃ ad Perſas intuebãtur: atq; ita cuncti illis victis fugã capeſſerunt: p̃ter equitatũ tũ aliũ tũ Bœotiorũ: qui hactenus profuit fugiẽtibus vt aſſidue adhærens hoſti arceret eũ ab amicis quos Græci inſeq̃bãtur. Inſeq̃bãtur.n. Græci victores vrgẽdo Xerxianos atq; interficiẽdo. inter hũc tumultũ nũciatur Græcis: qui circa tẽplũ Iunonis inſtructi a prælio aberant geri p̃liũ & Pauſanianos vincere. Ea re audita Corinthii Megarẽſes & Phliaſii nullo ordine eũt: Corithii recta p colles q̃ itur ad Cereris tẽplum: alii per cãpũ q̃ planiſſima viarum eſt. Quos iã hoſti ꝓpinquos nullo ordine irruere cõſpicati Thebani equites: quoꝝ p̃fectus erat Aſopodorus Timandri equos in illos incitauerunt: eoſq; adorti: ſexcẽtos ſtrauerũt. Cæteros ad Cithæronẽ vſq; perſecuti terga ceciderũt. Et iſti quidẽ Megarẽſes atq; Phliaſii nulla cum laude perierũt. At Perſæ cæteraq; multitudo poſtq̃ ad ligneũ murũ effugerũt: turres antequã Lacedæmonii aduenirãt: aſcẽdere occupãt. illis cõſcenſis q̃ cõmodiſſimę poſſunt murũ præſtruũt. Ex quo ſubeũtibus mox Lacedæmoniis acrior extitit muri oppugnatio. Nã quoad Atheniẽſes abfuere nõ modo ſeſe Barbari defenſabãt: ſed etiã Lacedæmoniis antecellebãt vt pote ignaris muroꝝ oppugnãdoꝝ. Vt vero Atheniẽſes ſuperuenere tũ atrox muri oppugnatio ꝓpugnatioq; extitit: eaq; per magno tẽporis ſpatio tãdẽ virtute & ptinacia Atheniẽſes murũ trãſcẽderũt: ſubruerũtq;: atq; ea parte ſe Græci infuderũt: quoꝝ Tegeatæ introiere principes: iidẽ tentoriũ Mardonii diripuerunt: & ex eo cũ alia: tũ vero equoꝝ præſepe Mardonii ex ære totũ ſpectatu dignũ: quod præſepe Mardonii Tegeatæ in tẽplo Ageleæ Mineruę repoſuerũt. Nã cætera q̃ cœpere in vnũ cũ cæteroꝝ Græcoꝝ p̃da cõtulerunt proruto muro Barbari nõ amplius cateruã cogere nemo ſtrenuitatis memor eẽ videlicet oppreſſi intra exignũ tẽpus. & tot myriadibus interceptis exterriti. Quos tãto ſtudio Græci trucidabãt: vt ex triginta myriadibus exceptis quatuor cum qbus Artabazus aufugit: ne tria quidẽ milia hominũ cædi ſupfuerit. E Lacedæmoniis q Spartani eſſent vnus & triginta ſunt omnino deſiderati. Tegeatarũ ſedecim Atheniẽſiũ duo & qnquaginta. Inter Barbaros ſtrẽnuiſſimi extiterũt e pedibus quidem Perſæ ex equitibus autẽ Sacæ. E viris vero Mardonius. Inter Græcos cũ Tegeatæ Atheniẽſeſq; multũ eminuerũt: tũ multo

Aſopodorus

Mardonii præſepe.

Ageleæ Mineruæ templum

Artabazi fugæ.

plus Lacedæmonii. qđ nulla alia re poſſum oſtẽdere: niſi q̃ oẽs
ii eos q̃ ſibi oblati ſunt vicerunt Lacedæmonii vero (qđ robu-
ſtiſſimũ fuit) hoſtileis exercitus ſupauerũt. Quoꝝ lõge p̃ſtan-
tiſſimus extitit mea ſentẽtia Ariſtodemus is q̃ ſolus trecẽtorũ
ex Thermopylis q̃ euaſiſſet dedecus ignominiãq̃ adceperat.
Scđm hũc nanauere operã Poſidoni⁹ & Phililocyon & Amõ-
pharetus Spartiata. Quãq̃ cũ ſermo haberet quiſnã p̃ſtãtiſſim⁹
extitiſſet: ii Spartiatę q̃ adfuere cẽſuerũt Ariſtodemũ: & ſi p̃cla
ra facinora edidit: tñ ad eluendã eã quã cõtraxerat inuidiã: or
dinẽ deſeruiſſe. & ꝓpalã mori voluiſſe. Poſidoniũ vero q̃ perire
noluiſſet: ob id extitiſſe tãto p̃ſtabiliorẽ virũ. Verũ id fortaſſe li
uore dixerũt q̃ hac in pugna mortẽ oppetiere: oẽs honore adfe
cti ſunt p̃ter Ariſtodemũ: q̃ iõ caruit honore q̃ ob cãm p̃dictã
ſibi occũbẽdi putauit. Hi ſunt q̃ ad Platęas nobiliſſimi extitere.
Nã Callicrates extra p̃liũ occubuit: quo nemo tũc i caſtra Grę-
coꝝ p̃ſtãtior venerat nõ mõ Lacedæmonioꝝ ſed ẽt alioꝝ Grę
coꝝ. Hic cũ Pauſanias ſacrificaſſet ſedẽs in ordine ſagitta p la-
tera ictus eſt: & cũ aliis pugnãtib⁹ ipſe exportareť ſeſe moriẽtẽ
miſerabať ad Arineſtũ virũ Platæenſem ingens nõ ſibi dolore
q̃ ꝓ Gręcia periret: ſed q̃ nihil manu vſus eſſet: nullãq̃ operã
nauaſſet dignam ſe & ſua cupiditate nauãdi. Ex Athenięſibus
eminuiſſe fertur Sophanes Eutychidis e tribu Decelẽſi. Dece-
lenſes ãt rem aliqñ geſſerũt vt ipſi Athenienſes aiunt in omne
æuũ fructuoſam. Si quidem cum olim ad inueſtigandam Hele-
nam Tyndaridæ cum magnis copiis oram Atticã inuaſiſſent
& populos e ſedibus ſuis eticerent ignari quonã loci ſubducta
Helena eſſet: tunc Decelenſes ferũtur & vt quidam volunt ipſe
Decelus tum dolore cõtumeliæ: quæ Theſeo fieret: tum metu
totius Atheniẽſiũ ſoli ne vaſtaretur expoſuiſſe illis omnẽ rem
geſtã: eoſq̃ deduxiſſe ad Aphidnas: quas Titacus idigena Tyn
daridis ꝓderet. Quo ex facto Decelenſibus pmãſit ad hãc vſq̃
memoriã in Sparta immunitas vectigaliũ & dignitas preſidẽ-
di: adeo quidẽ vt bello: quod multis poſtea annis inter Athe-
nienſes atq̃ Pelopõnenſes geſtũ eſt Lacedæmonii cũ cæteram
Atticã popularẽtur; a Decela tẽpauerint. Ex hoc populo ortus
Sophanes & p̃clariſſime inter Atheniẽſes nauata opera ãcipiti
ſermone celebratur: vno fertur geſtaſſe ferreã anchorã e Balteo
thoracis cathena adligatã: q̃ quoties aduẽrantibus hoſtibus ꝓ-
pinqu⁹ erat abiiciebat: ne illi irruẽtes ipſum ex ordine ſummo-
uere poſſent. Rurſus eiſdẽ in fugã reuertentibus reſumpta an-

Ariſtodemus p̃ſtãtiſſimus.
Poſidonius.
Nõ Phililo cyon: ſed Philocyon legẽdum eſt.
Amõpharet⁹
Callicrates.
Pauſaniæ mors.
Sophanes Decelenſes.
Aphidnes.
Titacus.
Sophanes Decelas. Alii Sophanẽ Deceleũ adpelãt Plutarch⁹
Ver Socharẽ

chora ita fugientes insequebatur. Altero sermone a superiori differente fertur gestasse anchorã nõ ferreã ex balteo adligatã: sed insignitã in scuto quod nũq̃ adquiescens adsidue rotabat. Extat & alterũ Sophanis præclarum facinus q̃ obsidentibus Aeginã Atheniensibus Eurybiadẽ virũ Argiũ quinq̃ certaminum victorẽ ex ꝓuocatione interemit. Sed aliquanto post hoc bellum in quo vir egregius extitit dũ Athenẽsium vna cũ Leargo Glauconis dux esset: & de metallis aureis decertaret: contigit vt sub Hecatõbus apud Daton occũberet. Post Barbarorum stragẽ ad Plateas editã transfugit illuc ad Græcos mulier q̃dã q̃ erat Pallaca Pharnadatis filii Theaspis viri Persæ: Hæc cũ ad cepisset Persas fusos esse: Græcos victores tũ multo auro ornata inter ancillas & ipsas ornatas cũ veste speciosissima carpento aduenit ex eoq̃ descendens pergit ad Lacedæmonios adhuc in cęde occupatos: & intuita Pausaniã illa omnia administrantẽ agnouit hominẽ: cuius & nomẽ iampridẽ & patriã dedicerat. Eius genua amplectens Spartæ rex (inquit) libera me supplicẽ captiuitatis seruitute: q̃ etiã hoc facto demeritus es: q̃ istos extinxisti: neq̃ dæmonũ neq̃ deorũ respectum habentes. Equidẽ genere sum Coa Hagetoridæ Artagoræ filia: vi raptã ex Co vir Perses habuit. Huic respõdẽs Pausanias bono (inqt) aio esto tũ q̃a supplex: tũ q̃a multa loq̃ris vera. Nã filia es Hagetoridæ Cõi mihi iter oẽs (q̃ illa circa loca incolũt) hospitis sũmi. Hæc locutus eã in p̃sentiarũ Ephoris qui aderãt cõmẽdauit. post modũ i Aeginã quo illa volvit ducẽdã curauit post huius mulieris digressum cõtinuo Mantinei supuenerũt re iã cõfecta q̃ se aiaduertẽtes venisse sero ad pugnã magnæ iacturę loco id sibi esse putauerũt sed idoneos se esse ad sumẽdas de se pœnas dixere. Itaq̃ cognito Medos qui eũ Artabazo erãt fugę se mãdasse: eos in Thessaliã vsq̃ psecuti sunt: & si vetãtibus Lacedæmoniis insequentes idẽ postea domũ reuersi duces suos exilio mulctauerũt post Mãtineos aduenere Helei: q̃ itidem vt Mantinei magno id sibi detrimẽto existimãtes domũ regressi sunt: suos q̃ & ipsi duces exilio mulctauerunt. Hactenus de Mãtineis & Heleis. Erat ad Plateas in exercitu Aeginetarũ e primoribꝰ Lãpon Pythei: qui Pausaniã adiẽs infandissima vsus ẽ oratione inquiẽs fili Cleõbroti tẽ tu mirificam & magnitudine & fulgore gessisti: cui dii tribuerunt: vt liberata Græcia oẽs (quos nouimus) Græcos gloria supergredereris. Quod superest i hac re agas ita vt & tu maiore fama celebreris: & aliqs Barbarorum

Eurybiades.

Leargus.

Pallaca. Pharandatis non Pharnadatis ex codicæ Græco est legendum.

Codex Græcus habet Antagoræ.

Lampon.

poſthac caueat nefanda facinora ꝓpetrare in Grecos. etenī Leonidæ apd Thermopylas interēpti reciſo capite Mardonius ac Xerxes trūcū in crucē ſuſtulerūt qhus ſi vicē reddes: laudē nāciſceris primum ab oībus Spartiatis: Secūdo loco ab vniuerſis Græcis. Siqdē ſuffixo Mardōio Leonidā patruū tuū fueris vlt⁹. Hæc Lāpō gratiā ſe initus ratus apd Pauſaniā dicebat. Cui rñdēs Pauſanias tuā (inqt) ſpes Aeginetā bñuolētiā atq; ꝓuidētiā amplector tñ ab eqtate iudicādi deerras. Nā & me patriā quos in altū extuliſti ob hæc geſta ad nihilū redigis: cū ſua des mihi ſcuire in mortuū: aiſq; me auditurū meli⁹ ſi iſtud fecero: qd Barbaros decet potius facere q̄ Græcos: qdq; in illis & exprobam⁹. Quare ego neq; Aeginetis neq; iis qb⁹ iſta ꝓbātur adſentior: cōtētuſq; ſū Spartis placere vt honeſte agā honeſteq; dicā Leonidę cui me iubes parētare adfirmo & ipſi & cęteris (q apd Thermopylas occubuerūt) magnifice eē parētatū innumerabilib⁹ horū funerib⁹. Tu vero poſthac ad iſtud cōſulendū ne me adieris: qd tibi īpune eē loco bñficii ponas: Hoc cū ille audiſſet abiit. Pauſanias edito ꝓpoſito ne qs de p̄da qd tangeret: iuſſit ſeruos omnē cōportare pecuniā. Illi p caſtra diſpſi inueniūt tētoria: & argēto referta. Lectoſq; auro & argēto cōſtratos: crateras etiā aureas phialaſq; & alia vaſa potoria necnō ſac cos ſup plauſtra interlucētib⁹ intus incluſis ex auro & argento lebetib⁹. Quinēt e cæſoꝝ cadauerib⁹ exuebāt armillas & torq̄s & acinaces aureos. Nā varii generis veſtimēta nulli⁹ momenti habebantur. earum reum multum furto ſubtrahentes ſerui Aeginetis venundabāt multum quod occultare non poterant repræſentabant. Vnde principium extitit ingentium diuſtiarum Aeginetis vt pote aurum a ſeruis pro ære mercantibus: collata pecunia decimā ſelegerunt: ex qua tum deo (qui Delphis eſt) Tripes aureus ibi repoſitus eſt inſiſtēs ſuper tricipiti ex ære colubro ꝓxie aratū deo q ē i olympia Iupiter ære⁹ decē cubitorū tū deo q ē apd Iſthmū Neptun⁹ æreus ſeptē cubitoꝝ: Hac parte ſelecta cęteras interſe diſtribuerūt ꝓ ſuo q̄ſq; merito adcipiētes Itēq; Pallacas Perſaꝝ & aurū & argētū & reliquā pecumā cū ornamentis. Quæ aūt peculariter data ſunt q optimā operā nauauerūt ad Plateas referē a nemine: data tamē fuiſſe arbitror. Certe Pauſaniæ ſunt ex oībus dena & ea electa dono data ex mulieribus: equis talētibus camelis & itē ex cæteris reb⁹. Ferūtur aūt hæc quoq; acta eē. & Xerxē dū e Græcia fugit oēm adparatum ſuū ex auro argētoq; & Peripetaſmatis Mardonio reliquiſſe: &

Tripes aureꝰ.

Pauſania dũ eum adparatũ vidit iuſſiſſe piſtores & coquos coe na ſibi vti Mardonio inſtruerent: quod cũ illi feciſſent tũ Pauſa nias lectos intuentẽ aureos argenteoſq; probe inſtratos: menſas etiã aureas ac argenteas magnificũq; cœnæ adparatũ propoſitis bonis ſtupefactũ imperaſſe per iocũ ſuis miniſtris vt laconicã inſtruerent cœnã. id cum illi ex ſpacio multum diſtante feciſſent: ibi eundẽ Cachinantem adcerſiſſe Græcorum duces eiſq; vbi conuenerunt inter oſtendendũ vtriuſq; cœne adparatum dixiſſe viri Græci hac ego vos de cauſa cõuocaui: q; volebam vobis amentiã Medorũ ducis oſtendere: q cũ talẽ vitã duceret: ad nos ſubigendos venit: qui tã miſere victitamus. Hæc Pauſanias apud Græcoq; duces dixiſſe fertur. interiecto deinde tempore cõplures Platæenſiũ reppererunt loculos auri argẽti q; & aliarũ pecuniarũ. Hoc quoq; rei adparuit poſtmodum in his mortuis carne nudatis vt cũ eorum oſſa cõportarent vnum in locũ Platæenſes inuentũ ſit Caput nullã futurã habens: ſed ex vno oſſe ſolidũ. itẽ maxilla cũ eo quod ſuper maxillam ẽ habens Dentes & ſi diſtinctos: tamen ex vno Oſſe vniuerſos tam molares q̃ cæteros, Quinetiã Oſſa viri quinq; cubitorũ. Poſtero die cũ Mardonii cadauer nõ extaret incertũ a quibus hominibus ſubtractũ. Audiui tamen iam diuerſos illũ ſepeliſſe: & ob id permultos ſcio ingentia dona ab Artonte Mardonii filio accepiſſe. Quis curã inſceperit cadaueris Mardonii humandi: pcõperto non potui audire: habet tamen huius rei nõ nihil famę Dionyphanes vir Epheſius Mardonius quidẽ hoc modo tumulatus eſt. Græci vero poſteaq̃ pdam diſpertierunt: cęſos ſeparatim quiſq; ſuos tumularũt Lacedæmonii tribus ſepulchris effectis. in eorum vno ſacerdotes e quibus fuere Poſidonius & Amõpharet' & Philocyõ & Callicrates. i altero reliquos Spartiatas: in tertio ſeruos humauerunt. Hũc in modum Lacedæmonii ſepulti ſunt. Tegeatæ vero & Athenienſes ſuos vtriq; promiſcue condiderunt: necnõ Megarenſes atq; Phliaſii ſuos ab equitatu interẽptos. horum omnium ſepulchra fuerunt plena. Nam aliorũ ſepulchra quæ ad Platæas oſtendũtur: ea ſunt (quã tum ego adcipio) ab iis excitata: qui erubeſcebãt ſe a pugna ab fuiſſe cũ ſero ſuperueniſſẽt. Quippe tumulus illic viſitur) q dicitur) Aeginetarũ: quẽ ego audio decẽ poſt hanc pugnam ãnos rogatu Aeginetarum ab Cleade Autodici viro Platæenſi illoꝝ hoſpite excitatu fuiſſe. Græcis ſtatim a Cæſorum humatione i agro Platæenſi inito cõſilio viſum eſt bellũ Thebis inferẽdum

Pauſaniæ dictum.

Caput ſine futura.

Dentes ex vno oſſe.

Oſſa quinq; cubitorum:

Artontes.

Dionyphanes.

In codice Greco Dionyſiophanes legitur nõ autem Dionyphanes.

Cleades.

petendũq; eos cum Medis ſenſiſſent: & in primis Timegenidē & Attaginũ: qui principes factionis extitiſſent: & in eos dedidiſſent nō prius ab vrbe diſcedēdū q̃ eā euertiſſent. Hoc vbi decreuere vndecimo a pugna die mouentes obſedere Thebanos iuſſos dedere quos dicim⁹ viros. Abnuētibus dedere Thebanis agrum eor⁹ populabātur: murūq; adoriebātur. Quib⁹ ab agro vaſtādo nō diſcedentibus viceſimo die Timegenides ad populares ita inquit. Viri Thebani quādoquidē Græcis ita cōſtitutū eſt nō prius abſcedere ab oppugnatione Thebarū q̃ aut eas expugnauerint: aut nos dediderit⁹ abſit: vt noſtra cauſa Theban⁹ ager āplius vexetur. Sed ſiue per cām depoſcēdi nos pecunias cupiūt: pecunias eis publico demus Nā & publice cū Medis ſenſim⁹: nō āt nos ſoli ſiue re vera depoſcētes nos vrbē obſidēt noſipſi nos in diſceptationē exibemus eū Thebani ſane ꝓbe & oportune locutū arbitrātes: e veſtigio caduceatorem ad Pauſaniā miſere: velle ſe viros dedere ea re inter eos cōuēta. Attāginus ex vrbe ꝓfugit. cuius liberos ad ſe Pauſanias adductos culpa abſoluit negās pueros factionis Medicæ cē principes. Cæteri quos Thebani dedidere ipſi qdē putabāt ſe crimen refutaturos ac pecunia elapſuros. Pauſanias āt hoc ipſum ſuſpicās forte vbi illos adcepit dimiſſis omnibus ſocior⁹ copiis. Corinthū deductos ſupplicio adfecit. Hæc hactenus quæ ad Platæas & ad Thebas geſta ſunt. Artabazū Pharnacis vt e Platæis fugiens porro ſe prorripuerat: Theſſali cū ad ipſos venit hoſpicio inuſitatum interrogabant de reliquo exercitu ignari prorſus rei ad Platæas geſtæ. Iſte intelligēs ſi omnē veritatē pugnę referret aditurū ſe vitæ diſcrimē cū ſuo exercitu (fore enim vt omnes cognita re ipſum adorirētur): ideo ne apud Phocenſes quidē retulerat quidpiā: ad Theſſalios autē ita locutus eſt equidē viri Theſſali maturo vt cernitis q̃ celerrime puenire in Thraciam miſſus cum hac exercitus parte ad quoddam negociū trā ſigēdū Mardonius ipſe cū ſuo exercitu aderit noſtris veſtigiis inſiſtens: cui hoſpitiū & officium præſtate. Hæc enim vos in tēpus præſtitiſſe non pœnitebit. Hæc fatus copias feſtinabūdus per Theſſaliam Macedoniāq; agebat recta Thraciā verſus tāq̃ vere properans: ac regionem mediterraneam precidens peruenit Byzantium per multis ſociorum in itinere relictis qui vel a Thracibus obtruncati ſunt: vel ꝙ fame atq; labore erant enecti. ex Bizantio nauigiis trāſmiſſit in Aſiam. Hunc in modum iſte redut. Quo autem die ad Platæas pugnatum eſt a Perſis ea die

Timegenides. Attaginus

Mycala. contigit hoc apud Mycalā Ioniæ geri. Cū apud Delon Græci conſiderēt ii qui vna cum Leutychida Lacedæmonio nauibus
Lampon. venerant: eo adpulſi ſunt: e Samo legati Lampon Thraſydei &
Thraſydeus. Athenagoras Archiſtratidæ & Hegeſiſtratus Ariſtagoræ miſſi
Athenagoraſ a Samiis clam Perſis ac tyrāno Theomneſtore Andromadātis
Hegeſyſtrat⁹ quē Perſæ tyrānū Sami conſtituerant. Hi cum adierunt duces
Theomne- verba fecit Hegeſiſtratus multa & varia: fore enim vt ſi tantū-
ſtor. modo hos viderent Iones a Perſis deficerēt: nec Barbari expe-
Codex græc⁹ ctarēt: etiā vt expectarent tamen non aliam prædam talem iſti
nō Theomne reperirēt. Præterea deos inuocās obſecrabat vt Græcos Græci
ſtrū ſed The- liberarent: vlciſcerēturq; Barbarū: facilia dicebat factu eſſe quia
omeſtrū legē naues illoꝝ ſegnes eſſent ad curſum: nec pares Græcis ad pliū.
dū eē oſtēdit Si quid vero apud hos ſuſpitionis ſubeſſet: ne dolo deducerē-
tur dicere paratos eſſe ſe vt in horū nauibus ꝓ obſidibus age-
rentur. in his obſecrandis cum multus eſſet hoſpes Samius ſci-
Legēdum eſt ſcitabatur eum Eutychides ſiue hominis gratia volens audire
Leutychides nomen ſiue caſu id deo agente. Samie hoſpes quod tibi eſt no-
men. ille reſpondet Hegeſiſtrato. Eutychides interpellata reliq;
eius oratione ſi quam inſtituerat adcipio (inquit) pro augurio
Hegeſiſtratum hoſpes Samie effice tu vt nauigem⁹ data nobis
parte & iſtos qui tecum ſunt fide Samios promptos eſſe adin-
eundā nobiſcū ſocietatē. hæc locutus & rem pariter exequi ad-
greſſus eſt. Nam cum Samii ex templo fidem interpoſito etiam
iureiurando dediſſent: de ſua ſocietate cū Græcis Eutychides
dimiſſis domū cęteris legatis iuſſit eum cuius nomen pro au-
gurio adceperat ſecū nauigare. Greci eū illic diem commorati
Deiphonus. poſtridie pulchre litauere hauruſpice Deiphono Euenii Apol-
Apollonia. loniata ex Apollonia quæ eſt in ſinu Ionico. Huius patri Eue-
Solis oues. nio res huiuſmodi contigit. ſunt in hac Apollonia ſacræ Solis
Lacmon oues: quæ interdiu ſecūdum flumen paſcuntur: quod e monte
mons. Lacmone per Apolloniatem agrum fluit in mare iuxta Oricon
Apollonia- portum. eas noctu ſtabulantes in antro non procul ab vrbe cu-
tes ager. ſtodiunt delecti viri diutiis & genere inter populares ſuos ſplē-
Oricus port⁹ didiſſimi ſingulis annis ſingulis q; ex oraculo quodam Apol-
Euenius. loniatæ eas oues permagnificiant. Ibi Euenius: hic cū aliquā-
do delectus ad cuſtodiendas oues non excubaret vigilans ſed
Lupi. lx. obdormiſſet: ingreſſi antrum Lupi circiter ſexaginta oues tru-
cidarunt. Id ubi iſte animaduertit: rem ſuppreſſit. neminiq; ape-
ruit habens in animo totidem mercari quas ſubſtitueret. At A-
polloniatæ vbi adceperunt (neq; n. eos quod geſtū erat latuit)

adductum in iudiciũ Euenĩ cõdẽnauerunt: vt quia vigiliam e dormiſſet viſu priuaretur. Quem poſteaq̃ excecauerunt mox eis neq; pecora fœtificauere: neq; humus pro conſuetudine fructũ ferre. erant autẽ illis pecora & in Dodona & in Delphis. interrogati Prophetæ cauſam mali præſentis reſponderũt: cauſam eſſe: quia cuſtodem ſacrarũ ouiũ Euenĩ inique luminibus orbaſſent: ſe. n. immiſiſſe lupos nec prius ab illius vltione ceſſaturos: q̃ ei ſatiſfeciſſent ex iis q̃ in eũ perpetraſſent: prout ipſe ſibi ſuo arbitrio ſatiſfactũ putaret. His pfectis daturos ſe Euenio tale donũ q; habentem pleriq; hominũ putarent beatum. hæc Apolloniatis ſunt reddita oracula. Quæ Apolloniatæ ſilentio ſupprimentes quibuſdã e ciuibus exequenda delegauerunt. Iſti hunc in modũ putarũt exequẽda. Eueniũ in ſtatione ſedẽtem adeunt: eiq; adſidentes aliis de rebus verba faciunt: donec deueniũt ad miſerandã hominis calamitatem ita introducta eius rei mẽtione percõctantur q̃ mulctã optaret: ſi eã vellent pẽdere Apolloniatę. Hic qui oraculum nõ audiſſet: ſe optare dixit duo prædia ciuiũ quos nominabat: quoꝝ patrimonia omniũ Apolloniatarũ putabat eẽ pulcherrima: & pterea domicilio: quod in vrbe ſciebat eſſe optimũ. Hoꝝ ſi compos effectus eſſet: non in ſenſum ſe poſthac fore diccbat: ſed hac ſatiſfactione contentũ. Hoc cũ reſpõdiſſet Euenius tũ ii qui ei adſidebãt excipientes. Eueni (inquiũt) hanc tibi ſatiſfactionẽ Apolloniatæ pro ereptis oculis tibi rependunt ex oracuio eis reddito. Euenius vbi omnẽ rem audiuit: indigno animo tulit ſeſe fuiſſe deceptum. Ciues ea prædia dominis mercati huic qui illa optaſſet dedere qui mox deinde inſitam diuinationẽ optinuit. Vnde celebratiſſimus euaſit. huius Euenii filius fuit Deiphonus: qui ductus a Corinthiis exercitui vaticinabatur. Quãq̃ illud quoq; audiuit Deiphono negocium in Græcia futſſe exhibitum: q; ſe filium Euenii cui⁹ nõ eſſet nũcuparet. Poſteaq̃ litauere Græci claſſem e Delo Samum verſus ſoluerunt: q̃ cum Samũ adplicuiſſent ad templum Iunonis eã locauere ſeſe ad prælium nauale adparãtes: eoꝝ curſum ad ſe eſſe Perſæ audiẽtes & ipſi cæteras naues ad continentẽ reducũt pter Phœniſſas: quas abire permiſerãt. Non. n. cẽſebãtur pugnã naualẽ ſibi eſſe capeſſendã cum pares hoſti non eſſe ſibi viderẽtur. In cõtinentẽ ãt ideo nauigabãt: vt eſſent ſub ſuo peditatu q apud Mycalẽ agebat pcepto Xerxis ab aliis copiis relictus ad Ioniã tutãdã numero ſexaginta milia duce Tigrane omniũ Perſarũ & ſpecie & ſtatura eminẽtiſſimo.

Euenius cæcus.

Euenius vates. Deiphonus vates.

Tigranes eminẽtiſſimus.

Ad hunc exercitū cōstituerant refugere duces Persicæ classis: subductisq; nauibus munimenta valli circūdare in illarū suūq; præsidiū. Hoc inito cōsilio profecti sunt ad Potnienſiū tēplū Mycales p̄teruecti ad Gęſonē & Scolopōtē vbi Cereris Eleuſinæ cernitur templū: quod Philiſtus Paſiclis condidit ſectās Heleū Codri in Colonia Mileti locanda venerūt. Ibi ſubductas naues munimento circūdederūt: & e ſaxis ſtipitibuſque fœliciū arborū: quas ipſi exciderūt: & circū munitiones depactis ſudibus ſe inſtruxerunt tāquam & obſidendi & victoria potituri. In vtrūq; enim caſum ratione inita ſeſe adparabant. Hos abiiſſe in continentē poſtq; adcepere Græci tāquā eos Barbari effugiſſent: ægre ferebāt incerti quid agerent retro ne ſe recipperent an tenderent in Helleſpōtum. Tādē neutrū horū viſum eſt eſſe faciendū: ſed porro eundū in cōtinentē. Præparatis igitur ad pugnā naualem tabulatis aliiſq; quibuſcūq; opus erat ad Mycalen nauigant: & cum proxime caſtris hoſtiū fuere: neminē ex aduerſo obuiā ferri vident: ſed naues intra murū ſubductas & magnā vim peditatus pro litore diſpoſitā ibi primū Eutychidēs nauem litori adplicans q̄ maxime adpropinquare poterat Ionęs per p̄conem compellabat inquiēs. Viri Ionęs quicunq; e vobis me exauditis intelligite quæ dico. Nihil.n. horū quæ vobis mando intelligunt Perſæ vbi pugnam conſeruerimus: debetis ante omnia reminiſci liberatis. Deinde teſſere hebes. Hoc qui e vobis nō audiit ab eo qui audiit diſcat. Huius facti eadem mens fuit quę Themiſtoclis ad Artemiſium: q̄ videlicet hæc verba ſi laterent Barbaros inductura ad obſequendū Ionas eſſent: ſin delata ad Barbaros redderent eis Græcos infidos. His per Eutychidē admonitis ſecūdo loco Græcis naue litori admouēt: & ex illis in litus egreſſi ſeſe ad pugnandū inſtruebant. Quod facientes cum cernerent Perſæ & ſcirent Samios fuiſſe adhortatos arma Samiis adimūt ſuſpicati illos ſentire cum Græcis. Quippe Samii exceptos circa Atticam Athenienſes a Xerxe: & illuc claſſe Barbarorum deuectos redemerāt omnes: Athenaſq; cum viatico remiſerant. Quo nomine nō in minimā ſuſpitionē venerant: q̄ quingenta hominū capita hoſtium Xerxis liberaſſent. Præterea Mileſiis tāq̄ maxime locorū gnaris Perſæ imperant: vt comp. ta quæ ad cacumina Mycales ferūt cuſtodiāt eo cōſilio faciētes id vt Mileſii ab exercitu abeſſent. Hūc in modū ab iis Ionib⁹ q̄ aliq̄d rerū nouarū moliturī videbāt ſi facultatē nacti eēnt. Perſæ ſibi p̄cauerūt iidē facta

Gęſon. Scolopon. Philiſtus. Heleus Codri

Quid ſi Meleū legeres.

Leutychides nō Eutychides ſemper ī græco legitur codice.

ex Gerris teſtudine ſeſe cõſtipauerãt. Græci vbi inſtructi fuere ire in Barbaros tendũt: quibus eũtibus aduolauit in vniuerſũ exercitũ rumor: caduceũq; ſupra fluctus poſitum adparuit. Rumor autẽ huiuſmodi ad eos ferebat Græcos acie in Bœotiis ſuperaſſe Mardonii copias. Multis autẽ ſignis Res q̃ diuinit⁹ fiũt declarantur: & ſi tũc eodẽ die cõtigit vtraq; clades ea q̃ ad Platæas adcepta: & quę ad Mycalẽ adcipienda erat. fama q̃ huc ad Græcos venit: reddidit eos multo ferociores: & ad ſubeundũ vltro periculũ alacriores: alterũ etiã quiddã cõcurrere contigit vt ad vtranq; pugnã fuerint Cereris Eleuſinæ tẽpla. Nã apud ipſum Cereris phanũ (vt a me ſuperius demõſtratũ eſt) in agro Platæenſi pugna cõmiſſa eſt: & itẽ in Mycale iuſta Cereris delubrũ pugna erat cõmittenda. Vt non ab re venerit ad iſtos fama victoriæ Pauſaniæ: atq; Græcorũ. Nã pugna ad Platæas diluculo diei geſta eſt: apud Mycalẽ veſperi. Quarũ vtraq; eodem eiuſdem menſis die geſtam eſſe. Non diu poſt ab his rem repetentibus adhortatum eſt ante rumoris aduentum, ſubibat iſtos timor non tam de ſeipſis q̃ de Græcia: ne Mardonio ſubiiceretur. At vbi fama hæc ad eos aduolauit: impenſius atq; properantius ad congrediendũ proceſſerũt tãto aio Græcis ac Barbaris in pugnã tendentibus tãq; inſulę eis & Helleſpõtus propoſita p̃mio eſſent. Athenienſes & qui iuxta erant inſtructi pene dimidiũ copiarũ iter tenebãt per litus atq; planiciæ. Lacedæmonii autẽ & deinceps collocati per cõfragoſa & mõtes q̃ dũ Lacedæmonii circũibant. Interim Athenienſes in altero cornu p̃liabãtur. Perſæ quoad ſibi gerra manſere recta ſeſe defenſauere nihilo inferiores hoſtibus. Poſtea vero q̃ Athenienſiũ & eorũ qui cũ Athenienſibus erant copię adnixæ ſunt: vehementius ſe mutuo adhortantes vt laus operis ipſorũ eſſet nõ Lacedæmoniorum: tũ cõmutari iã res & deiectis gerris Græci conferti ipreſſionẽ facere in Perſas. illi adcepto impetu perdiu reſtitere Ad poſtremũ immunitiones refugere: cũ quibus pariter irruperunt Athenienſes & Corinthii & Sicyonii & Trœzenii. ita enim erãt ii in acie collocati. Vbi vero & murus captus eſt, ibi Barbari nõ roboris memores eſſe: ſed fugæ præterq̃ Perſæ. Hi ſoli ad paucos redacti pugnabãt Græcis adſidue in murũ irruẽtibus. quorum duo duces Artayntes & Ithramitres claſſiarii exercit⁹ duces effugerunt: totidẽ pugnantes adcubuerunt Mardontes & pedeſtriũ copiarũ dux Tigranes adhuc dimicantibus Perſis: ſuperuenere Lacedæmonii ac ſocii: qui eos q̃ ſuperant trucida-

Res diuinit⁹ futuræ ſignif declarantur.

Platęarum pugna.

Mycales pugna.

Artayntes.

Ithramitres.

Mardontes.

Tigranes.

uerunt: Ipſorũ quoq; Græcorũ cõplures illic cecidere. & cũ alii ex Sicyoniis: tũ eorũ dux Perilaus: quinetiã Samii qui in exercitu Medorũ militabãt: quibus adepta arma fuerant: vbi viderunt ſtatim ab initio pugnã pertinaciorẽ quoad poterãt Græcis ſuppetias ire. Quos inchoaſſe cernentes alii Iones ita & ipſi a Perſis deficiẽtis adorti ſunt Barbaros: Mileſiis p̃ceptũ erat vt exitus viarũ cuſtodirent: Perſarum ſalutis gratia: vt ſi qui caſus (quẽadmodum accidit) eos deprehendiſſent: Mileſiis ducib⁹ ſalutẽ ſibi ad Mycales cacumina cõpararent. Huius quidem rei cauſa Mileſii illic collocati fuerant: neue ſi pugnę adeſſent aliquid innouarent. At illi e cõtrario prorſus q̃ iuſſi fuerãt fecere: aliiſq; q̃ ad hoſtẽ ferebãt viis in Barbaros ingruere & ad extremũ in eis mactãdis oium extitere hoſtiliſſimi: hũc in modũ Ionia iterũ defecit a Perſis. in hoc p̃lio p̃clariſſimã inter Græcos operã nauauerant Athenienſes: & ex Athenienſibus Hermolit⁹ Euthyni vir in pãcratio celeber: cui poſtea cõtigit vt bello iter Athenienſes & Cariſtios in pugna apud Cymũ agri Cariſtii facta cæſus in geræſto iaceret. Secundũ Athenienſes egregii extitere Corinthii Trœzeniiq; ac Sicyonii. Græci per quã multis Barbarorũ aliis in pugna aliis in fuga interfectis eoq; naues incenderũt: totũq; murũ egeſta illinc in litus p̃da: & quibuſdã pecuniarũ Theſauris repertis vbi caſtra atq; naues cremauere: vela fecerunt: & cum Samũ adpulſi ſunt conſultabant de gente Ioniã tranſferenda: & vbinã in Græcia illã locari oporteret: cuius ipſi imperiũ obtinerẽt. Neq; n. videbatur eis fieri poſſe vt per omne tẽpus Ionibus tutandis præeſſent: ſperandum eſſe vt Iones a Perſis rebellaſſe gauderent. Ad hæc magiſtratus Lacedæmoniorũ cenſebant emporia nationũ Græcarũ q̃ eũ Mediſ ſenſiſſent eiectis incolis danda cũ territorio Ionibus habitanda: Athenienſes e cõtrario nõ eſſe principatũ Ioniæ ſummouẽdum: nec Lacedæmoniis de ipſorũ colonis cõſultandũ. Et cũ in hoc cõtenderẽt Athenienſes libẽter eis ceſſere Pelopõnenſes atq; ita Samios & Chios & Leſbios ac cæteros inſulanos: q̃ ſecũ militabant ad ſocietatis fœdus adegerunt: data adceptaq; fide cũ iureiurando ſe permãſuros in ſocietate: nec ab ea deſcituros hoc iureiurando adcepto ad põtes ſoluendos nauigauerunt rati adhuc illos intentos ſe eſſe inuẽturos. Et iſti qdẽ in Helleſpontũ nauigabãt. Ii vero Barbari q̃ pfugerãt nõ ita multi cũ ad cacumina Mycales pueniſſent: ſe Sardis recipiebant. q̃ dũ iter faciũt Maſiſtes Darii filius q̃ pugnæ male geſtæ adfue-

Perilaus.

Hermolycus non autem Hermolitus. Nõ Euthymi ſed Euthrœni ẽ legẽdum

Maſiſtes.

rat cõuiciari Artayntæ cũ aliis multis probris: tũ vero dicere illũ muliere fuiſſe ignauiorẽ: ita illã ꝓfecturã adminiſtraſſet: di gnũq; oi malo eſſe q de regia domo male meritus eẽt. Apd Perſas ſũmo opprobrio dat audire ſe muliere eẽ ignauiorẽ. Artayntes vbi multa audit idigne ferẽs: acinacẽ in Maſiſtẽ ſtringit interficiẽdi auidus: quẽ irruentem cernẽs Xenagoras Praxilia vir Halicarnaſſeus vt ſtabat a tergo hominẽ mediũ adcipit: ſublatũ humi adlidit: intereaq; ſatellites Maſiſtis adfuere. Eo facto Xenagoras & ipſius Maſiſtis gratiã iniit: & Xerxis cuius fratrẽ ſeruaſſet. Quippe ab eo ob hãc rẽ toti⁹ Ciliciæ ꝓfectura donatus ẽ. Nihil hoc ãplius inter viã Barbari egeſt. Sardiſq; puerũt vbi rex erat: & ex eo tpe quo ꝓlio nauali male geſto Athenis illuc ꝓfugerat. Sardibus aũt tũc agẽs adamabat vxorẽ Maſiſtis: q̃ & ipſa illic erat: Ea cũ potiri non poſſet neq; donis miſſitandis: neq; vi quã adferre nolebat fratris. Maſiſtis reſpectus: quæ res & mulierẽ retinebat probe gnarã non ſe coactũ iri vi. Ibi Xerxes cætera ꝓhibitus huc euaſit vt filio ſuo Dareo in matrimoniũ daret filiã huius mulieris ac Maſiſtis exiſtimãs ſi hoc feciſſet cõmodius ſe illa potiturũ: Cõtracto matrimonio aliiſq; ex conſuetudine celebratis Suſa profectus eſt. Eo poſtq̃ peruenit: & vxorẽ Dareo domũ duxit ita demum ab vxoris Maſiſtis amore ceſſauit adamata ex familiaritate Nur⁹ Maſiſtis filia; cui nomen erat Artayntæ. Qua cũ potiretur ꝓceſſu tẽporis res patefacta eſt hũc in modũ. Ameſtris vxor Xerxis amiculũ qđ ipſa texuerat atq; grãde atq; diſtinctũ & ſpectatu dignũ viro donauit. Quo ille delectatus: atq; amictus ad Artayntã ſe cõfert. atq; vbi ſe oblectauit cũ ea iuſſit a ſe petere mulierẽ q̃ optaret ſibi fieri in remunerationẽ obſeq Oĩa.n.q̃ peteret ipetraturã. Ad hoc illa reſpõdẽ (debebatur.n. toti familiæ infortunium) dabis ne (inquit) mihi quicquid a te petiero. Xerxes omnia alia poti⁹ eã petiturã ratus cũ iureiurando promiſit. Qui poſtq̃ iurauit: mulier intrepide amictum poposcit. Xerxes enim uero recuſare nõ ob aliud q̃ quod verteretur Ameſtrin: ne ſic illa rem quę agebatur iampridem ſuſpicata deprehenderet. O ferre ei & vrbes: & immenſam vim auri & copias militum quibus nemo præter illam eſſet præfecturus. Eximium autem donum eſt apud Perſas exercitu donari. Verũ cum non poſſet perſuadere mulieri: amiculũ dedit: Quo dono illa ſupra modum læta eo geſtando geſtiebat. Ameſtris vbi mulierem habere amiculum ſenit: & rem geſtam non puellam cõcepit odium: ſed in illius matrẽ penes q̃

Artayntes.

Muliere ignauior.

Xenagoras animoſus.

Dareus.

Artaynta.

Ameſtris.

culpam: & q̃ huius rei auctorem esse credebat: exitiũ machinatur, obseruato itaq; tempore quo vir suus Xerxes regalem instrueret cœnam quę cœna semel quotannis eo die (quo rex creatus est) instruebatur cœnæ nomen Persice Tícta Græce Telion cœna lion. i. perfecta: in qua rex solum caput ornatur: Persasq; strenis donat Hoc die obseruato Amestris a Xerxe petiit vt se Masistis vxore donaret. Xerxes id indignũ factu nefariũq; arbitrati vxorem germani dono dari: eãq; insontem negocii illius cuius cã vxor sua eam flagitaret. Tandem huius precibus euictus & instituto quo nefas est regia cœna proposita orãtem non exorare inultus admodum adnuit tradensq; vxori ac iubens facere: qđ liberet germano ad se adcersito ita inquit. Masista tu Darii filius es: idemq; mihi frater: pręterea vir eximius: tamen cum ista muliere cum qua contuberniũ habeas noli habere: in cuius locum dabo tibi filiam meam: cum qua contuberniũ habeas. Istam ãt q̃ in matrimonio habes (non. n. mihi videtur habenda) missam facias. His verbis stupefactus Masistes domine (inqt) q̃ tu mecum orationem habes importunam: qui vxorem ex qua liberi mihi sunt adolescẽtes & filiæ quarum vnam tu filio tuo duxisti vxorem: iubes me relinquere: quæ mihi est ex animi mei sententia vt filiam tuã in matrimonio ducam. Equidem rex & si magnifacio me dignari coniugio filiæ tuæ: tamen neutrum istorũ faciã. Tu vero qui nequaq̃ necesse habes noli hoc ad rei me cogere: alius nõ inferior me existet maritus filiæ tuę: sine me meę vxoris consuetudine frui. Hæc ille cum respondisset: pcitus ira Xerxes atqui inquit. Ita tecum Masista agetur vt neq; iam tibi filiam meam nuptum dẽ neq; tu consuetudine tuæ diutius fruaris: vt discas adcipere oblata. Masistes his auditis extra abiit hactenus locutus domine nondum interemisti. Hoc interim tẽpore dum Xerxes cum fratre colloquitur: Amestris adcitis satellitibus Xerxis vxorẽ Masistæ excarnificat: mamillas præcidit: easq; canibus abiicit: præcidit nares: aures: labra: linguã: atque ita excarnificatam remittit domũ. Harum rerum cum nihil audisset Masistes: metuẽs tamen aliquid sibi esse mali cursu se domũ propipiebat. Vbi vero mutilatã vxorẽ vidit confestim inito cum liberis cõsilio abiit Bactra cum illis & aliis quibusdam tãq; prouinciam Bactriam ad defectionem inducturus: & plurimũ mali regi facturus quod & contigisset (vt mihi videtur) si occupasset ad Bactrios & ad Sacas ascendere. Et enim presses erat Bactriorum a prouincialibusq; diligebatur: sed hęc cum perpe-

Tícta cœna.

Masistes.

Masistę vxor lacerata.

Masistæ & liberorũ cędes.

eraturum Xerxes audiens missis aduersus hominem copiis: & ipsum & liberos & copias in itinere trucidauit. De amore Xerxis & nece Masistæ hæc hactenus Græci a Mycale ꝓfecti Hellespontū versus primū circa Lecton stationem habuerunt a vētis intercepti. Inde soluētes Abydon tenuerunt: pontesq; quorum præcipue cā illuc ierant credentes se adhuc eos intentos esse inuenturos cum repperissent solutos deliberabant. Leutychidi & (qui cum eo erāt) Lacedæmoniis videbatur in Greciā redeundum: Athenienſibus autē & eorum duci Xantippo illic manendū: vt Chersonesum tentarēt itaq; Peloponnēses quidē abiere. Athenienses vero Abydo in Chersonesū traiicientes. Sestū obsidebant. Huc postq̄ auditū est Græcos in Hellespōto adesse tāquam ad omnem eius tractus vtriū validissimo muro preditam cōuenere cū alii ex aliis circa opidis: tum ex Cardia Oeobazus vir Perses qui arma e pontibus illuc comportauerat Tenebant autē id opidum indigenæ. Aeoles iunctis Persis pariter & magna sociorum frequentia tyrannidē illius prouinciæ obtinebat Xerxis prætor Artayctes vir ille quidē Persa: sed dirus tamen & facinorosus: qui Xerxem Athenas tendentem ex Eleunte circūuenit petitis Protesilai Iphiclo geniti pecuniis. Et eni est in Eleunte Chersonesi Protesilai sepulcrū & ei Phanum circūiectū: vbi inerat ingens vis pecuniæ nec non Phialæ aureæ argenteæ que & ars & vestis aliaq; donaria: q̄ Artayctes rege donante compilauit: his verbis eum circūueniens Here est hoc in loco domus viri Græci qui cum militum copiis terram tuam adortus meritas morte pœnas dedit: eius mihi domū da eo vt discant alii non militare aduersus regionem tuam. Hæc dicendo facile erat persuadere Xerxi vt largiretur sibi domum eius viri de quo nihil suspicabatur istum ea sentire. Enimuero sentiebat Artayctes Protesilaum in prouinciam regis militasse quod videlicet Persæ omnē Asiam suā esse arbitrabātur: & eius semper qui potitur regno. Hic postquā pecuniis ab rege donatus est: eas ab Eleunte ad Sestum exportauit: Phanumq; sanit & coluit: & quoties Eleuntē pergebat: in adyto id est in templi loco inadcesso cū mulieribus concumbebat. Tunc autem ab Athenienſibus obsidebatur nullis rebus præparatis quæ pertinerēt ad tolerandā obsidionē. quam non expectauerat ex improuiso a Græcis inuasus. Illi posteaquam sibi obsidentibus aduenerat autūnus grauari peregrinam a patria expeditionem quoniam murū expugnare non possent. itaq; orare duces suos vt se illinc

Lecton.

Cardia.

Nō Oebazus vt passim sed Oeobazꝰ sic enim græcæ scribit οἰοβάζος.

Artayctes.

Protesilaus.

reducerent. Duces negare ſe prius id facturos q̃ aut murum expugnaſſent: aut ipſos reſpublica Athenienſiũ adceſſiſſet. Adeo res illa ei cordi erat. At ii qui cum Artaycte intra muros erant in omnem adducti calamitatem adeo vt funibus lectorum elixis veſcerentur: vbi iam ne hæc quidem habebant ita ſub noctem capeſſerũt fugam cum alu Perſæ: tum Artaycles & Oebazus delapſi a poſteriori murorum parte: quę præcipue deſtituta ab hoſtibus erat. Poſtquam illuxit Cheſonitani e turribus rẽ indicauere Athenienſibus: portaſq; patefecere. Athenienſiũ pleriq; fugiens Perſas perſequẽtibus alii vrbem tenuere Oeobazũ in Thraciam fuga elapſum Thraces apſinthii excepium Pleſtoro indigenę deo ritu ſuo immolauerũt. Cæterum eius comites aliter interfecerunt. Artaycles autem cum ſuis inita poſterius fuga cum pauci eſſent ſuper ægos fluenta circũuenti cum perdiu ſeſe defenſaſſent: partim occubuerũt: partim viui ſunt capti quos Græci adligatos Seſtum duxerunt interq; eos Artaycten cum filio ſuo. Fertur a Cherſonitanis vni eorum qui iſtos ſeruabant: dum carnem ſalſam torret: tale oſtentum extitiſſe offa illa ſalſurę prius impoſita reſiliit palpitauitq; quemadmodũ piſces recens capti: quade re cum circũfuſi admirarentur. Artaycles oſtentum vt vidit adcito viro qui ſalſuram coquebat hoſpes (inquit) Athenienſis non eſt quod iſtud metuas oſtentũ: quod non tua cauſa extitit ſed mea: Proteſilao qui eſt apud Eleuntẽ ſignum dante qui mortuus ac ſale condtus habet a diis poteſtatem cum a quo iniuriam excepit vexandi. Hunc igitur ei donaria reſtituere in animo habeo præ pecuniis quidem quas e tẽplo ſuſtuli huius dei centum talenta pendam: pro mea vero ipſius ſalute ac filii ducenta. Hæc pollicens Xanthippũ Athenienſium ducem non perſuaſit: tum ſua ſponte animatum: tum ab Eleuntis exoratum: quo Proteſilaum vlciſcerentur vt hominẽ interimeret. Itaq; adductum hunc in litus in quo Xerxes traiectum iunxerat vt alii aiunt in tumulum vbi Madyto imminentem de pactis humi aſſeribus ſuſpenderũt filio eius ante patris oculos lapidibus obruto. His actis Athenienſes in Græciã remeauerunt portentes tum alias pecunias: tum vero arma pontium tã q̃ apud templa repoſituri. Nec aliud præterea quidpiã geſtum eſt per eũ annũ. Huius Artayctæ qui ſuſpenſus eſt auus paternus fuit Artembares: qui orationem quandã habuit apud Perſas: q̃ orationem excipientes Perſæ ad Cyrum detulerũt in hæc verba. Quandoquidem Perſis Iupiter principatum dedit

Pleſtorus.

Oſtentum. Salſuræ offa reſiliit.

Artayctes ſuſpenſus.

Artembares.

& ex viris tibi Cyre Astyage deiecto agedum demigrantes ex hac regione: quam & exiguam habemus & asperam optineam⁹ meliorem aliam. Multæ sunt nobis confines vrbes: multę longinquæ. Quarum vnam incolentes efficiemus admirabiliores apud plerosq;. Decet autem hoc eos viros facere qui possunt. Nam quando facultas nobis præstabitur melior q̃ dũ multorũ hominũ imperium habemus & vniuersæ Asiæ. Hac oratione audita Cyrus haud quaq̃ admirat⁹ iussit eos illud facere sed ita vt iubendo admoneret se post hac prepararent nõ ad imperãdum aliis amplius: sed aliis parendum. Natura.n. comparatum esse vt e mollibus regionibus molles viri existant: neue ex eadẽ terra admirãdæ fruges & egregii bello viri gignãtur. Hac Cyri sententia Persæ superati a sua destiterunt: præoptaruntq; exile solum incolentes imperare aliis: q̃ campestre colentes aliis seruire.

Cyri dictum.

Molles viri ex regionibus.

¶ Herodoti Halicarnassei Historiarum Libri Noni Et Vltimi FINIS.

¶ ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ Ιστοριων ηροδοτου συρ θεω και μουσαις.

¶ ISOCRATIS ORATIO De Laudibus Helenæ e Græco In Latinum Traducta Ioanne Petro Lucense Interprete.

HOnnulli sunt q̃ magnopere sese efferunt si de re absurda & incredibili mediocriter possint dicere: & consenuerunt alii dicentes fieri nõ posse: vt falsum dicatur: neq; contradici posse nec debet duas de rebus contrariis inter se orationes haberi. Alii vero disputant fortitudinem: sapiẽtiam: iusticiam vnũ & iidem esse. Alii vero omnes operam in horum contentione consumunt: q̃ nihil prosunt. Sed his tamẽ molestę sunt q eis adhęserũt. Ego vero si hãc dicẽdi curiositatẽ modo extirpasse animduerterem & hac inuentorũ nouitate gloriari non tantopere eos admirer.